13
7
f-24

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 G
30

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

DE IVRAMENTO
Eiuſque vi, & Effectu,

TRACTATVS AMPLISSIMVS,

In quo ſanè omnia quæ ad Contractus, & Iudicia, tàm in foro contentioſo, quàm conſcientiæ occurrere ſolent, quam exactiſſimè diſcutiuntur.

Opus omnibus Theologis, Canoniſtis, Iureconſultis, Mercatoribus, aliiſq; quibuſcumq; tàm in Iudicio, quàm extra verſantibus, admodum vtile, & ſummè neceſſarium.

Authore Ill.[ri] & Eccell.[mo] I. C. ac Ciue Romano, & in Romana Curia verſato

VINCENTIO MANCINO TYBVRTINO.


Cum duplici Indice: Vno Quæſtionum, Articulorum, & Effectuum: Altero Rerum memoria & ſcitu dignarum, locupletiſſimo.

Ex Legato

Superiorum Permiſſu, & Priuilegiis.

Ill.mi Caccini

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, M. DC. I.

Ex Officina Damiani Zenari.

GLI *Ecc.mi Sig.ri Capi dell'Ill.mo Cons.o di X. infraſcritti, hauuta fede delli Sig.ri Reformatori del Studio di Padoa, per relatione delli tre à ciò deputati, cioè del R. P. Inquiſitore, del circonſp.to & fedeliſs.mo Secretario Lorenzo Maſſa, & di D. Fabio Paulini Dottor Lettor publico, che nel Trattato de Iuramento di D. Vincentio Mancino Dottor Romano non vi è coſa contraria alle leggi, & ch'è degno di ſtampa, concedono licentia che ſi ſtampi in queſta città.*

Dat. die 19. *Iulij* 1601.

D. Nicolo Ferro
D. Benetto Dolfin } Capi dell'Ill.mo Cons.o di X.
D. M. Ant. Venier

Ill.mi Cons.ij X. Secr.s
Cælius Magnus.

SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
CLEMENTI VIII.
PONT. OPT. MAX.

Humillimus ſeruus Vincentius Mancinus Fœlicitatem.

TRACTATVM de Iureiurando, magnis & laboribus, & vigilijs à me compoſitum, Beatiſs. Pater, nulli magis, quàm V. B. dicari oportuit; tùm, quia ita expoſcebat diuturna erga illam ſeruitus mea, & totam Illuſtriſs. Domum ſuam, & præcipuè erga hon: me: Excellentiſs. Genitorem ſuum, Sylueſtrum Aldobrandinum, noſtræ ætatis dum vixit, primarium Aduocatum; tùm erga fel: rec: Ioannem nunquam ſatis laudatum Cardinalem, & Petrum Conciſtorialem, Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ celeberrimum Aduocatum, S.V. Germanos fratres; Tùm quia Tractatus de Iuramento, illi præſertim dicandus erat, qui præ

cæteris iuriſiurandi religionem coleret, & obſeruaret, alijsque vt obſeruent præclariſſimum foret exemplar; vniuerſo iam Orbi, nedum Vrbi innotuit quàm tenax, & zelantiſſima fuerit V. B. eius, quod in Conclaui pręſtiterat Iuramenti, dum eſſet in minoribus, & in fœliciſs. Summi Pontificatus adeptione renouati ſuper obſeruandis Sanctæ memor: Pij V. & aliorum S. V. prædeceſſorum Conſtitutionibus, de non alienandis Terris, & Ciuitatibus ad S. R. E. pertinentibus, tàm deuolutis, quàm pro tempore deuoluendis: cui enim viuentium ignota eſt occaſio, quæ ſuperuenit ex deuolutione Ducatus Ferrarienſis? Quid non oblatum, bone Deus? Quid non tentatum à Principe Eſtenſe, vt illius Ducatus inueſtituræ renouationem extorqueret? Quam cum nec oblatis Theſauris, nec medijs precibus, nec interpoſitis fauoribus obtinere potuiſſet, tandem Ducatum illum ſumptis armis retinere poſſe ſibi perſuaſit: attamen S. V. conſtans in obſeruatione pręſtiti Iuramenti, fauoribus neglectis, ſpretis pecunijs, precibus reiectis, & paruipenſo timore belli, firmam habens fiduciam, vt Chriſtus Redemptor Eccleſiæ ſuæ tutelam non derelinqueret, ita ſe habuit, talemque exhibuit, vt vix tranſmiſſo exercitu quàm citiſſimè congregati, & quæ præcipua fuit, & ſingularis Optimi, & Maximi Dei gratia, abſque vlla prorſus ſanguinis effuſione Ciuitatem Ferrarienſem, aliasque illius Ducatus Terras ad ſanctam Apoſtolicam Sedem deuolutas, dum alij id deſperabant, quanto citius, & fęliciſſimè conſequuta ſit, & in pace poſſideat.

Vnum

Vnum tamen ab huius operis dedicatione me de terrebat, ipſa ſcilicet muneris exiguitas, cum B. V. ſupremo omnium Principi longè maiora, & ampliora debeantur: verùm, cum fortunę meę tenuitas maiora præſtare nequeat, malui potius quàm tacere puſillo cum munuſculo meam erga S. S. deuotionem, & obſeruantiam ſignificare; Tanta eſt autem V. B. humanitas, & clementia, omnibus, & mihi præſertim à quadraginta annis citra, & vltra adeò perſpecta, vt muneris exiguitatem non aſpernetur; Reſtat dumtaxat, vt toto cordis affectu deprecer Altiſſimum Creatorem, vt eidem S. V. pro ſuæ Sacroſanctæ Eccleſiæ fęlici gubernio, & longam, & fœlicem vitam elargiri dignetur.

Romæ Kal. Maij M. DC. I.

IO. MOZANEGA V. I. D.

PROTON. APOSTOLICVS

Eccleſiæ S. Bartholomæi de Riuoalto Venetiarum Vicarius perpetuus,

Beneuolo Lectori Salutem.

OMNES *hominis natura ſcire deſiderant, vt aſſeruit Ariſtoteles Philoſophorum facile princeps, verum nonminus deſiderant methodum ſcientias capeſcendi, quàm ipſasmet ſcientias; quare per tot ſecula inſudarunt ſcriptores, nec deſiſtent in futurum, ne dum vt doceant, ſed vt breuem, ac facilem viam demonſtrent, per quam homines ad rerum cauſas cognoſcendas, ad Rempublicam ritè gubernandam, vel ad ſimiles facultates percipiendas allici maiorique alacritate progredi poſſint, quo iter non per abrupta, & aſpera, ſed per plana, & amæna erit faciendum. Vnde tam copioſus ſcriptorum eſt numerus, vt ante ſeculorum ſecula traditum ſit, nihil à ſcriptoribus dici, quod prius non fuerit dictum; quodſi prouerbium hoc verum eſt, fruſtra antiquos, & moderniores defatigatos eſſe in tot ſcriptis emittendis concludendum merito venit, niſi excuſentur, quod non eodem ordine, modo, & methodo profiteantur, & doceant, quæ iam ab alijs dicta ſunt. Quia cum omnia antiquorum ſcripta palam non pateant, temporis edacitate conſumpta, quandoque hominum moderniorum ingenia ſuppetunt ea, quæ licet ab antiquioribus ſemel iam dicta ſint, non tamen publicæ vtilitati ſeruient, deſiderioque hominum ſatisfaciunt, cum ſilentio, & obliuione ſint ſepulta. Verum quic-*

quid

quid ſit in alijs ſcientijs, in moralibus ſane, quæ ratione naturali omnibus communi nituntur, dici probabiliter poſſunt, quæ hacte-nus ab alijs dicta non ſint; in diſciplina legali, quæ humanis legibus conſtat, doceri quoque nunc poßunt, quæ ab alijs tradita hucuſque non ſunt, cum leges indies corrigantur, & aliæ publicentur; In Canonum præterea facultate quamplurima remanent ſcribenda à modernioribus, poſt tot Concilij generalis Decreta, ſummorumque Pontificum Conſtitutiones, quæ ab antiquioribus nec excogitata quidem ſunt, ne dum dicta, & felicius ſane eueniet ijs, qui in Romana Curia, à qua, & in qua Canones proceßerunt, & diligentius diſcutiuntur, per plures annos verſati ſunt, ingenue namque fatendum eſt, experientia teſte, nullibi melius quàm in Romana Curiā, verum, & germanum Canonum ſenſum percipi poſſe, nec ab alijs tam facile, ac ſyncere Canones edoceri, quàm ab ijs, qui in eadem Curia Romana laudabiliter, ac diutius verſati, & profeßi fuerint. Quod cum mihi perſuaſiſſimum ſemper extiterit, nunc abſque vlla ambiguitate tenendum cenſeo, poſtquam Excellentiß. I. C. D. Vincentij Mancini celebrem Tractatum de Iuramento perlegi; in eadem namque materia, non minus vtili, quàm neceſſaria, licet quamplures ſcripſerint, omnia tamen per eos dicta non ſunt, quæ dici merebantur, vnde merito prouerbium illud locum ſibi non vendicat in hoc Tractatu, in quo aliàs dicta, nedum quadam noua, & facili methodo docentur, ſed plurima ab alijs prætermiſſa, tam luculenter traduntur, vt profecto ſi quis poſt hac de Iuramento, ſiue de quacumque eius ſpecie, vel priuilegijs, aut de quæſtionibus illiusmet occaſione occurrentibus diſcutere auſus fuerit, illud obijci facile ei poterit, nihil dicis, quod prius à Mancino non fuerit dictum. Opus hoc nedum in nonum annum præſſum, & dilatum eſt, ſed ſub diligenti Authoris doctiſsimi correctione per plures annos penes eum delituit, vnde primus in ſenectute ingenij partus prodit in lucem, non imberbis ſane, ſed virilem perſonam præſeferens: nihil in eo inſulſum, nihil inordinatum reperiri, nihil deſiderari, vel adimi poteſt; quod ſi difficile alicui videbitur, eo perlecto in hanc ſententiam manibus, & pedibus, vt aiunt, protinus eundem deſcendere non diffido. Noua præterea methodo vſus eſt Author, ita, vt non ad confarciendas allegationes, quibus lectoris animus facile diſtrahitur à re propoſita, vt in operi-

bus

bus moderniorum quorundam perſpicitur, quæ repertoriorum potius nomen ſortiri merentur, quàm Tractatuum (neminem nomino, ne vlli ſim iniurius) non denique ita ieiunè Mancinus pertranſit, vt ſibimet potius credendum, quam Legum, vel Canonum diſpoſitioni cedendum, vel præclariſsimorum Doctorum authoritati deferendum ſit, prout nonnulli præſertim vltra montes profitentes conſueuere; aurea namque mediocritate vtitur, paucas, & inſigniores allegationes tractatui inſerendo, ex quibus plures habere poterit, quiſquis auctores allegatos conſuluerit. Quæ omnia cum præclara, & ſingularia ſint, illud præterea non eſt ſilentio inuoluendum, quod huiuſce Tractatus is eſt author, qui per quinquaginta ferè annos Romanam Curiam ſequens, in tribunalibus Vrbis gnauiter verſatus eſt, Aduocatique ob id celeberrimi nomen, in eadem Curia ſortitur, qui Theoricæ praxim ipſam mirè coniungit, ac iudiciorum obſeruationes callet, quique cauſarum deciſiones tam Rotæ Rom. authoritate, quàm etiam Datariæ & Pœnitentiariæ vſu receptas tam frequenter interſerit, vt quiſque iuramento affirmare poterit Tractatum hunc de Iuramento eſſe ex omni parte perfectum, & authoris nomen poſteritati honorificè comendatum fore; quod ſanè facilius, & tutius eueniet, vbi alij eiuſdem partes prælo excuſsi fuerint, ſequetur enim propediem fratrem hunc primogenitum Tractatus de Confeſsione, iam perfectus, & nonnulla alia, quæ præ manibus eius ſunt, & in dies expoliuntur, vt prodire poſsint expolita, & vndequaque ornata. Illud autem dolendum eſt, quod author diſtulerit editionem hanc ad ſenectutis annos, magisque dolendum, ſi morte præueniente, tot labores non ſine maximo publicæ vtilitatis detrimento ad manus hominum non prodirent; Licet non dubitem quin D. Octauius Mancinus I. C. authoris filius, gloria patris, eiuſdemque doctrinæ, pietatis, & in rebus gerendis peritiæ, & prudentiæ imitator, & futurus hæres, ad publicum commodum, & paterni nominis memoriam, quæ perfecta ſunt, ſtatim edere, alijs verò extremam manum imponere curabit. Tu vero Lector optime, hoc Tractatu fruere, & certo ſcias, quod licet humanitate, & iuſsis præclariſsimi cuiuſdam viri coactus ſim hæc præfari, non tamen me aliter, quàm ipſemet ſentiam dixiſſe putes, nec maiora ſpopondiſſe, quam pro veritate ſis percepturus commoda. Vale.

Romæ Kal. Maij M. DC. I.

PETRVS DE RVBEIS TYBVRTINVS AVTHORIS NEPOS I. V. D.

Ad Lectorem.

In ſeptem partes diſtinguitur iſte libellus:
Quauis dogma ſuum particulare docet.
Quid Iuramentum ſit, cum qua relligione
Nos iurare decet, portio prima monet.
Eius quot ſpecies, & coram Iudice, & extra
Iudicium occurrant, parsque ſecunda refert.
Indignos, habileſque vt iurent tertia pandit:
Illius effectus portio quarta promit.
Periuri infamis declarat quinta reatum,
Quas luat & pœnas ob violata ſacra.
Cum Iuramenti dimitti vincula debent
Iuranti, breuiter pars tibi ſexta refert.
Quid Pars, quid Iudex, debent perpendere quando
Iuratur, recolit ſeptima pars operis.
Si ergò ſcire cupis vires & pondera iuris
Iurandi, hunc librum perlege, doctus eris.

ANTONIVS DEL RE TYBVRTINVS I. V. D.

Ad Authorem.

Fratribus Argiuis debet, qui tempore priſco
Tunc tua fundarunt mœnia Tybur auis.
Naturæ, quod agros pingues, cælumque ſalubre
Munimenque ſitus, ac Anienis habet.
Non minus at ſoli debet tibi, quæ omnibus illis,
Nobilis vnde tuæ ſtirpis origo venit,
Vt liber, ac Author mundi per climata cuncta
Luceſcent, ſic & Patriæ iure pari.
Hæc tibi mortalis tantum primordia vitæ,
Tu ſibi ſed famam perpetuam tribuis.
Solis ad Occaſum viues illuſtris ab Ortu
Mancinæ domus gloria ſumma tuæ
Tyburis, & nomen per te laudesque manebunt,
Dum tibi perpetuum viuere fama dabit.

IOSEPHVS POLVS NARNIENSIS I. V. D.

Ad Lectorem.

Quid mirum liber hic ſi ſplendeat vndique rarus
Omnia quæ tua ſunt vndique ſi irradiant?
Si nomen ſpectem, id tibi dat Victoria, & hinc eſt
In qua fert animus vincere cuncta ſoles.
Mancinum agnomen felix, fauſtumque putatur,
Reſpicit in læuum dextera namque Dei.
Romæ es factus homo, qui natus Tybure, Tybur
Nobilitate, orbis gaudet ea Imperio,
Et Legum, & Canonum fulcit te ſacra ſupellex
Non leuis Orator, esque Poeta grauis.
His igitur tantis ornatus dotibus, omnem
Omnibus vt proſis curam adhibere velis.

PE-

PETRI PAVLI MARTII TYBVRTIS, IVLII F.

In Authorem Hendecaſyllabi.

Eia, præbe animum, benigne Lector,
Atque adſis alacer probis Camœnis.
Non ſanè inuenies roſas Deorum,
Aut purum laticem, melos, corollas:
Præter quas Helicon habere quidquam
Haud vnquam ſolet: & minus legenti
Occurrent nebulæ, Sophiſmatumque
Nexus multiplices tenaciores
Mæandro, Breuibuſque, Syrtibuſque
Obliqui magis, atque captioſi:
Dextra ſed Themide, ac Minerua amica
Mancinus monumenta compilauit:
Mancinus Catyli corona, iuris
Antiſtes, hominumque, cælitumque.

FRANCISCVS BELGIVS VIRDVNENSIS,

Ad Authorem.

DEXTERA *nequicquam ferro petit inſcia* REGEM,
  Vt ſeruet patrios MVTIVS *ille Deos.*
Dextera ſuccenſo fallax abſumitur igni:
  SCAEVOLA *cognomen* MVTIVS *inde capit.*
SCAEVOLA *conſilio ſuperat, non dextera* TVSCVM:
  Conſilio cunctos ſic ratione regis.
Omnia ſic vincens Tyburs, VINCENTIVS *eſto:*
  MANCINVS *cum ſis, fortia dexter agis.*
Terrigenæ ferro quondam; TV, *cedere Iuri*
  Vnus cuncta iubes, qui grauis ingenio es.
Eſt ea doctorum de TE *cenſura virorum,*
  Quotquot in VRBE *valent, quotquot in* ORBE *regunt.*
Hæc tua TE *talem (qualem mea carmina cantant)*
  SCRIPTA *probant; nullis non celebranda modis.*

OSMA

IVLIVS BRVNELLVS NARNIENSIS I. V. D.

Ad Lectorem.

De Iuramento quiduis, vbicumque locorum
Sparſim iura docent, colligit iſte liber.
Tàm doctè, clareque ſimul, quam dicere poſſet
Sermonis Latij Tullius ipſe pater.

IO. BAPTISTA MANCINVS VRBEVETANVS I. V. D.

Ad Authorem.

Qui modus & ratio, tempus, quæ pœna ſit vnquam
Si iurare velit faſque nefaſque cliens.
Iuriſiurandi effectus miro ordine narras,
Qua & iurare decet, religione doces.
Omnia tam bene Vincenti præſcribis, vt illa
Iurarem melius non potuiſſe dari.
Nomen & Agnomen naſcenti, & proſpera cuncta
Aſtra tonantis erant, numina, fata, Dij.
Ceſſerunt ſemper voto quacunque cupiſti,
Nam datur à ſummo gratia tanta Deo.
Tu reſponſa Patrum varijs immerſa tenebris
Concilias, ſimulet ſplendidiora facis.
Viue diu fœlix, etiam poſt funera fœlix,
Hoc tua portendit immaculata fides.

ANTO-

ANTONII VIPERAE
NARNIENSIS I. V. D.
ET EQVITIS AVRATI.

Sydereas Aſtraa domos cœtuſque Deorum
Deſere, ſi iuſtis noſtras reuocamus ad ædes
Te precibus, terriſque tuum Vincentius aufert
Exilium, antiquum iuri dum reddit honorem.
Iurantique modum tradit, cauſaſque, doloſque
Periuri, & legum pulchras ediſſerit artes.
Rumpe moras Aſtraa, tibique hæc reddita vota
Nè ſpernas; librumque tuo qui numine fultus
E' tenebris tandem prodit, diffunde per orbem,
Perque manus hominum, perque Aetheris ardua pande.
O', te fœlicem Mancine; en annuit alto
Aſtraa è cælo, paribuſque huc dirigit alis
Auratos greſſus. Hilari liber exue vultu,
Quem nouus indignum ſolet attentare timorem
Vulgatus partus: Liber iſte littora Gangis
Te Mauri expectant, illuc tua fama vagatur.
Fortunate liber, quid te cantabimus vltrà?
Te mare, te tellus, te quicquid in orbe pererrat
Flagranti expectant animo, cupiuntque coronam
Gemmiferam ſpectare tuam, qua lumine comples
Antra, ſpecus, ſyluas, latebras, nigraſque cauernas,
Speluncaſque abſtruſis, immaneſque receſſus,
Quiduè quid intonſis latitat ſub montibus atris.
Fortunate liber quid te cantabimus vltrà?
Te Dea Nympharum, coniunxque ſororque tonantis
Lætitia Iuno excipiet, parſque ætheris omnis,
Terreat humanas mentes, ſeu nubibus atris
Seu Nymbos fundat, tempeſtateſque ſonoras
Purgatum oſtendet, cæli lucemque ſerenam,
Clauaque Vulcani, Brontis, Steropiſque ſilebit,
Nevè metum incutient vertentes Regna Cometæ.

Fortu-

Fortunate liber quid te cantabimus vltrà?
Stat Charitum quæcunque venit tibi gratia ab alto.
Et tibi pallentis moderatrix Cynthia noctis
Fœcundum ſpargit rorem omnique imbuet arte
Mercurius, blandumque dabit Citheræa leporem.
Eximium Phœbus radijs decus aureus addet.
Inuidiamque ferus pellet Mars, Iuppiter aſtris
Immittet, cæloque inter ſacra numina ponet
Et dabit æternos Saturnus viuere in annos.
Fortunate liber quid te cantabimus vltrà?

PAVLVS GRANVTIVS
LVCENSIS
Vincentio Mancino, Salutem.

VIDI, vt iniunxeras amantiſſime Vincenti compoſitum à te Tractatum de Iuramento; cuius præſtantiam tacere placet; cum, quantum proprias audire laudes abhorreas mihi non ſit ignotum; & quia nec Tractatus eget alterius commendatione, cum ſe ipſe adeo commendet, vt ſola eius lectura abſque alterius atteſtatione demonſtratura ſit, qualis, quantusque, & quam pretioſus apud omnes ſit reputandus. Legeram aliàs apud antiquos, ſigna quæ veniunt à ſiniſtris proſpera ſemper, & fęlicia reputari, veluti ea quæ nobis ſiniſtra ſunt, à dextra Dei profecta noſcantur; Hinc auguria, quæ priſcis illis hominibus à ſiniſtra parte occurrebant pro felicibus, & à dextra Dei tranſmiſſa interpretabantur. His alludit Dionyſ. Alicarnaſs. lib. 2. antiq. Rom. parum poſt princ. in hæc verba. Poſt quam precationem emicuit fulgur tendens à ſiniſtris in dextra. Ponunt autem Romani fulgura, quæ à ſiniſtris cadunt eſſe proſpera. Conſonat Virgil. in 2. Aeneid. in illis verbis. Intonuit læuum, vbi expreſſe Seruius adnotauit. Arridetque Catullus ad Septimium, dum enarrato Agmes, & Septimij amore, ſubiungit hos verſus.

Hoc vt dixit Amor ſiniſtra, vt ante
Dextra ſternuit approbatione.

Quos verſus ambo Catulli expoſitores ita declarant, quod Amor ſtans à parte ſiniſtra, quod prætendit in Amore fęlicitatem,

tatem, ſternuit, ideſt annuit dextra approbatione. Hæc modo diligentius perpendens, optima ratione applicari poſſe video ad tui cognominis fœlicitatem; quod Mancinum dicitur apud homines fœliciter profectum à dextra Dei: Quod præ cæteris nil aliud magis demonſtrat, quam effectus; cum pręclarum hoc opus arguat, noſſe te, quod natus ſis, vt patriam iuuares, & Amicos; Sed ne de tuis laudibus verba faciens, incidam in id, quod cauere volui, dicendi finem facio, enixè rogans Dei immenſam clementiam, vt tibi longam ſanitati coniunctam vitam pręſtare dignetur, vt tanto magis alijs prodeſſe valeas, & vt ſoles me ama, Tractatumque ipſum, quem prius à me videri voluiſti, quanto citius imprimendum curabis, tanto magis publicæ proſpicies vtilitati.

INDEX QVAESTIONVM, ARTICVLORVM, ET EFFECTVVM,

In hoc de Iuramento Tractatu ſeptem partibus diſcreto, contentorum, & declaratorum.

PARS PRIMA.

Poſt expoſitam ſignificationem nominum, videlicet, Sacramenti, Iuramenti, & Iuriſiurandi, diſputat infraſcriptas Quæſtiones.

Quid ſit iuramentum. Quæſt. 1. *fol.* 2

Quæ ſit iuramenti religio. Quæſt. 2. 4

Quæ eius ſit authoritas. Quæſt. 3. 8

An iuramentum requirat aliquam formam vel ſolennitatem; & an in illius præſtatione adijci poſſit aliqua præciſa forma. Quæſt. 4. 10

An iuramentum neceſſariò requirat Veritatem, Iudicium, & Iuſtitiam, Comites. Quæſt. 5. 17

An iuſiurandum illicitum turpeſque iuratæ conuentiones ſint obſeruandæ. Quæſt. 6. 20

An promiſſio ſub fide ſit iuramentum. Quæſt. 7. 23

An iurare ſit malum. Quæſt. 8. 26

An iuſiurandum Deus interpretetur iuxta mentem iurantis, vel eius cui præſtatur iuramentum. Quæſt. 9. 28

An inter ſimplicem loquelam & iuramentum Deus conſtituat differentiam. Quæſt. 10. 29

Actio quæ oriatur ex iuramento. Quæſt. 11. 34

Iuramentum an habeat maiorem vim obligandi quam votum, & è conuerſo. Quæſt. 12. 34

††† PARS

PARS SECVNDA.

Enumeratis ſpeciebus Iuramenti, quatuor & triginta Articulis hic ſuppoſitis abſoluitur.

De iuramento calumniæ. Artic. 1. *fol.* 38
De iuramento principalium in reſponſione ad articulos, & poſitiones partis. Artic. 2. 54
De iuramento principalium reſpondentium præparato rijs & interrogationibus iudicis. Artic. 3. 69
De iuramento teſtium. Artic. 4. 70
De iuramento litis deciſiuo. Artic. 5. 73
De iuramento in ſupplementum. Artic. 6. 86
De iuramento in litem. Artic. 7. 103
De iuramento in litem veritatis. Artic. 8. 109
De iuramento in litem affectionis. Artic. 9. 115
De iuramento in litem ſuper ſingulari intereſſe. Artic. 10. 118
De iuramento purgationis. Artic. 11. 119
De iuramento aſſertorio. Artic. 12. 121
De iuramento promiſſorio. Artic. 13. 124
De iuramento Imperatoris. Artic. 14. 125
De iuramento fidelitatis. Artic. 15. 126
De iuramento Aduocatorum & Procuratorum. Artic. 16. 127
De iuramento præſtando à iudicibus & officialibus. Artic. 17. 128
De iuramento præſtando ab his qui ſacris initiantur. Artic. 18. 132
De iuramento Epiſcoporum. Artic. 19. 132
De iuramento accuſati ſe expurgantis & expurgatorum. Artic. 20. 132
De iuramento tutoris, & curatoris. Artic. 21. 133
De Synodali iuramento teſtium. Artic. 22. 134
De iuramento eorum qui inducuntur ad probandum conſanguinitatem. Artic. 23. 134
De iuramento coniugum qui ab inuicem ſeparantur. Artic. 24. 134
De iuramento coniugum ſe reconciliantium. Artic. 25. 135
De iuramento adminiſtratorum habentium adiunctam iuriſdictionem. Artic. 26. 135
De iureiurando ſeu verius execratione mulieris de adulterio ſuſpectæ ſe expurgantis. Artic. 27. 136
De iuramento à ſchiſmate redeuntium. Artic. 28. 136
De iuramento examinatorum. Artic. 29. 137
De iuramento eorum qui præſunt ſtudijs vniuerſalibus. Artic. 30. 137
De iuramento profeſſorum & promouendorum. Artic. 31. 137
De iuramento eorum qui volunt obijcere crimina ad impediendam pallij traditionem his qui ad Metropolitanas eccleſias aſſumuntur. Artic. 32. 138

De

De iuramento præſtando à litigantibus in exordio litis. Artic. 33. 138
De iuramento quamplurium ſpecificatorum in Articulo. Artic. 34. 139

PARS TERTIA.

Docens quibus ſit perſonis vel deferendum aut denegandum Iuramentum, ſubiectis duobus Articulis terminatur.

De his qui habiles aut inhabiles ſint ad iurandum. Artic. 1. 141
De his qui à iurando excuſantur. Artic. 2. 151

PARS QVARTA.

Ducentos & quinquagintaquinque Iuramenti ſubſequentes Effectus fuſiſſimè quidem explicatos, pertractat.

Iuſiurandum ſemper obſeruari debet, vbi fieri poſſit abſque diſpendio ſalutis æternæ. Effectu 1. 154

Et hic primus Effectus quinque & decem numero Quæſtionibus hiſce ampliatus elucidatur.

Quid iuris vbi dolo præſtitum eſt iuramentum. Quæſt. 1. 156
Quid ſi contineat enormem læſionem. Quæſt. 2. 159
Quid ſi contractus ceſſante iuramento ſit ipſo iure nullus. Quæſt. 3. 163
Quid ſi iuramentum ſit interpoſitum in contractu per ſtatutum reprobato. Quæſt. 4. 169
Quid ſi pars antea iuraſſet, nunquam ſe facturum talem contractum, vtpotè non fideiubere, non alienare, & ſimilia, & poſtea contrauenions medio iuramento ſe obligauerit; an ſecundum præualeat, vel prius iuramentum. Quæſt. 5. 179
An ex noua cauſa liceat abſque periurio contrauenire. Quæſt. 6. 182
Nunquid iuſiurandū pariter liget Hebræos veluti Chriſtianos. Quæſt. 7. 185
An contractus nulliter à minore celebratus iuramento firmetur, ita vt periurij metu ſit obſeruandus. Quæſt. 8. 186
Quid iuris ſi per errorem præſtitum ſit iuramentum. Quæſt. 9. 188
An liceat illud authoritate propria in melius commutare. Quæſt. 10. 190
Quid ſi interpoſitum ſit in contractu ſimulato? Quæſt. 11. 191
Quid ſi ob metum aliquis compulſus fuerit ad iurandum. Quæſt. 12. 194
Quid ſi minor iurauit non contrauenire contractui ratione minoris ætatis, & quid ſi non contrauenire ſpopondit ratione minoritatis, nec alia quacunque de cauſa? Quæſt. 13. 198
Quid ſi minor in inſtrumento iurauit ſe maiorem? Quæſt. 14. 204
Quid ſi curatorem habens, abſque eius authoritate contrahat, an iuramento ligetur? Quæſt. 15. 205

Iuramentum ſolennitates à ſtatuto requiſitas ſupplet. Effectu 2. 206
Iuramentum reſtitutionis in integrum beneficium excludit. Effectu 3. 208
Conductor non ſoluens ob periurium expelli poteſt. Effectu 4. 210
Iuramentum an perſonam iurantis egrediatur. Effectu 5. 214
Iuramentum fugæ ſuſpicionem probat. Effectu 6. 216
Iuramentum obligationem facit efficaciorem. Effectu 7. 219
Iuramentum regulatur iuxta naturam actus ſuper quo interponitur. Effectu 8. 220
Iuramentum, Clauſulæ, Omni meliori modo vires habet. Effectu 9. 226
Iuramentum ſubſtitutionem directam nulliter factam valere facit vt obliquã Effectu 10. 229
Iuramentum habet vim Clauſulæ Codicillaris. Effectu 11. 230
Iuramentum obligat præciſè ad factum. Effectu 12. 231
Moræ purgationem impedit. Effectu 13. 235
Derogatoriæ Clauſulæ vires habet. Effectu 14. 248
Fideiuſſorem obligat in duriorem cauſam. Effectu 15. 249
Expreſſionis ſpecificæ vires habet. Effectu 16. 249
Tranſactionem nullam in vim pacti valere facit. Effectu 17. 250
Interpellationis continuæ vim habet. Effectu 18. 251
Inſinuationis defectum ſupplet. Effectu 19. 251
Implendum eſt in forma ſpecifica. Effectu 20. 255
Habet vim litis conteſtationis. Effectu 21. 256
Reuocabilia facit irreuocabilia. Effectu 22. 257
Præſentiam partis ſupplet, & ob id ſtipulationis vim habet. Effectu 23. 260
Iuramentum pro efficaci cauſa obligationis habetur. Effectu 24. 262
Forum foro addit. Effectu 25. 263
Exceptionem doli facis excludit. Effectu 26. 264
Renunciationem iuris futuri firmat. Effectu 27. 264
Dotalis rei alienationem confirmat. Effectu 28. 265
Exequutionem paratam facit habere inſtrumentum. Effectu 29. 266
Compenſationis exceptionem excludit. Effectu 30. 268
Geminati conſenſus pondus habet. Effectu 31. 269
Excuſſionis beneficium tollit. Effectu 32. 271
L. 2. C. de reſcind. vendit. beneficium tollit. Effectu 33. 271
Cenſuarium non ſoluentem cadere facit. Effectu 34. 272
Velleiani auxilium ceſſare facit. Effectu 35. 273
Clauſulæ, Se, facturum, & curaturum vires habet. Effectu 36. 274
Minorem pro maiore repreſentat. Effectu 37. 275
Minor ſi abſque ſolennitate conſtituat procuratorem cum Iuramento, conſtitutio valet. Effectu 38. 276
Erroris allegationem excludit. Effectu 39. 276
Donationem inter coniuges firmat. Effectu 40. 277
Donationem inter patrem & filios validat. Effectu 41. 279

Obli-

Obligat iurantem ad implendum promiſſa, etiam irrequiſitũ. Effectu 41. 280
Deuolutioni locum facit pacto contrario non obſtante. Effectu 43. 280
Animi ſecreta probat. Effectu 44. 281
Expenſæ litis iuramento probantur. Effectu 45. 283
Quæri aliud nequit poſt litem iuramento deciſam. Effectu 46. 284
Indiuiduum eſt iuramentum. Effectu 47. 284
Clauſulæ, Rato manente pacto, vim habet. Effectu 48. 286
Iuramentum præſtitum ſuper prohibitis à iure ciuili an ſit ſeruandum. Effectu 49. 287
Patriam poteſtatem ſilere facit. Effectu 50. 288
Diuiſionem paternam firmat inter filios. Effectu 51. 288
Fraudis ſuſpicionem remouet. Effectu 52. 289
Donationem omnium bonorum valere facit. Effectu 53. 290
Prodigi contractum roborat. Effectu 54. 291
Impedimentum probat. Effectu 55. 291
Pactum de non cedendo bonis firmat. Effectu 56. 292
Fideiuſſorem de dote reſtituenda ligat. Effectu 57. 293
Promiſſionem de non intrando Religionem vel de Epiſcopatum non acceptando valere facit. Effectu 58. 294
Tertium non afficit, & operatur tantum inter nominatos in inſtrumento. Effectu 59. 294
Pœnam adiectam dationi quãtitatis facit non eſſe ſuſpectam. Effectu 60. 295
Pactum ſuper futura ſucceſſione validat. Effectu 61. 296
Pactum de non ſuccedendo roborat. Effectu 62. 298
Pactum de filia æqualiter cum maſculis inſtituenda valere facit. Effectu 63. 300
Abſolutio à iuramento coram Epiſcopo facit eum iudicem cauſæ. Effectu 64. 300
Naturalem obligationem facit efficacem ad pariendam actionem. Effectu 65. 301
Extenditur ad id quod actum fuit, & veriſimiliter cogitatum quamuis ſit ſtricti iuris. Effectu 66. 302
Legis Si vnquam, C. de reuoc. donat. beneficium aufert. Effectu 67. 302
Editionis iurium petendæ iuſtam cauſam probat. Effectu 68. 303
Tranſactionem ſuper alimentis firmat. Effectu 69. 306
Alienationem bonorum firmat à filio factam de bonis in quibus patri competit vſusfructus. Effectu 70. 307
Pactum quo quis ſe obligat ad carceres valere facit. Effectu 71. 307
Prorogato tempore an vigeat iuramentum. Effectu 72. 308
Vxor quæ ad virum nõ redire iurauit obſeruare, an teneatur. Effectu 73. 309
Clericus periurus beneficio priuatur. Effectu 74. 309
Iurans aliquid indifferens ab euentu bonum, vel malum an obligetur. Effectu 75. 310

Fide-

Fideiuſſurum ſe nunquam iurans an obligetur. Effectu 76. 310
Perhorrenſcentiam litigandi in partibus probat. Effectu 77. 311
Prælatus an amplius iuramento ligetur ſi prælaturam amiſerit. Effectu 78. 312
Falſum iurans quod credit eſſe verum, an ſit periurus. Effectu 79. 312
Spoliatus iurans non petere reſtitutionem an agere poſſit non obſtante iuramento. Effectu 80. 313
Reuelare aliquid nunquam iurans, quando cogi poſſit ad reuelandum. Effectu 81. 313
Exceptionem deductionis, ne egeat, tollit. Effectu 82. 315
Generalis diſpoſitio ad caſum iuratum non extenditur. Effectu 83. 316
Impotentiam præſtandæ cautionis probat. Effectu 84. 317
Præſcriptionis curſum impedit. Effectu 85. 318
Simulationis exceptionem quando tollat. Effectu 86. 322
Dolo factum contractum an firmet. Effectu 87. 322
Enormis vbi adſit læſio, an firmet contractum. Effectu 88. 323
Nullum ipſo iure contractum an confirmet. Effectu 89. 323
Reprobatum à ſtatuto contractum an validet. Effectu 90. 323
Contractum quem partes antea non facere iurauerant an confirmet. Effectu 91. 323
Noua ex cauſa an liceat iuramento contrauenire. Effectu 92. 324
Hebræos an pariter liget, vt Chriſtianos. Effectu 93. 324
Minoris contractum nullum an confirmet. Effectu 94. 324
Erroneum contractum an firmet iuramentum. Effectu 95. 324
Iuramentum propria authoritate in melius commutare an liceat. Effectu 96. 325
Metu factum contractum an validet. Effectu 97. 325
Minor iurans non contrauenire contractui ſi iurauit an ſit validum. Effectu 98. 325
Minor iurans ſe maiorem an ſit validum huiuſmodi iuramentum. Effectu 99. 325
Curatorem habens, ſi abſque illius authoritate contrahat, an iuramento ligetur. Effectu 100. 326
Reſponſio facta medio iuramento poſitionibus impertinentibus, an præiudicet. Effectu 101. 326
Suſpicionem ex fuga cauſatam purgat. Effectu 102. 326
Ignorantiam probat. Effectu 103. 327
Noniter exceptionem ad ſui notitiam perueniſſe probat. Effectu 104. 329
Fructuum perceptionem & quantitatem probat. Effectu 105. 330
Probationem fieri non poſſe niſi per inſtrumentum ſi conueniat pactum, iuramento firmatur. Effectu 106. 331
Calumniæ iuramentum an excuſet ab expenſis. Effectu 107. 331
Damnum datum probatur iuramento damnum paſſi. Effectu 108. 331

Quan-

Quantitatem probat vbi de credito conſtet in genere. Effectu 109. 336
Iuramentum vnius tertio non præiudicat. Effectu 110. 337
Intereſſe quando iuramento probetur. Effectu 111. 338
Suſpicionem Notarij probat. Effectu 112. 339
Feſto die præſtitum iuramentum an valeat. Effectu 113. 339
Spolio probato & violentia, valor rerum amiſſarum & quantitas iuramento probatur. Effectu 114. 339
Mulier aut minor renunciantes ſuis iuribus, & omnibus fauoribus & auxilijs, ſi non fuerint certiorati, an poſſint audiri. Effectu 115. 340
Iuramentum primum quando præualeat. Effectu 116. 340
Fugæ iuſtam cauſam probat. Effectu 117. 340
Temerarium iuramentum an liget. Effectu 118. 341
Actus factus contra iuramentum an teneat. Effectu 119. 341
Amiſſio rei alicuius vel inſtrumenti an iuramento probetur. Effectu 120. 342
Tenorem amiſſi inſtrumenti probat perditione probata. Effectu 121. 343
Saccomanno probato, res amiſſæ iuramento probantur. Effectu 122. 343
Pignoris valorem probat ſi creditor illud non reſtituat. Effectu 123. 344
Nouiter inſtrumenta fuiſſe reperta probat. Effectu 124. 344
Abſentiam aduocati probat. Effectu 125. 345
Infirmitatem probat ob quam comparere nō valuit abſens. Effectu 126. 345
Laceratæ ab aduerſario ſcripturæ tenorem probat. Effectu 127. 346
Valiſia per hoſpitem diſſigillata contenta in ipſa domini iuramento probantur. Effectu 128. 346
Apoſtolos amiſſos ab appellante ad Romanam Curiam profecto in itinere probat. Effectu 129. 347
Extractionem graſciæ pro vſu proprio ad euitandum pœnam probat. Effectu 130. 347
Suſpicio iudicis iuramento probatur. Effectu 131. 348
Inuentario imperfecto ob aliquid omiſſum, res omiſsæ contra tutorē iuramento probantur. Effectu 132. 348
Capſa in communi exiſtentes pecunias probat ſi ſocius latenter illam aperuit. Effectu 133. 348
Damna & intereſſe iuramento probantur. Effectu 134. 349
Intereſſe probationis culpa partis amiſsæ, iuramento probatur. Effectu 135. *fol.* 350
Notariatus qualitatem probat. Effectu 136. 350
Maiorem animi deliberationem arguit. Effectu 137. 351
Damna & intereſſe probat contra Officialem fugientem à Syndicatu. Effectu 138. 353
Iuramentum an probetur ex inſtrumento nullo. Effectu 139. 353
Formæ neglectæ defectum an ſuppleat. Effectu 140. 354
Scientiam & ignorantiam probat. Effectu 141. 354
Aditam non fuiſſe hæreditatem probat. Effectu 142. 355

Fide-

Fidelitatis iuramentum præſtitum an præſumatur. Effectu 143. 355
Error an iurantis aſſertione probetur. Effectu 144. 356
Inciſionem arborum probat. Effectu 145. 356
Hypothecam ſpecialem an conſtituat. Effectu 146. 357
L. de his, ff. de tranſaction. renunciationem firmat. Effectu 147. 357
Authent. Hoc niſi, C. de ſolution. beneficium tollit. Effectu 148. 359
Iuratoria cautio quando ſufficiat. Effectu 149. 360
Notario non matriculato factum inſtrumentum ob iuramentum in eo poſitum an ſuſtineatur? Effectu 150. 363
Enunciatiua verba iurata probant. Effectu 151. 364
Succeſſorem ſingularem afficit vt teneatur ſtare Colono. Effectu 152. 365
Non numeratæ dotis exceptionem tollit. Effectu 153. 369
Renunciari an poſſit cum iuramento iuri prohibitiuo. Effectu 154. 370
Non numeratæ pecuniæ exceptionem excludit. Effectu 155. 370
Ingratitudinis cauſa non reuocare donationem promittens, an poſſit contrauenire. Effectu 156. 372
Scientiæ præſumptionem inſurgentem ex citatione domi facta tollit. Effectu 157. 373
Citatum non fuiſſe an probet, contra nuncium citaſſe referentem. Effectu 158. 374
Iuramentum interpretandum an ſit ſtrictè, vel extendendũ. Effectu 159. 376
Societatem aut cõmunionem continuare iurans, an cogi poſſit ad continuãdum. Effectu 160. 377
Pecunias ad tuas manus peruentas pro captiuis redimendis in eam cauſam ceſſiſſe iuramento probatur. Effectu 161. 378
Donatarij iuramento probatur relictas pro domus ædificatione pecunias in hunc vſum eſſe conuerſas. Effectu 162. 378
Venditor cum iuramento de euict. obligatus, vbi ſciat litem motam defendere tenetur etiam irrequiſitus. Effectu 163. 379
Vniuerſitas an Syndici iuramento ligetur. Effectu 164. 380
Negatiuè conceptum iuramentum magis operatur. Effectu 165. 381
Vxorem talem accipere iurans, an ſine dote capere teneatur. Effectu 166. 381
Vſuræ ſolutæ quantitas iuramento probatur. Effectu 167. 382
Legitima an comprehendatur in generali renunciatione iurata. Effectu 168. 384
Scripturam exhiberi petitam penes ſe non habere probat. Effectu 169. 385
Affixa ædibus alienari prohibita, ſi vendantur medio iuramento quid iuris. Effectu 170. 386
Inſtantia litis an valeat cum iuramento prorogari. Effectu 171. 387
Benemerita an iurantis aſſertione probentur. Effectu 172. 390
Iuſiurandum illicitum, & turpis pactio an valeant. Effectu 173. 393
Amico relicta vt incapaci reſtituat dato iuramento vt non reuelet, an iuramẽtum liget. Effectu 174. 394

Pa-

Pactum de non alienando iuncto iuramento an impediat dominij tranſlationē. Effectu 175. 394
Mariti iurvmento creditur quod vxorem cognouerit. Effectu 176. 395
Officialis qui ſtatuta ſeruare iurauit, an teneatur ſi quæ ſint illicita. Effectu 177. 395
Eligendi iuramentum an liget ſi is aliquid ante electionem promittat. Effectu 178. 396
Confœderatio de habendo amicos pro amicis, & inimicos pro inimicis, an iuramento firmetur. Effectu 179. 397
Succeſſioni futuræ an cum iuramento renunciari poſſit. Effectu 180. 397
Macedoniani beneficio facta renunciatio an valeat. Effectu 181. 398
Stipulatio nulla ob non ſeruatam formam appoſito iuramento valet in vim pacti. Effectu 182. 398
Electa videtur induſtria perſonæ ob iuramentum. Effectu 183. 399
Pactum legis commiſſoriæ in pignore appoſitum an iuramento firmetur. Effectu 184. 399
Citationis domi factæ non habuiſſe notitiam an probetur iuramento. Effectu 185. 400
Præſcriptioni an cum iuramento renunciari poſſit. Effectu 186. 401
L. hac edictali, C. de ſec. nupt. an poſſit renunciari. Effectu 187. 401
Suſpicio in pluribus caſibus iuramento purgatur. Effectu 188. 402
Bona alia non extare an iuramento probetur. Effectu 189. 403
Timoris cauſa iuramento probatur. Effectu 190. 403
Votum præceſſiſſe iuramentum probat. Effectu 191. 404
Dicto alicuius vbi ſit ſtandum requiritur iuramentum. Effectu 192. 405
Notarius an omiſſum iuramentum in inſtrumento apponere poſſit veluti conſuetum. Effectu 193. 408
Pactum nudum cum iuramento parit actionem. Effectu 194. 410
Promiſſio de aliquo faciendo ſi appoſitum ſit iuramentum, an facto æquipolleat. Effectu 195. 411
Exequutio an detur pro tacitè contentis in inſtrumento. Effectu 196. 412
Conductor equi an proprio iuramento probet illius obitum caſu fortuito. Effectu 197. 417
Societas morte ſocij finitur; ſed quid vbi eſt appoſitum iuramentum. Effectu 198. 418
Metus an ex eo probetur quod eſt inſtrumentum iuratum. Effectu 199. 419
Papa an ſeruare teneatur capitula in Conclaui facta. Effectu 200. 420
Priuilegium ne conueniri poſſit niſi inquantum facere poteſt, an iuramento tollatur. Effectu 201. 422
Vxor pro viro intercedere prohibetur, quid iuris autem ſi medio iuramento promittat. Effectu 202. 424
Periurium an incurratur ſi capta tantum eſt contrauentio. Effectu 203. 426
Iuramentum quo caſu ſufficiat ad torturam. Effectu 204. 428

Teſtis vnus cum iuramento ſuppletiuo probat. Effectu 205. 429
Titulus ex longa decem annorum poſſeſſione, & iuramento præſumitur. Effectu 206. 430
Iuſta cauſa non cohabitandi iuramento probatur. Effectu 207. 431
Vſura medio iuramento promiſſa ſoluenda eſt. Effectu 208. 432
Donatio cauſa mortis fit irreuocabilis ob iuramentum. Effectu 209. 433
Notarij iuramento ſtatur an errorem correxerit incontinenti. Effectu 210. fol. 440
Confeſſio iurata in teſtamento an ſit reuocabilis. Effectu 211. 441
Iniuria, iniuriam paſſi iuramento æſtimatur. Effectu 212. 442
Creditoris qui pignus alienauit iuramento ſtatur quanti pignus vendiderit. Effectu 213. 443
Extraiudicialis confeſſio licet abſente parte non probet, iurata tamen valet. Effectu 214. 444
Mora incurritur vbi eſt iuratum. Effectu 215. 444
Exceptiones omnes remouet iuramentum. Effectu 216. 447
Pœna conuentionalis iurata exigi poteſt. Effectu 217. 451
Confeſſio vxoris ſimul cum viro vendentis rem dotalem quod precium receperit, an præiudicet. Effectu 218. 453
Ius Canonicum ſeruandum vbi agitur de iuramento. Effectu 219. 454
Concubinæ donare Clericis prohibetur. Effectu 220. 456
Compromittere an liceat cum iuramento. Effectu 221. 458
Incertitudo viciat omnem diſpoſitionem, idq; regulariter, & quid ſi ſit iurata. Effectu 222. 458
Ceſſionis beneficio an renunciari poſſit. Effectu 223. 459
Carceris ſub pœna an valeat obligatio. Effectu 224. 460
Prorogatio facta poſt expiratum terminum an valeat. Effectu 225. fol. 461
Appellationem & reclamationem tollit. Effectu 226. 462
Actio quæ ex iuramento oriatur. Effectu 227. 462
Conductori ſuſcipienti in ſe caſus fortuitos, an ſit facienda remiſſio. Effectu 228. 463
Debitor an ire teneatur ad domum creditoris. Effectu 229. 481
Officialis durante officio contrahere nequit; Sed quid iuris vbi iurauit in contractu. Effectu 230. 482
Papa an iuramento ligetur. Effectu 231. 483
Feudum nouum vel antiquum an ſit, iuramento probatur. Effectu 232. 484
Maior pars minori non præiudicat habenti debitorem medio iuramento obligatum. Effectu 233. 485
Tutor ad ſe excuſandum medio iuramento probat quod bona minoris habet obligata. Effectu 234. 486
Teſtis iuramentũ an probetur ex illis verbis; talis teſtis iuratus depoſuit, &c. Effectu 235. 487

Teſti

Teſti non iurato an ſit credendum ſi pars illi ſtare voluerit. Effectu 236. fol. 489
Teſtis in cauſa propria quando quis eſſe poſſit. Effectu 237. 490
Teſtis quando ex interuallo dictum ſuum corrigere valeat. Effectu 238. fol. 491
Teſtes in termino an iuraſſe ſufficiat, vt poſſint poſtea quandocumque examinari. Effectu 239. 492
Domo è propria nemo extrahi debet; ſed quid ob debitum iuratum. Effectu 240. 494
Diuiſio, an, & quando dici poſſit præiudicari ipſi fideicommiſſo. Effectu 241. 495
Promiſſio de ſtando Laudo ferendo per arbitrum, licet nullum fuerit, iurata ſi fuerit ſeruanda eſt. Effectu 242. 499
Carceratus etiam iniuſtè fugiens è carcere ſi iurauit redire, intra certum tempus id præſtare tenetur. Effectu 243. 499
Reductio ad arbitrium boni viri datur à Laudo arbitratoris vbi continet enormem læſionem, etiam ſtante iuramento de parendo laudo. Effectu 244. fol. 500
Pactum vt probatio fieri nequeat niſi per inſtrumenta, non autem per teſtes, non valet, valet tamen ſi ſit iuratum. Effectu 245. 502
Procurator ad exigendum conſtitutus, nequit confiteri ſe recepiſſe; ſed quid ſi medio iuramento confiteatur. Effectu 246. 503
Donatio pupilli (qui nec teſtari nec mortis cauſa donare poteſt) iurata valet. Effectu 247. 503
Iuri petendi ſupplementum legitimæ vbi iuramento mediante fuerit renunciatum, nequit contraueniri. Effectu 248. 504
Comparationi literarum vt locus ſit, illam petens iurare tenetur aliter ſe ius ſuum probare non poſſe. Effectu 249. 505
Dos abſque iuſta cauſa conſtante matrimonio vxoris reſtituta, virum licet non liberet, aliud tamen eſt ſi medio iuramento vxor virum quietaſſet. Effectu 250. 506
Obliuionis allegationem ne per partem in iudicio fieri poſſit impedit iuramentum. Effectu 251. 507
Omiſſum in inſtrumento apponi iuramentum, poſtea per Notarium apponi nequit. Effectu 252. 508
Iuramentum firmat pactum de quota litis quamuis illicitum. Effectu 253. fol. 509
Argumentum in iure noſtro valet de tortura ad iuramentum. Effectu 254. 511
Cedendarum actionum beneficio, an per generalem iurium renunciationem renunciatum dicatur; Et quid ſi adſit iuramentum. Effectu 255. fol. 511

PARS QVINTA.

Periurij reatus pœnas continens, ſex & decem Effectibus ſubnotatis completur.

Periurus ſit infamis. Effectu 1. *fol.* 515
Banniri valet, & in exilium mitti. Effectu 2. 515
Fuſtigari poteſt. Effectu 3. 516
Capitaliter etiam puniri valet. Effectu 4. 516
Teſtis periurus ea pœna qua reus data veritate delicti afficiendus erat puniri poteſt. Effectu 5. 516
Pecuniaria pœna iudicis arbitrio condemnatur. Effectu 6. 517
Clericus periurus deponitur, & beneficio priuatur. Effectu 7. 517
Periurus dignitate, officio, & honore priuandus, & inhabilitatur ad obtinẽdas dignitatis. Effectu 8. 518
Nullam meretur fidem, & nequit eſſe teſtis. Effectu 9. 518
Facultatem proprio iuramento probandi de iure aut ſtatuto competentem amittit. Effectu 10. 519
Actione omnique contractus commodo priuatur. Effectu 11. 520
Alterius partis non implementum nequit allegare, ni doceat prius promiſſa ex parte ſua adimpleuiſſe. Effectu 12. 522
Abſolutionem à iuramento an petere poſſit. Effectu 13. 522
Dolus an requiratur in periuro, vel ſola contrauenientis culpa ſufficiat. Effectu 14. 523
Huiuſmodi periurij pœnæ non tranſeunt ad hæredes. Effectu 15. 525
Maxima omnium eſt offenſa quæ fit Deo, qui peierantes grauiſſimè punit. Effectu 16. 526

PARS SEXTA.

Abſolutionis à iuramento materiam pertractans, infraſcriptis duabus & triginta Quæſtionibus concluditur.

Abſolutio non tollit vires iuramenti, ſed facit vt periurus audiri poſſit, vide in principio huius ſextæ partis, num. 1. *Et an ſit neceſſaria citatio partis, ibid. nu.* 8. *& ſeq. Quæſt.* 1. *fol.* 528
Abſolutio coram quo iudice ſit petendæ. Quæſt. 2. 530
Concedi an debeat ei qui iurauit omnia eſſe vera, nec contrauenire quauis de cauſa, & renunciauit omni iuris, & legum auxilio. Quæſt. 3. 531
Abſolutia an ſit neceſſaria ſi adfuerit læſio enormis. Quæſt. 4. 532
Abſolutio an veniat concedenda vbi fuerit iuratum eam non petere, & ea impetrata non vti, & vbi adſint alia iuramenta. Quæſt. 5. 533
Abſolutio an ſit concedenda periuro. Quæſt. 6. 534

Remitti

Remitti an poſſit à parte Aduerſario iuramentum. Quæſt. 7. 535
Papa ſolus de periurio abſolutionem concedere poteſt quoties dubium de ea concedenda fuerit ſubortum. Quæſt. 8. 536
Abſolutio an ſit neceſſaria vbi contractus fuerit factus intercidente metu. Quæſt. 9. 537
Iudex Secularis an cognoſcere poſſit de nullitate abſolutionis conceſſæ à Iudice Eccleſiaſtico. Quæſt. 10. 537
Abſolutus ab Epiſcopo, an litem mouere poſſit Aduerſario coram Iudice Seculari. Quæſt. 11. 538
Iudex Laicus an compellere poſſit partem ad relaxandum iuramentum ſi appareat iniquum. Quæſt. 12. 538
Simulatus vbi fuerit contractus, an abſolutio ſit neceſſaria. Quæſt. 13. *fol.* 539
Feriarum tempore ob hominum neceſſitates introductarum, an abſolutio peti poſſit. Quæſt. 14. 539
Abſolutio in Cameralibus obligationibus, cum regulariter concedi non ſoleat, an veniat concedenda. Quæſt. 15. 540
Laudi reductionem petenti, qui illi parere, & abſolutionem nunquam petere iurauerat, an ſit concedenda. Quæſt. 16. 541
Abſolutio an ſit hæredi iurantis neceſſaria. Quæſt. 17. 541
Iuramentum ſi erroneè fuerit præſtitum, an ab eo abſolutio requiratur. Quæſt. 18. 541
Quid ſi moto iudicio ſuper reſciſſione contractus iurati, pars non oppoſuerit de periurio, & fuerint admiſſæ contrariæ probationes, an ſi poſtea opponatur, obſtet exceptio? Quæſt. 19. 542
Oppoſita exceptione periurij, ſi ad vlteriora procedatur, an Iudex illam reieciſſe cenſeatur. Quæſt. 20. 543
Probationes ſi Iudex admiſerit, Si & inquantum, an oppoſitæ prius exceptioni periurij prœiudicium faciat. Quæſt. 21. 544
Doloſè extorto iuramento contrauenire volens, an egeat abſolutione. Quæſtio. 22. 545
Abſolutio conceſſa ex falſa cauſa, an teneat, & valida ſit. Quæſt. 23. *fol.* 545
Nullo exiſtente contractu, an petenda ſit abſolutio. Quæſt. 24. 545
Turpes vbi ſint contractus, an opus ſit abſolutione. Quæſt. 25. 546
Abſolutio obtenta ad effectum agendi, an factis probationibus ſufficiat, vel plenior abſolutio requiratur. Quæſt. 26. 546
An neceſſaria ſit abſolutio ſi iuratum ſit in caſibus in quibus iuramentum de iure non obligat. Quæſt. 27. 546
Abſolutio an requiratur, cum quis medio iuramento ſe obligauit ad impoſſibile vel difficillimum factu. Quæſt. 28. 547
Abſolutio an ſit neceſſaria ſi quis temerè iurauerit non loqui Patri, Matri, Fratribus, Sororibus, & ſimilibus. Quæſt. 29. 547

Moro-

Moroſo non implenti promiſſa, an ſit concedenda abſolutio. Quæſt. 30. 547

Abſolutio an ſit petenda ab eo qui pecuniam ſe recepiſſe iurauit, ſed vult opponere exceptionem de non numerata pecunia. Quæſt. 31. 548

Abſolutione obtenta paulo ante aduentum termini ad ſoluendum præfixi; an pendente lite, locus ſit iuratæ obligationis exequutioni poſt lapſum termini. Quæſt. 32. 548

PARS SEPTIMA.

Iudicis æquè ac Partium, in Iuramenti præſtatione officium vnica ſolum Rubrica compendioſè admodum & finaliter deducit.

FINIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus.

PROOEMIVM.

IVRAMENTI materiam in Iudicijs, & Contractibus adeo frequentem expoſiturus, Legum cõpilator hiſce Caij I. C. verbis Titulum exorſus eſt. Maximum remedium expediendarum litium in vſum venit iuriſiurandi religio, qua vel ex pactione litigantium, vel ex authoritate iudicantis, controuerſiæ deciduntur, l. 1. ff. de iureiur. Quibus Apoſtoli ſententia conſonat ad Hebræos, cap. 6. dicentis. Homines enim per maiorem ſe iurant, & omnis controuerſiæ finis eſt iuramentum; & notabiliter inquit Iuſtinianus in l. 1. prope princ. C. de iureiur. propt. calum. Sacramenti timore contentioſa litigantium inſtantia compeſcitur. Quid etenim contingere humano generi poteſt optabilius, quam diſcordiarum terminatio? Ad quas antiquus ille noſter Aduerſarius zizaniæ ſeminator miſeros mortales tam frequenter impellit? Quas vt vitarent humanę leges permultis editis ſanctionibus, & tribus in ſumma præceptis occurrerunt; Honeſtè ſcilicet viuendi, alterum non lædendi, & ius ſuum vnicuique tribuendi. Quæ ſi homines

ſer-

ſeruent, vbi controuerſiæ? quæ lis? quę diſcordia? quod denique iurgium eſſe poterit cum eo viro, cuius vitæ honeſtas neminem lædat, & quod ſuum eſt vnicuique tribuat? At vbi diſcrepantiæ vigent, & lites, Deus in primis Optimus Maximus, deinde nos ipſi, proximusque noſter aduerſus mandata legis offenduntur; proh dolor? quæ calumniæ, quæ cauillationes, quæ diſpendia, quę rixæ, quę odia, qui improbi lites proſequentium motus in iudicio infauſtis hiſce temporibus reperiuntur? Quibus amputandis cum iuſiurandum ſit haud mediocre remedium, ſuperuacaneum eſſet de illius pręſtantia diſputare. Iuramenti ergo materiam omnibus in forenſibus cauſis, & in quocumque contractu obuiam paſſim in iure noſtro, & in tàm multis, & ferè innumeris ſcribentium voluminibus ſparſam, varijsque noſtris laboribus, & vigilijs recollectam particulari libello tractaturi, omiſſis ſuperfluis allegationibus, quo fieri poterit breuius exponemus; vtque ordinatè cuncta procedant, Tractatum ipſum in ſeptem partes diuidemus.

In prima agetur de definitione iuriſiurandi, eius religione, forma, authoritate, & ſolennitate.

In ſecunda declarabimus quot ſint ſpecies iuramenti.

In tertia diſcutietur de perſonis habilibus ad iurandum, & qui licite valeant recuſare, nè iurent, quique renuentes cògi debeant ad iurandum.

Quarta enucleabit quàm plurimos, & eós quidem notabiles Effectus iuramenti.

Quinta denudabit periurij pœnas, & reatum.

Sexta docebit in quibus caſibus iuſiurandum ſit relaxandum, & quando ad effectum agendi ſit abſolutio concedenda, cum pulchris ad materiam quæſtionibus.

Vltima continebit quid aduertere Iudices, & quid Partes conſiderare debeant in iuramenti præſtatione.

Et in ſingulis ſubnectentur variæ quæſtiones, vt earum nodis diſſolutis, perutilis hæc materia elucеſcat, auxiliante nobis diuina gratia, illiusque incomparabilis Virginis patrocinio, ex qua mundo lux eſt orta, in quam ſperaui ſemper, & cui confido; & ſperantes in eam, non confundentur in æternum.

VIN-

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM MEMORABILIVM,

Quæ in hoc Tractatu de Iuramento continentur, ſerie Alphabetica digeſtus.

A

1 forma verba requirantur; & concluſiuè procedendo, quoad † tactũ ſcripturarum, conſtitue regulam negatiuam, inhærendo communi Doctorum ſententiæ, de qua Alciat. ext. in rubr. de iureiur. nu. 29. verſ. ſtat ergo firma, quamuis Purpur. in l. certi condictio, §. ſi nummos, num. 33. ſi cer. pet. dicat oppoſitum. Abb. in cap. 2. nume. 3. de his quæ vi metusve cau. fiũt. Sed quoniam multi ſunt caſus in quibus ſcripturarum tactus eſt neceſſarius, de quibus glo. in Clemen. prima. §. porro, ſuper verbo, tacta, vbi Ioan. de Imola, nume. 16. de hæret. & gloſ. in cap. vt circa, ſuper ver. præſtito, de elect. lib. 6. Franc. Mar. quæſt. 674. nu. 4. & 11. Galleſ. de Came. obli. in fine, 2. par. tract. in 6. par. formu. q. 2. nume. 10. gloſ. in auth. iuſiurandum, quod præſtatur ab his, in princ. ſuper ver. teneo, c. quoties frater, 2. q. 5. §. fin. in auth. vt hi qui oblig. ſe habe. perh. res minor. l. generaliter, §. in omnibus, C. de reb. credit. Bello. conſ. 4. num. 3. Iaſ. in l. iubemus, num. 12. C. de teſtam. Ideo alternatiuè poſuimus in diffinitione, ex ſcripturæ tactu, vel verborum prolatione inſurgens.

2 Nec curamus eos caſus in ſpecie referre, quoniam † inualuit conſuetudo, vt in omnibus inſtrumentis pręſtetur iuramentum corporaliter

raliter tactis ſcripturis, Paul.in l.teſtium, nu.5.C.de probat. vide Iaſ. in auth.Sacraměta puberum.nu.13.C.ſi aduerſ.vend.Et vidimus in innumeris inſtrumentis tam in Vrbe, quàm extra celebratis, qua ſtante conſuetudine, tactus eſt neceſſarius, ad Alciat. in præallegata rubr.de iureiu.num.34.verſi.fallit quarto. Eademque conſuetudo uiget, in iuramentis iudicialibus, quæ vel à iudice, vel à parte,
3 vel à notario deferuntur, de qua † conſuetudine in Italia meminit gl.in d.Clem.1.ſuper verb.tacta, in fi.vbi Imo.nu.16.verſi.in primo verò, ad gl.in auth.iuſiurandũ, quod præſtatur ab his, in prin.ſuper verſi.quatuor, & Cur.iun.in l.ſi quis maior, nu.12. in fi.C.de tranſact.addit.ad Bal.in l.generaliter, §.in omnibus, ſuper ver.tu adde, de reb.credit.ad c.hortamur, 3.q.9.addit.ad Abb.in rub.de iureiu. in ver. ſuper qua materia.Gomeſ. in §.item ſi quis.nu.1.Inſtit.dum actio. Port.conſi.36.nu.67.

Et ita per annos 40. & vltra, quibus continuè in forenſium cauſarum patrocinio in tribunalibus Vrbis verſati ſumus, inconcuſsè
4 vidimus obſeruari.† Quare autẽ tactus huiuſmodi requiratur, dic, vt iurans Euangeliorum pręſentia terreatur; Rota, deciſ.1.nume.3. de iuram.calum.in nou. vide Alciat.in Rub.extra de iu.iur.nu.35.
5 Talique caſu quo tactus ſcripturarũ eſt neceſſarius, † nil refert, an iuretur tactis ſacris Euangelijs, vel alijs ſcripturis, Bar. in l.qui per ſalutem, ff.de iureiu.addit.ad Abb. in rubr.de iureiu. verſic.ſuper qua materia. Viui.inter communes, ſuper verb.iuramětum ſufficit præſtari. Gabriel.de mino.concluſ.5.num.35.36.& ſequen.late Simoncel.de decret.lib.3.tit.8.num.188. Veſtri.lib.6.cap.2.num.21. Guid.Papa deciſ.35.nu.2.Viui.opinio.432.

Licet placuerit nonnullis vt fallat in Epiſcopis, qui ſuper Euãgelijs iurare nõ tenentur: addit.ad Bar.in authen.Sacramenta, ſuper ver.corporaliter, C.ſi aduerſ.vendit.vide addit.ad Veſtri.lib.6.c.2. num.57.vide Viui.opinio.432. nu.2.
6 Et ſignanter aduerte, † tactum ſcripturæ fore neceſſariũ in iuramento teſtium, aliter examen eſſet nullũ; vide Caputaq.deciſ.121. & deciſ.246.par.2.in impreſſ... Rimin.iun.conſi.472.nu.11.lib.4.
7 Veniendo igitur ad alterum, an † verborum prolatio ſit neceſſaria; In quo varia fuit Scribentium ſententia, ſiquidem Seraphin.in priuileg.22.nu.116.inquit communem eſſe ſententiam, quod verba non ſint neceſſaria: tu autem tene veriorem, & magis communem opinionem, quod verba de neceſsitate requirantur, quam tenuerunt Guid. Bart.Bald. Alber. Salic. Fulgoſ. Roman. & alij, quos recenſet Alciat. in d.Rubr. de iureiur. nume.21.verſ. ſecunda fuit, vbi inferius, num.24. in fine, teſtatur hanc eſſe magis communem, vbi ſimus in caſu diſtinctionis, quæ deſtinctio fuerat, vt in eo qui loqui poteſt, verba ſint neceſſaria: ſecus autem in eo qui im-

peditus

peditus eſt, ne loqui poſsit, vt notat idem ibid. num. 22. verſi. tertia. Quæ diſtinctio mihi non arridet: quia dum diſputatur, an in iurante verba ſint neceſſaria, præſupponimus iurantem habilem ad loquendum, iuxta vulgarem regulam, quod quoties de vno diſputamus, cętera præſupponuntur habilia. Aymo, conſi. 307. nu. 2. & in conſi. 270. num. 5. Cagnol. in l. vinum, vbi plura congerit, ff. ſi cert. pet. Nonne inſulſa eſſet controuerſia, an in muto iurante verba requirantur? cum loqui non poſsit; ſed ob ſpecialem hanc cauſam lex indulſit, vt abſque verbis iurare poſsit, prout eadem de cauſa illi conceſsit, vt teſtamentum condere valeat, iuxta terminos l. diſcretis, C. qui teſt. fac. poſſ. licet nomen hęredis nequeat nominare, prout tenebatur, ex diſpoſitione l. quoniam indignũ, C. de teſtam.

8 Tene † ergo indubitanter verba in iureiurando requiri: & corrobora huiuſmodi concluſionem vltra deducta per alios, ex ſequentibus fundamentis.

Ex tex. in cap. 30. Numer. ibi, Vir cum iurauerit, non polluat verbum ſuum.

Ex cap. 15. Paralip. lib. 2. ibi, Iurauerunt q; Domino voce magna.

Ex cap. 1. §. fin. extra de iureiur. in 6. ibi, Iuramenta qualitercũque, & ſub quacumque verborum forma præſtita vel præſtanda.

Ex authoritate Cic. de Offic. lib. 3. car. 3. ante fi. dicẽtis: Nõ enim falſum iurare periurare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id nõ facere, periurium eſt.

Ex iuriſiurandi formis quæ in iure ſcriptæ reperiuntur, omnes de verbis facientes expreſſam mentionem, ergo verba ſunt de ſubſtantia, aliàs non ſemper in omnibus de eis mentio ſpecialis facta fuiſſet; maior probatur ex infraſcriptis.

Ex cap. ego N. de iureiur. vbi ponitur forma iuramenti præſtandi ab Epiſcopis.

Ex c. quamquam, iuncta gl. ſuper verb. cautione, 23. diſt. vbi habes formam iuriſiurandi præſtandi ab eis qui ſacris initiantur.

Ex §. primo, in authen. iuſiuran. quod præſtatur ab his, vbi vides formam ſacramenti Iudicum.

Ex c. quoties frater, 2. q. 5. vbi de iuramento accuſati ſe expurgantis, & expurgatorum.

Ex c. in libro, ea. cau. & quæſtio. vbi de iureiurando mulieris, de adulterio ſuſpectæ ſe expurgantis.

Ex c. tibi Domino, 63. diſtin. vbi de ſacramento Imperatoris erga Romanum Pontificem, & ſanctam Apoſtolicam Sedem.

Ex c. primo, qualiter iura. debeãt Domino vaſalli fidelit. vbi de iureiur. fidelitatis, & in c. 1. de no. for. fidel.

Ex §. fin. in auth. vt ij qui oblig. ſe habe. perhi. res minor. de iuramento tutoris.

Ex cap. de parentela, 35. quæſt. 6. vbi de ſacramento accuſatoris.

Ex c. illud, & c. ſeq. ibid. vbi de Synodali iuram. teſtium.

Ex c. ab iſto die, ibid. vbi de iureiurando coniugum qui ab inuicem ſeparantur.

Ex c. ab iſto die, il ſecondo, ibid. vbi de ſacramento coniugum ſe inuicem reconciliantium.

Ex Clem. 1. §. porro, præter iuramẽta, de iureiur. vbi de iuramento Imperatoris ante coronationem.

Ex c. ego Berengarius, de conſecrat. diſtin. 2. vbi de iuramento clerici ab hæreſi ſe expurgantis.

Ex l. rem non nouam, §. patroni autem, C. de iudic. vbi de iuramento Aduocatorum, & Procuratorum, & de iuramento iudicum, in princ. legis.

Ex §. 1. in Authent. iuſiuran. quod præſtatur ab his, vbi de iuramento adminiſtratorum qui habent adiunctam iuriſdictionem.

Ex cap. quoties cordis, 1. quæſt. 7. vbi de iuramento à ſchiſmate, redeuntium.

9 In quibus omnibus cum ſemper † verba pro forma inſerantur, ſatis oſtenditur id euenire ex natura iuramenti quod illa requirit.

Adſtipulatur Magiſter Sententiarum in 39. diſtinct. lib. 3. de eo qui verborum calliditate iurat, inquiens hoc etiam ſciendum eſt

10 quod quacumque arte verborum quis iuret, † Deus tamẽ qui conſcientiæ teſtis eſt, ita accipit, ſicut ille cui iuratur intelligit, habes in c. quacumque, 22. q. 5. Cui ſententiæ proxima eſt Ciceronis authoritas in oratione pro Q. Roſcio Comędo, car. 3. ante finem, dicentis, non ex pactione verborum, quibus iuſiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia, & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui dij immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſueuerunt.

Facit Diuus Thomas ſuper præallegatis verbis Magiſtri Sententiarum, in 1. q. vbi dicit: reſpõdeo dicendum, quod iuramentum fit ad confirmationem eorum quæ in dubium veniunt audienti, de quibus loquens vel certitudinem habet, vel dicit ſe habere.

11 Ex quibus apparet † verba eſſe in iureiurando neceſſaria.

Et licet ſine tactu ſcripturarum verum ſit iuramentum vt patet ex iam dictis, & etiam ex firmatis ſupra in prima quæſtio. efficacius

12 certe caſus eſt † corporale iuramentum, vt videbis infra in 4. par. primo effectu, quæſt. 6.

13 Sed hic cadit oportuna, & perpulchra dubitatio, an † deferẽs alicui iuramentũ poſsit præſcribere aliquam formam aut ſolemnitatatem qua iurari velit, vt plures noui pertinaciter inſtantes vt præſtetur iuſiurandum cum candela accenſa ante imaginem Beati Antonij, plurimum confidentes, ſi periurium fiat, confeſtim in peierantem procurãte D. Antonio vltionem à Domino profecturã vt perſpectum

14 ſpectum fuit, de anno 1537. regnante Paulo III. in† quodam Marco milite Brixiano peierante in Eccleſia Beati Antonij in Vrbe, quem ſtatim completo periurio ignis improuiſus exurere cœpit, & tandem conſumpſit, vt eius incendium depictum eſt ſuper portam Capellæ dicatæ eidem Sancto in prædicta eccleſia, quod ibidem continuo permãſit, & quod millies vidimus vſque ad annum 1583. quo ea Capella veteri deſtructa, hæc, quæ nunc cernitur, in ampliorem, & ornatiorem formam inſtaurata eſt.

Ad huius quæſtionis explanationem præmittimus hanc iuran-
15 di formam† propriè vocari execrationem, de qua ita loquitur Magiſter Sententiarũ in 3. lib. diſt. 39. in c. quid eſt dicere per Deum, videlicet, eſt etiam quoddam genus iuramenti grauiſsimum quod fit per execrationem, vt cum dicitur, ſi hoc feci, illud patiar, vel hoc contingat filijs meis; Dom. Soto, de Iuſti. & iu. lib. 8. quæſt. 1. art. 1. concluſ. 4. Nauar. in Manual. confeſſ. c. 12. de 2. præcept. Decalog. nu. 1. ſecundum quod accipitur interdũ cum aliquis iurando dicit per ſalutem meã, vel per filios meos, & huiuſmodi, obligant enim hæc Deo, vnde Auguſtinus: Cum quis ait per ſalutem meam, illã obligat Deo, cum dicit per filios meos, eos oppignorat Deo, vt hoc eueniat in caput eorum quod exit de ore ipſius, de qua execratione loquitur ſacra pagina in 2. Eſdræ, c. 10. & vide pulchrum text. in c. in lib. 2. q. 5.

16 Hocque dicebant antiqui † iurare conceptis verbis his, ideſt ad arbitrium deferentis dictatis. Plaut. in Ciſtel.

At ille conceptis iurauit verbis apud matrem meam.

Liuius libro 7. Deca. 1. prope princ. narrans egregium facinus Titi Manlij. Super lectum ſtans, (inquit) Ferro intento niſi in quæ ipſe cõcepiſſet verba iuraret ſe patris eius accuſandi cauſa Concilium Plebis nunquam habiturum, cum ex templo transfixurum minatur, & ſubdit; Pauidus Tribunus adiurat in quæ adactus eſt verba.

Modo redeundo ad quæſtionem, Bald. in c. 1. §. item ſacramen-
17 ta, col. 2. de pace iuram. firman. dixit in † huiuſmodi iuramentis ſatis eſſe, attendere conſuetam iurandi formam; cumque hæc, de qua quærimus, videatur inſolita, Alciat. in d. Rubr. de iureiu. nu. 33. & præcedenti, relata hac ſententia Baldi, tenuit partem non adſtringi ad iurãdum cum aliqua execratione per deferentem in iureiurando propoſita.

18 Contraria ſententia mihi videtur de iure verior, ob plures textus, qui noſtro iudicio cauillari nequeunt.

19 Occurrit primum l. 3. §. iurari, ff. de iureiur. † iurari (inquit Iureconſultus) oportet, vt delatum eſt iuſiurandum. Cęterum, ſi ego detuli vt per Deum iurares, & tu per caput tuum iuraſti, vel filiorum

tuorum

tuorum, vt habetur in l. ſeq. non erit ratum habendum iuramentum, vt ſubiungitur in l.ſubſequenti.

20 Adſtipulatur l.non erit,in verſ.omne enim, eo.tit.dicens: † Omne enim omnino licitum iuſiurandum per quod voluit quis ſibi iurari idoneum eſt.

21 Si ergo † iurare oportet vt delatum eſt iuramentum, & ſi omne iuſiurandum quod licitè voluit is qui defert, eſt idoneum, cur iurare reus non teneatur iuxta propoſitam execrationem, quàm (ſi fortè diſplicet) euitare volet, ſacramentum referendo, cum aliter eſſe in manifeſta turpitudine videatur, l.manifeſte, de iureiur.

Minuſq; vrgere videtur illatio quam facit Alciat. vir certè grauiſsimus, dum contrarium ſentiens pro ſua ſententia citat d.l.3.& ſeq.quæ (ni fallimur) oppoſitum probant, & quas ſupra proximè pro noſtra ſententia induximus; niſi forſan ſe fundauerit in verſ. Diuus Pius, vel in verſ.ſed et ſi quis illicitum. Diuus Pius (dicitur ibi) iuriiurando quod propria ſuperſtitione iuratum eſt, non ſtandum reſcripſit; ſi non ſtandum, vbi fuerit iuratum, multo minus erit deferendum, cum facilius aliquid fieri impediatur, quàm factum reuocetur, l.patre furioſo, ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. ſed ille textus loquitur de iuramento ſuperſtitioſo: & ſuperſtitioſum negamus eſſe iuſiurandum coram imagine Sanctorum, vel ſuper eorum reliquijs, aut alijs rebus ſacris præſtandum.

Immò aſſerimus prorſus eſſe permiſſum, vt liquebit ex proximè deducendis. Dicitur in verſ.ſi quis illicitum, non eſſe ſtandum iuriiurando delato ſuper illicita & reprobata religione; idque nec oppugnat noſtram ſententiam, cum is qui petit iurari in conſpectu imaginis alicuius Sancti, nil illicitum petat, vt inferius demonſtrabitur.

22 Nec † inconſuetum eſt in conſpectu ſacrorum iuramenta præſtari, c.habemus, 22.q.5. Honeſtum eſt dicitur ibi, vt qui in Sanctis audet iurare, ieiunus hoc faciat, cum omni timore Dei. Nec qualitas illa accenſi luminis videtur illicita: quoniam lumen accendi in Sanctorum honorem mos eſt ſacroſanctæ Eccleſiæ inueteratus, vt notum eſt lippis & tonſoribus.

Applaudit l.qui per ſalutem, ff.de iureiur. Qui per ſalutem (inquit) ſuam iurat, licet per Deum iurare videatur, reſpectu enim diuini numinis ita iurat: attamen ſi non ita ſpecialiter ei iuſiurãdum
23 delatum eſt, iuraſſe non videtur, † ideoque ex integro iurandum eſt; Ecce textus clariſsimus, ecce ſolemniter iurandum, prout delatum eſt iuſiurandum.

24 His alludit d.c.habemus, 22.q.1. vbi † ſtatuitur eſſe cauendum periurium, non ſolum in altari ſeu Sanctorum Reliquijs, ſed etiam in communi loquela. Prohibitum ergo eſt periurium ſuper altari,
ſacriſ-

ſacriſq; Reliquijs,& à contrario ſenſu veritatem iurare permiſſum.

Vrgetque in id textus in cap. qui peierat, ead.cauſa, & quæſtio.
25 vbi † pœna infligitur peieranti in manu Epiſcopi,vel ſuper Cruce conſecrata,quæ pœna ob periurium irrogatur: quod ſi ceſſet, per mittitur huius generis iuramentum.

Quod conuincitur ex ineuitabili textu,in c.habet hoc propriũ,
26 ſecunda q.5.vbi B.Gregor.iuſsit † Leonem Epiſcopum de aliquibus impugnatum, quæ legitimè non probabantur, ad ſe purgandum,iurare ſuper corpus Beati Petri.

Et concinit C.Mennam,immediatè ſubſequens, in quo haben tur hæc formalia verba, videlicet: Qui inſuper ad ſacratiſsimum corpus Beati Petri Apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, ab his quæ obiecta fuerant ſe demonſtrauit alienum. Idemque probant duo capitula immediatè ſequentia, quæ clara ſunt, & omnino uideantur. Et Purpurat.videndus in l.manifeſte,nu.39.ff.de iureiur. & pulcher textus in c.Epiſcopus in Synodo,35.q.6.

27 Cur ergo coram † Diui Antonij veneranda imagine cum accẽſo lumine ad Dei gloriam iurare non admittetur? vt iurans cum omni timore iuret, vt dicitur in d.c.honeſtum, timeatq; lumen illud,quod in manu tenet,ad gloriam Dei,ſi peieret,ſtatim in ſui ip ſius incendium conuerti poſſe,qui falſum iurando auſus ſit diuinã tentare iuſtitiam? prout illi militi Brixiano contigit, de quo ſupra retulimus.

28 Et in terminis † de hoc iuramento ſuper altare Sancti Antonij, meminit Aymo Crau.conſ.198.nu.5.verſ.tertio plurimum.Becc. relatus à doctiſsimo Paulo Granutio amico ſemper obſeruandiſſimo, Theorem.10.nume.21. qui noſtram huiuſmodi ſententiam comprobarunt.

29 Nec facit obiectio, † quod minus conſueta ſit præſcripta iuriſiurandi formula,ante imaginem Sancti Antonij,& iuramenta præ ſtanda ſint iuxta conſuetum: quoniam non eſt adeo inſolita,quin pluries ita iuratum fuerit, vt patet ex iam relatis: nec diſsimilis ab alijs iurandi modis, quos ſupra retulimus.

Habemusque legem edicentem ita fore iurandum, prout fuerit delatum,excipientem tantũ,dummodo ſit licitum iuramẽtum.

Hancque noſtram ſententiam confirmat Diuus Auguſt.in Epi-
30 ſtola 137.vbi † de cultu,& veneratione Sanctorum agens,& quan do particularia beneficia Sanctos inuocantibus in particularibus locis Deus exhibeat,refert ſuper ordinatione cuiuſdam Bonifacij, de grauibus criminibus accuſati, quæ humano non poterant con ſtare teſtimonio,cum hęſitaſſet,ſe deliberaſſe,vt tam Reus accuſatus, quam Accuſator, ad aliquod ſancti Sepulchrum deferrentur, vbi terribilibus operibus Dei eorum conſcientiæ aperirentur.

Et

Et obijcit ſibimetipſi Diuus præfatus,quod vbique ſit Deus,quod omnia repleat, & in occulto exaudiat, & alia nonnulla : quibus reſpondet,ad iſta quæ viſibiliter nota ſunt, quis poteſt Dei cõſilium perſcrutari, quare in pleriſque locis miracula fiant, & non in omnibus? & ſubiungit: multis nota eſt loci ſanctitas, vbi Beati Felicis Nolenſis Epiſcopi corpus eſt conditum, quo volui vt pergerent, quia facilius inde nobis ſcribi poteſt quicquid in eorum altero diuinitus fuerit probatum. Nouimus enim Mediolani apud memoriam ſanctorum vbi mirabiliter, & terribiliter dęmones confitentur, ſuper furem quendam, qui ad locum eundem venerat vt falſum iurando deciperet,compulſum fuiſſe confiteri furtum, & reddere quod abſtulerat. Hactenus Auguſtinus. Nam teſtimonium quęris illuſtrius aut apertius? non tantum iurare ſuper ſepulchris Sanctorum non eſſe ſuperſtitioſum,ſed in caſibus dubijs, & Reũ, & Actorem remittendos,vt iurent in locis Sanctis,quo iurantium conſcientiæ(vt Aug.inquit) terribilibus Dei operibus aperiantur, & tanquam fur ille qui ad fallendum venerat, ſacrorum præſentia illuminatus,veritatem agnoſcens,illam fatendo,reddat aduerſario quæ debet, quæ cum periurio lucrari paratus aduenerat. Hæc licet ad aliud propoſitum, refert Mar. Pere. in ſuo tract. de traditio. Eccleſ.in 3.par. in tit.de vener. reliquiar.fol.159. verſ.ad Auguſtinum venio.

SVMMARIVM.

1 *An in omni iuramento concurrere debeant, Veritas, Iudicium,& Iuſtitia,& nu.2.3.8.9.& ſeq.*
4 *Quando iuramentum dicatur continere iuſtitiam.*
5 *Iurans per falſos Deos, aut improbatam religionem de iure Canonico obligatur.*
6 *Quid de iurante per Dæmones.*
12 *Periculoſa ſententia quorundam conſulentium.*

QVAESTIO QVINTA.

1 Diximus in iureiurando requiri Veritatem, Iudicium, & Iuſtitiam,ex verbis Hieremiæ Prophetæ in c.4.in princ. de quibus in c.etſi Chriſtus, de iureiur. Quęritur † an in omni iuramento tres iſti comites ſint neceſſarij?

Videtur affirmatiuè reſpondendum,quoniam inquit D. Hieronymus,quod vbi hi comites defuerint, non erit iuramentum, ſed periurium,ad c.animaduertendum,23.q.2.

2 Quam † opinionem plures ex Doctoribus amplexi fuerunt, ſim-

pliciter aſſerentes, iuſiurandum non ligare niſi contineat ea tria ad Pariſ.conſi.86.nu.49.& ſeq.lib.3.idem conſi.12.nu.78.& conſi. 54.num.50.& conſi.99.num.19.lib.1.Aymo, conſi.144. num.16. Socin.iun.conſil.3.num.33.lib.2.Roland.à Valle, conſi.98.nu.34. lib.1. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. 2. Centur. 3. Caſu, 260. numero 35.Hoſtienſ.in Sum.de iureiur. §.quot comites. Sotus viden. de iuſt.& iure, lib.8.quæſt.1.art.3. Rube.conſi.12.nu.5. Gomeſ.in §.item ſi quis in fraudem,ſecundo,Inſtitut.de action.Peruſi. deciſ. 64.num.14.par.2.

3 In contrarium † facit id quod Pariſius notat in conſi.97.num.74. lib.1.vbi voluit iuſiurandum ligare,licet comitem non habeat Veritatem; Cuius oppoſitum,dixerat in præallegato conſi.54. nu.5 &c. Alexander poſt Io.de Imola, quem refert, ſentiens huius Articu-
4 li difficultatem,declarat in conſi.42.nu.19.lib.1. iuramentum † dici continere Iuſtitiam, dummodo non contineat quid turpe, vel non tendat ad obſeruantiam peccatorum, quod minimè eneruat difficultatem, de iure enim Ciuili ſi falſum iuretur, quo quid turpius? ſtatur Sacramento: & ſub prætextu periurij non eſt locus retractationi,l.1.C. de iureiur. & de iure Canonico iuſiurandum turpè, iurantem ligat,ad cap.cum quidem, §. fina. eod.titu. vbi iurans non loqui Patri, vel Matri, aut eis non præbere ſubſidium, iuramento obligatur, & propterea dicitur illum egere abſolutione, quæ abſolutio, ligamen præſupponit, l. manumiſsiones, ff.de iuſtit.& iur.

Immò,etſi de iure Ciuili, iurans per falſos Deos, & improbam religionem, vtpote Apollinis,& Dianę,non obligetur,& habeatur perinde ac ſi non iuraſſet,ad l.non erit, verſi.Diuus Pius,& verſic.
5 ſed ſi quis illicitum, ff.de iureiur. † attamen de iure Canonico contrarium habemus,quòd iurans per falſos Deos, obſeruare tenetur id quod promittit; Audi Diuum Auguſtinum relatum in cap.monet,22.q.1.dicentem,ſi quis per Dęmonia, vel falſos Deos iurauerit,ſe fidem ſeruaturum,eamque non obſeruauerit, non tibi videtur bis peccaſſe: ſi enim ſeruaret fidem, ideo tamen peccaſſe iudicaretur,quia per Deos falſos iurauit. Illud autem nemo repræhenderet,quia fidem ſeruauit. Nunc verò,& quia iurauit,per quos nō debuit,& contra pollicitam facit fidem, bis vtique peccauit, vide Imol.in c.cum contingat,num.57.de iureiur.volentem,vt is qui iu-
6 rat per Dęmones, licet † peccet ſic iurando, vt nihilominus cogi debeat ad obſeruandum, Diuus Thomas ſuper 3.Magiſtri Sententiarum diſt.39.in c.ad ſecundum ſic proceditur, verſi.Vlterius videtur, arguit ex pluribus hos tres comites non videri neceſſarios in iuramentis,poſtea quæſtionem diſſoluit in finalibus verbis, reſidens in ea ſententia,vt propter periculum Animæ,quod imminet

in iura-

in iuramento,præ cęteris noſtris actibus, præcipuè iurijurando dicti Comites adhibentur.

Diuus autem Hieronymus ſuper illis verbis Ieremiæ, aliam præbet ſolutionem,ut habetur in c.& iurabunt,22.q.1.& iurabunt(inquit) Dominus in Veritate,Iudicio,& Iuſtitia,& benedicēt eũ omnes gentes, ipſumque laudabunt; ſubiungitque (recitatis his verbis Ieremię)quomodo ergo per Euangelium iurare nos prohibet; Sed hic iuramentum pro confeſsione dicitur,& ad condemnationem Idolorum , per quæ iurabat Iſrael , denique offendicula auferuntur & iuratur per Dominum Deum.

7 Quæ interpretatio tollit difficultatem,quoniam retenta expoſitione Hieronymi, ꝙ iuramentum ibi pro confeſsione capiatur, ceſſat omne fundamentum , quòd illi tres comites requirantur in iuramento,cum hoc fundetur in ſolis illis verbis Ieremiæ , quæ ita interpretata,illud non probant.

8 Sed etſi hæc expoſitio † Diui Hieronymi, applaudat dictis Ieremiæ præcedentibus : nihilominus ipſe idem ſuper eiſdem Ieremiæ verbis notauit,in iureiurado neceſſarios eſſe comites debere Veritatem,Iudicium,& Iuſtitiam,aliàs non iuſiurãdum, ſed periurium eſſe,vt refert Gratian.in d.c.animaduertendum,22.q.2.

9 Quid † ergo in tàm difficili quæſtione dicendum? Diſſoluitur huiuſmodi controuerſia in c.innocens,22.q.4. Vbi relatis verbis Ieremiæ,& Hieronymi,quod tres illi comites iurijurando ſint neceſſarij,dicitur,non tamen vbicunq; aliquod iſtorum deeſſe cõtigerit, ſeruari prohibetur: Aliqñ namque iuramento deeſt iuſtitia, veluti cum quis poſt votum caſtitatis(intellige ne decipiaris) de voto ſimplici,ſecùs enim de ſolẽni,per c.conſuluit,c.pen.& fin.qui Cleri. vel vouent.ducit vxorem , iurando nunquam ab ea diſcedere , quod quamuis illicitum ſit,quoniam iuſtitia deeſt, Auguſtini authoritate ſeruari præcipitur. Iudicium quoque aliquando deeſt iuramento,cum quis propria temeritate ductus,iurat ſe manducaturum,& bibiturum,hoc,quamuis leuitate indiſcreta illicitum probetur, nõ tamen ideo violari iubetur; præmittitur ibi exemplum,ſi deſit Veritas,habes tamen in c.mouet,in fine,ead.cauſ.q.1.Et de temerario iuramento an liget vide Cardin. in conſi. 38. nume.1. Concludi-
10 mus ergo, † iuſiurandum ligare , etiam ſi deſit aliquis illorum comitum,quos omnes ad iuramenti vinculum dicimus haud eſſe neceſſarios , ſed eos requiri ad perfectionem iurantis , ne aliter iurando, incidat in laqueum ; Et ita determinarunt Summi Pontifices Rom. in pluribus Decretalibus , ſanciendo , vt iuſiurandum ſemper obſeruetur,dũmodo non vergat in diſpendium ſalutis ęternæ, c.cũ contingat, cũ ſimilib.de iureiu.& patet in eo,qui iurat ſoluere vſuras,vtique in hoc caſu deeſt iuſtitia , & nihilominus ob religio-

nem iuramenti cogitur obſeruare, cap.debitores, eo.ti.de iureiur.

Vnum ſubijcimus, ne forte aliquis decipiatur, quòd dum dici-
11 tur in iuramento requiri Iudicium, † vt non intelligat de forenſi iudicio,ſed de diſcretione & diſculsione, quàm iurans facere tenetur antequam iuret,vt declarat D.Thom.in loco ſupra citato,& patet ex d.c.innocens,22.q.4. vide Sotum, de iuſt.& iure, lib.8.quæſtio.1. artic.3.

Ex iam dictis videas amice Lector, quàm periculoſa ſint innu-
12 mera reſponſa conſulentium,quę legendo paſsim occurrunt,†qui dum clientibus ſe profuiſſe putarunt,vt recedere poſsint à contractu iurato,nimis audacter ſuper hac concluſione ſe fundarunt, quod iuramẽtum non ligaret, quoniam deficiebat alterũ ex comitibus, vel Iudicium, vel Veritas,vel Iuſtitia,quod quàm ſit periculoſum, ſatis liquet ex iam dictis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum illicitum, turpesque conuentiones iuratæ, an ſint ſeruandæ, & nu.2.*
3 *Quid ſi Maritus iuret Vxorem de adulterio non accuſare?*
4 *Promittens vſuras ſoluere iuramento obligatur.*
5 *Solutas poſtea repetere valet.*
6 *Quid ſi non repetere iurauit? obſeruare debet,ſed poteſt iudex compellere vſurarium ex officio ad reſtitutionem.*
7 *Quid ſi iuratum eſt ſuper prohibitis ad bonos mores conſeruandos?*
8 *Refert an prohibitio reſpiciat publicam vel priuatam vtilitatem.*
9 *Si continet aliquid corpori vel animæ inſidioſum, non eſt ſeruandum.*
10 *In his quæ habent perpetuam cauſam turpitudinis, idem.*
11 *Refert an ſit turpe reſpectu recipientis tantum,vel vtriuſque partis.*
12 *Si quis iurauerit non teſtificari contra aliquem, an iuramento ligetur.*

QVAESTIO SEXTA.

1 HIs proxima eſt difficultas,an † iuſiurandum illicitum,turpeſque conuentiones ſint obſeruandæ? de iure ciuili, namque non ligant, text.eſt ſolennis in l.non erit, verſ. ſed ſi quis illicitum,ff.de iureiur. & generaliter iuramentum non habet pondus, vbicunque interponitur in quouis actu à lege prohibito, ad l.non dubium, C.de legib. l.iuriſgentium, §.& generaliter,ff.de pact.l.fin.C.de non num.pec.l.ſi quis inquilinos, in fi.ff.de leg.1.

2 His arridet regula iuris Canonici, quod † in malis promiſsis fidem non expedit obſeruari, c.in malis, de reg.iur.in 6. cap.in malis,

lis,22.q.4.c.non eſt obligatarũ,de reg.iur.in 6.c.inter cætera, verſ. ſed cum his,22.q.4.

In contrarium facit,cap.quemadmodum,in §.fin.de iureiur.vbi
3 Maritus † iurans Vxorem de adulterio non accuſare, ſi poſtmodũ fiat adultera,non debet illam ad diuortium vocare, ſed ob iuriſiurandi religionem, tenetur ad obſeruantiam promiſſorum, quamuis (dicitur in textu) videatur patronus turpitudinis Vxoris ſuæ.
4 Et quid † diuina lege magis prohibitum quã vſura, tot reiteratis vicibus interdicta,& in eod.c.22.verſ.pecuniam.Leuit.c.28.verſ.pecuniam tuam,& Deuter.c.23. verſ.non fœneraberis, & c.ſuper ea. de vſur.& Clem.1.eod.ti.& nihilominus ſi quis iurauerit illas ſolue
5 re,cogitur ſatisfacere,ad cap.debitores,de iureiur. Et † quamuis iuramento impleto per ſolutionem,detur repetitio, vt cauetur ibid.
6 ſi quis † tamen iurauerit eas non repetere, iuramentum ligat, & à repetitione repellitur, ad c.ad noſtram, eod.tit.quamuis poſsit Iudex ex offic.vſurarium compellere ad reſtitutionem, cap. tuas dudum,de vſur.vide Seraphin.de priuil.iuram.in priuil.116.nu.4.

Summa Angelica in verbo iuramentum,5.§.23.verſ.decimoſex
7 to,quando iuramentum, diſtinguit,an † iuramentum præſtetur ſu per aliquo prohibito à Lege, vel à Statuto propter bonos mores conſeruandos, & tunc non valeat, ſi ſint boni mores naturales. Abb.in c.cum contingat,num.7.de iureiur.ſuper 2.2.Calder. conſil.9.de iureiur.latè Bar.in l.ſi quis pro eo, num.6. & ſeq.de fideiuſſor.ſecùs autem in bonis moribus ciuilibus,quia iuramentum contra ipſos,valet,allegat cap.ſignificante,de pignor.aliter enim conſiderantur boni mores de Iure Ciuili, & aliter de Iure Canonico, Dec.in conſil.655. nume.15. & ſeq. vel iuratur aduerſus id, quod
8 Lex vel Statutum prohibuit principaliter ob † bonum publicum, vel priuatum alicuius fauorem; ſi contra publicam vtilitatem,non tenet, ſecùs ſi contra priuatam; ibi vide. Et arridet Iaſ.in Authen. Sacramenta puberum,num.52. C.ſi aduerſ.vendit. Gozad.d.conſil.61.nu.16.& Angel.in l.ſi quis pro eo, nu.6. de fideiuſſor. quem vide etiam in num.ſeq. Abb.conſi.8.num.4. & ſeq.par.2. Roman. conſi.437.nu.5.6.10.& 11.vide Bar.in d.l.ſi quis pro eo,num.8.de fideiuſſor.licet Iaſ.in l.nemo poteſt,num.82.& ſeq.nonnulla adducat in oppoſitum, quæ vide de leg.1.

Huiuſmodi quæſtio non venit latius diſputanda, cum latiſsimè tractetur in 22.q.4. per totam eam quæſtionem; & tandem in c.ſi.
9 deciditur, quod † vbi iuſiurandum continet aliquid corpori, vel animæ inſidioſum, ſeruari prohibetur, aliàs ſemper eſt obſeruandum,etiam,ſi aliquo reſpectu ſit illicitum; ibi habes exempla, quæ videas; Et faciunt relata in præcedenti quæſtione, quæ videre po-
10 teris,& idem dicas † in his, quæ perpetuam habent cauſam turpi-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tudinis, in quibus iuramentum non eſt obligatorium. Federic. de Sen.conſi.127.nu.3.Simoncell.de Decret.lib.3.ti.8.nu.185.f.140. vide inf.in 4.par.in 1.effectu,q.3.

11 Sunt & qui aliter diſtinguant, quod † ſi iuramentum continet turpitudinem ex parte ſuſcipientis tantum, quòd mero iure tenet, ſecùs autem,ſi turpe ſit ex parte vtriuſque,& præſtantis & recipientis iuſiurandum;Staphil.qui videatur de litter.iuſtit. §.ſtylus ſignaturæ, in fine,fol.mihi 135.Simoncel.de Decret.lib.3.tit.8.nu.146. & ſupra in prçcedenti queſt.verſ.Alexander poſt,& verſ.ſeq.ad notata inſ.par.4.in 1.effectu, q.12.verſ.hinc notatam.

12 Quid ſi quis † iurauerit non teſtificari contra Paulum, an iuramento ligetur? Et pro negatiua eſt text. clarus in cap. conſtitutis, 45.de teſtib.vbi formaliter dicitur. Illos autem,quos iuraſſe conſtiterit quòd contra Archiep. nil deponerent,denuncies iuramento huiuſmodi non teneri. In oppoſitum facit c.fin.de teſtib. cogen. vbi dicitur, quod ſi aliqui iuramenti vinculo ſe adſtrinxerint ad çelandam coniurationem,de qua ibi,ſunt à prçſtito iuramento abſoluendi,& ad teſtificandum compellendi, quæ abſolutio (vt triuiale eſt) ligamen præſupponit: idemque diſponitur in c.olim,26. circa medium, de offic.ordin.in 6.Aretin. in d.cap.olim, in fine, diſtinguit, an iurans tacere veritatem, inducatur vt teſtis; & tunc inquit eum iuramento non ligari. Vel ſponte velit, vt promotor aut inſtigator inſtruere iudicem, & attento iure veteri, eſſe ligatũ iuramento, & neceſſariam fore abſolutionem, ſed hodie iuramentum eſſe ipſo iure nullum,ibi vide.

SVMMARIVM.

1 An datio fidei ſit iuramentum.
2 Fides etiam pro Sacramento fidei accipitur.
3 Fides exponitur etiam pro conſcientia.
4 Fides in dubio exponitur pro humano placito, & promiſſione.
5 In dubio facienda eſt interpretatio pro anima.
6 Deus potius interpretatur iuramentum prout intelligit is,cui iuratur.
7 Iuramentum eſt,ſi dicitur, per ſalutem meam, vel ita eſt in veritate.
8 Et vbi dicitur, per ſalutem Pharaonis.
9 Et vbi dicitur, morior per veſtram gloriam.
10 Et vbi iuratur ſuper lapidem.
11 Multò magis vbi ſub fide promittitur, & nu.13.
12 Verbum iuro, non importat iuramentum.
14 Fidem lædens oppugnat omnium commune præſidium.
15 Maiori pœna plectitur contrauenienſ iuramento quàm frangens fidem.
16 Iurare per creaturas eſt etiam iuramentum.

Maior

17 *Maior pœna imponitur violanti iuramentum factum Deo, quàm creaturis.*
18 *Iuramentum corporaliter præſtitum magis operatur.*
19 *Maior aut minor pœna non infert ad incluſionem, vel excluſionem iuramenti.*
20 *Fides pro iuramento expoſita apud graues Authores,& nu.21.*
22 *Promittens,* sù la fe de Caualiero, *tenetur ac ſi iuraſſet.*
23 *Idem ſi Princeps promittat in verbo Principis.*

QVAESTIO SEPTIMA.

1 DVbium nō leue viſum fuit: an † datio fidei ſit iuramentum, & omiſsis diſputationibus ad partes,affirmatiua videtur verior,ex his,quæ notat Abb.in c.2.num.3.de his quæ vi metusve,cau.ſi.& in c.querelam,col.penult.in fi. de iureiur.Iaſ.in l.ait Prætor,§.iurari,num.3. vbi concordantes allegat,de iureiur.Hoſtien.q.7.in Summa, extra,eo.tit.in §.quid ſit iuramentum. Summa Angelica, ſuper ver.iuramentum,primo,§.6. Imo.in c.ad aures,nu.4. de his, quæ vi metusve cau.fiunt. Rimin. iunior,conſi.13.num.19.& 20.lib.1.vbi de communi.Burſat.conſil.304.nu.51.lib.3.Aretin.in c.tuis,num.14.de teſtib.Seraphin.de priuil.iuram.in priuil.77.nu.27.

2 Nec me præterit † fidei Verbùm, etiam pro Sacramento fidei, qua credimus in Deum,de qua in rubro, & in nigro, C.de ſumma Trinit.& fide Cathol.& pro humano placito & promiſsione intelligi poſſe,vt inquit Alciat.in d.Rubr.de iureiur. nume.6. quæ duplex ſignificatio vltra deducta per eum expreſsè probatur in c. mo
3 uet te,22.quæſt.1. Poteſt & tertio exponi † fides pro conſcientia, vt declarat poſt alios Couarub.in primo lib.var.reſolut.c.1.in prin. & propter dubium huiuſmodi ſignificatum,idem Alciat.vbi ſup. num.11.voluit,quod promittens per fidem ſuam,vbi non conſtet intellexiſſe de fide, vt ſacramento credulitatis in Deum, (tunc in-
4 dubitanter eſt ſacramentum,ſed † ſimus in dubio, quòd intelligatur de fide tanquam placito humano & promiſsione: nec aliàs importet uinculum iuramenti,ea motus ratione,quod in dubijs fieri debeat interpretatio mitior pro promittente, ad l.ſi quis intentione, ff.de iudic.

Quod nobis non ſatisfacit,ex pluribus; Primò,quoniam ſumus in materia iuriſiurandi, in qua uerſatur animæ periculum: proin-
5 de,non mitior in fauorem promittentis, † ſed tutior pro ſalute animæ facienda eſt interpretatio,Alex.in conſi.27.num.9.lib.1.& tutius eſt tenere, vt ſit iuramentum, nè contrarium aſſerendo fortè periurium incurratur in grauiſsimum animæ præiudicium, cum

iuſiurandum liget animam, vt ſupra in iuramenti diffinitione mōſtrauimus.

Secundò, quia ſi intentio ſit ambigua, forſan ex eo quòd iurans vſus fuit arte verborum, in materia iuramenti non ſtatur iurantis
6 declarationi, cum † Deus potius accipiat ſacramentum iuxta intentionem eius cui iuratur, prout hoc oportunè declarabitur inf. in 9. quæſtione huius primæ partis.

7 Tertiò ſi vbi † iuratur per ſalutem meam, eſt iuramentum, l. qui per ſalutem, ff. de iureiur. vel ſi dicatur ita eſſe in veritate. Maſcard. de probation. concluſ. 347. num. 77. Bal. in c. ex inſinuatione, nu. 4. de procurator.

8 Si vbi dicitur † per ſalutem Pharaonis, eſt iuſiurandum, cap. mouet, 22. quæſt. 1.

9 Si vbi † aſſeritur, morior per veſtram gloriam, vt dixit Corinthijs Apoſtolus, eſt ſacramentum, c. vt noueritis, ibid.

10 Si vbi iuratur † ſuper lapidem, intrat religio iuramenti, c. ecce dico, 22. quæſt. 5.

11 Cur † multò magis iuriſiurādi vinculo nō ligetur is, qui promittit ſub fide ſua? Num religioſior animus iurantis ſuper lapidem quàm promittentis ſub fide?

12 Nec dicatur † verbum (iuro) quo vtitur is, qui per ſalutem ſuā, vel ſuper lapidem iurat, importare iuramētum, & ſecus eſſe in alijs promiſsionibus in quibus ſpondens non vtitur verbo (iuro) vt voluit Cardin. in c. 2. de iureiur. quoniam hoc vti minus verum, refellit Abb. ibid. nu. 3. & in d. c. querelam, col. pen. verſ. primo enim, de iureiur. cum iuſiurandum non oriatur ex eo verbo, ſed ex promiſsione quæ fit intuitu religionis, per tactum ſcripturarum, vel verborum prolationem, vt in diffinitione ſuperius eſt demonſtratum.

13 Proinde voluerunt † plures maximęque Authoritatis Doctores, fidem habere vim iuramenti, Afflict. deciſ. 389. nu. 2. Iaſ. poſt alios, in l. ſi quis maior, num. 28. C. de tranſactio. vbi Curt. ſen. inter repetent. num. 29. & ſeq. Vide Benuenut. de ſpontio. in 2. par. nu. 4. ver. ego tamen. Et infra ibi, & ad id etiam. & apud Ethicos ipſa fides veluti res ſanctiſsima exiſtimata fuit: audi Ciceronem in Oratione pro Sexto Roſcio Amer. lib. 1. dicentem; Ergo iccirco turpis hæc culpa eſt, quod duas res ſanctiſsimas violat, Amicitiā, & Fidē, hinc dicitur in l. 1. ff. de conſtit. pecun. graue eſt fidem fallere. Et idem Ci
14 cero, in dicta oratione, carta 8. ante finem, qui † fidem lædit, oppugnat omnium commune præſidium. Et Lucius III. in c. 2. in fine, de fideiuſſor. reſpondit, Clericos ſi Religionem fidei, & iuramenti violauerit, ab officio, & beneficio ſuſpendendos.

Nec facit argumentum quo vtuntur contrariæ ſententiæ aſſertores,

15 tores,maiori†ſcilicèt pœna plecti contrauenientẽ iuramento,quã violantem fidem,vt adnotauit glo.in cap.penult.de iureiu.Rota in deciſ.1.de iureiur.in antiquis,& deciſ.1.de pact.in antiquior. Iacobi.in l.ſi quis maior, nu.25. C.de tranſaction. quoniam huiuſmo-
16 di argumentatio non eſt tuta,neque cõcludens; patet,†quia nemo negat quòd iurare per creaturas,ſit iuramentum,c.mouet te,verſi.
17 ſed ſciendum,22.q.1.& nihilomimus† magis peccat qui iuramento præſtito per Deum,quam per creaturas contrauenit, quoniam iuramentum tanto magis eſt pœnale, quanto id ſuper quo iuratur eſt ſanctius, d.c.mouet te,quod omnino videas.

18 Velut etiam magis†afficit iuſiurandum,quod præſtatur corporali tactu ſcripturarum, vt voluit glo.in Clem.1.ſuper ver.tacta, de hæretic.in 6.Abb.in Rub.de iureiur.num.2.Galleſ.de Camera.obbligat.in 6.par. formæ. in fine ſecundæ par. tract. attamen vtrumque eſt iuramentum; magis autem vnum quam aliud ligat, & puni-
19 tur;ex † maiori autem minorive pœna non bene infertur ad incluſionem iuramenti, vel excluſionem.

20 Nec deſunt† probati Authores, fidem pro iuramento accipientes.Cicero præſertim, qui cum in lib.3. Offic. recitaſſet hiſtoriam Reguli,narrans eum iuratum miſſum fuiſſe ad Senatum, ea conditione, vt vel captiui Pœni redderentur,vel rediret ipſe Carthaginem,vbi expreſsè meminit,& replicat iuratum miſſum fuiſſe,& ob arctiſsimũ iuriſiurandi vinculum rediiſſe. Hoc idem recenſens in 2.de Finibus. Nec dubitat iſti veſtro Beato Marcum Regulum anteponere,quem quidem cum ſua voluntate,nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hoſti,ex Patria Carthaginem reuertiſſet, tum ipſum cum vigilijs,& fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuiſſe quàm potentem in roſa Thorium. Quòd ergo primo loco vocauerat iuſiurandum, ſucceſsiuè fidem appellauit; Et rurſus in lib.1.Offic.fol.8.loquens de eodem Regulo,dicit,quod captus à Pœnis,cum pro captiuis commutandis Romam miſſus eſſet, iuraſſetque ſe rediturum,primum vt venit,captiuos reddendos in Senatu non cenſuit;Deinde,cum retineretur à propinquis,& amicis,ad ſupplicium redire maluit, quam fidem hoſti datam fallere; Vides
21 iuramentum † & fidem, vt Synonima capi. Quod fecit etiam Diuus Auguſtinus,in d.cap.mouet,22.q.1. vbi videas;Et idem Cic.d. lib.3.Offic. carta 4.ante finem;ſed ſi hic ſibi ſumant nullam eſſe fidem,quæ infideli data ſit,videant ne quæratur latebra periurio.Et paulo ante in eadem carta, ò fides alma apta pennis, & iuramentum Iouis.

Vltimo comprobatur ex ineuitabili textu,in c.ex reſcripto, extra,de iureiur.quem ad hoc ponderauit Barbat.in addit.ad Abbat. in c.querelam,col.fina. ſuper ver.magis peccaret,ibid.ponderando

ea verba, fidem præſtiterunt; & poſtea ſubiungitur, adimpleant ſicut iurauerunt. Contrarium voluit Corn. conſi. 256. litera G, lib. 4.

22 Hinc eſt, quod aliquid † promittẽs ſub fide ſua *de Caualiero*, æquè tenetur, ac ſi iuraſſet, de communi Rimin. iun. conſil. 521. num. 75. lib. 1. quod tamen ipſe declarat ibid. num. 82. & ſeq. vbi vide.

23 Idem † dicendum, cum Princeps promittit, in verbo Principis, Menochius conſ. 201. nu. 120. lib. 3.

Faciunt in contrarium notata per Iacobin. in l. ſi quis maior, num. 24. & ſeq. vbi Cagnol. num. 100. & ſeq. C. de tranſaction. quæ tamen præmiſſa non eneruant, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *An iurare ſit malum.*
2 *Prohibitum eſt iurare per creaturas.*
3 *Rationes prædictæ prohibitionis.*
4 *Prauus iurandi abuſus.*
5 *Abſque iuſta, & legitima cauſa non eſt iurandum.*
6 *Tribus modis fiunt incauta iuramenta.*
7 *Iuranti aliquid difficile factu, concedenda abſolutio.*

QVAESTIO OCTAVA.

1 QVæri ſolet, An † iurare ſit malum? & conſequenter à iure Diuino prohibitum. Huiuſmodi quæſtio multas habuit olim difficultates ob plures Authoritates Sacræ paginæ, quæ modo iuramentũ vetare, modò permittere videbantur; ſed hodie ceſſat omnis ſcrupulus, ex quo deciſum fuit, iuramentum ex ſe malum non eſſe, neque aliàs prohibitum, ad c. etſi Chriſtus, extra de iureiur. & latiſsimè in 22. q. 1. per totam, in qua Authoritates conciliantur, quæ videbantur inuicem repugnantes, & materia fuſius exornatur, reprimiturque facilitas, & affectus iurandi propter periurij periculum, cum ſcriptum ſit in Eccleſiaſtico. Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non diſcedet à domo eius plaga; & propterea nõ relinquitur locus alicui diſputioni.

Vnum diximus adnotãdum, quod maximi ponderis eſſe ob corruptos hominum mores exiſtimauimus, quod licet permiſſa ſit iuratio per Deum, ad firmandam eorum incredulitatem, quibus præ-
2 ſtatur iuſiurandum, nihilominus omnino interdictum † eſt iurare per creaturas, vt patet ex d. c. etſi Chriſtus, & in c. conſidera, cum duobus ſequent. & c. mouet, verſic. ſed ſciendum, 22. q. 1. & ſi quis iurauerit per creaturas, eſt acerrimè puniendus, cap. ſi quis, verſic. ſi quis, ibid. Soto, de Iuſt. & Iure, lib. 8. art. 6. qui videatur.

Pro-

3 Prohibitionis† autem duplex ratio redditur in d.c.mouet, Deus (dicitur ibi) per creaturas iurare prohibuit, ne vel more Gentilium aliquod Numen deitatis creaturis ineſſe crederetur; vel ne creaturas contemptibiles iudicando per eas, promiſſa pro nihilo ducerentur. Tertia ratio aſsignatur in d.c.etſi Chriſtus, in princ. vbi dicitur: Licet enim iuramẽtum prohibuiſſe Dominus videatur, nunquam tamẽ per Creatorem, ſed per creaturas iurare prohibuit, nè per huiuſmodi iuramentum transferretur ad creaturam honorificentia Creatoris.

4 Quam ergo† prauus inualuit abuſus, vt multi inueniantur, loqui neſcientes abſque iuramento, ita leuiter in vanum aſſumentes nomen glorioſum D.N. Ieſu Chriſti, in cuius prolatione omne genu eſt flectendum, cęleſtium, terreſtium, & infernorum; & vlterius iurant in omni eorum ſermone per Sanctos & creaturas Dei, quod vt iam vides, eſt prorſus interdictum. Iccirco, væ illis, pro quibus orandum eſt, ne eorum domus plaga percutiatur, vt comminatur Sacra ſcriptura, quam in princ. huiuſmodi quæſtionis induximus.

5 Addendum eſt etiam, quod † ſine legitima cauſa non eſt iurandum, Sum. Angel. in ver. iuramentum, 3. nu. 7. Nec eſt prætermit-
6 tendum, quod† tribus modis incidimus in incauta iuramenta.

Primò, cum quis impoſsibile iurat; nec ex eo quod ſit difficillimum factu, excuſatur in foro conſcientiæ, quin implere teneatur,
7 niſi adeſſet manifeſtum vitiũ; Verum ſi † res eſſet grauiſsima, iuſtã præberet cauſam petendæ abſolutionis à iuramento, vtpote, ſi mulier, aut valetudinarius pedeſter longam peregrinationem facere iuraſſet, aut aliud ſimile, vnde aliquid immineret periculi, & tunc commutationi potius, quam diſpenſationis locus foret, vt poſt Diuum Thomam ab eo relatum, proſequitur Sotus, de iuſtit. & iure, lib. 8. q. 1. art. 7. col. 5. verſi. Rurſus licet.

Secundus modus eſt, ſi iuretur res illicita;

Tertius, ſi id iuretur faciendum, quod rei meliori præbeat obſtaculum, vt latius adnotauit Sotus in loco ſupra relato, verſi. in quarta, & quinta.

SVMMARIVM.

1 *Interpretandum an ſit iuramentum iuxta mentem iurantis, vel deferentis.*

2 *Humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris ſonant, Deus autem talia interpretatur, prout ex intimis proferuntur.*

3 *Deus iuramentum intelligit, prout is cui præſtatur.*

4 *Concordia prædictarum opinionum.*

5 *Doloſè iurans bis peccat.*

6 *Deus fallentes punit.*

QVAE-

QVAESTIO NONA.

1 QVęritur, an † interpretandum ſit iuramentum iuxta mentem iurantis, vel eius qui detulit iuſiurandum?

Diuus Gregorius in c. humanæ, 22. q. 5. reſpondit his
2 verbis; † Humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris ſonant. Diuina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur; quia non intentio verbis, ſed verba deſeruiunt intentioni; & ſubiungitur: patet, quod Deus non accipit iuramentum, ſicut is, cui iuratur, ſed potius velut is, qui iurat intelligit.

Sed in contrarium adducitur authoritas Iſidori, in cap. quacun-
3 que, ibid. dicentis: Quacũque arte verborum quis iuret, † Deus, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, prout ille cui iuratur intelligit. Quæ authoritates inuicem repugnare videntur, & vnaquæque earum pluribus rationibus, & fundamentis corroborari poſſet: ſed ſuperfluum foret, ex quo huiuſmodi difficultas ſoluitur in c. peierat, ead. cauſa, & quæſt. vbi dicitur, ex his colligitur, quòd iuramenta intentionem præſtantis, non recipientis, à Deo iudicantur: quomodo ergo ſecundũ Iſidorum ſic accipit, prout is, cui iuratur, intel-
4 ligit? Sed † aliud eſt callida arte verborum iurare, aliud ſimpliciter intentionem ſuam iurando enunciare. Ex quibus colligis, Iſidori ſententiam dictis Beati Gregorij non repugnare: quia loquitur Iſi-
5 dorus de † doloſo, callidis verbis iurante, quem aſſerit bis peccare, & quia Dei nomen temerè in vanum aſſumit, & quia proximum dolo capit, & tunc Deus, qui conſcientiæ teſtis eſt, & duplicitatis aſpernator, & qui verborum artem vilipendit, & odit, (vt dicitur, in d. c. qui peierare) iuſiurandum interpretatur, velut is, cui præſtatur intelligit; Quæ interpretatio Diuinę iuſtitię conuenit, dicitur enim in cap. ecce dico, ead. cau. & quæſt. quod licet homini tamen ante
6 Deum præſtatur iuramentum, & † ideo fallentes punit. Cui conſonant verba Cic. in Oratione pro Q. Roſcio Comędo, car. 3. ante fi. Non enim (inquit) ex pactione verborum, quib. iuſiurãdum cõprehenditur, ſed ex perfidia, & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, Dij immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere cõſueuerunt.

Vide Summ. Angelic. ſuper ver. Iuramentum, 4. vbi commodè materiam declarat, exornatque. Nauar. in Manua. confeſs. in capit. 12. num. 8. fol. 104.

Seraphinus autem de priuil. iuram. in priuil. 74. num. 21. notauit, quod iuramentum quamtumcunque generale, intelligi debet iuxta mentem iurantis, quoad forum conſcientiæ: in foro autem contentioſo, intelligendum eſſe ſecundum proprium verborum ſenſum, quem illorum ſignificatio importat, ex ibi citatis. Et vide eundem, in priuil. 141. vbi aliter diſtinguit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inter ſimplicem loquelam, & iuramentum, Deus non conſtituit differentiam, contra nu. 7. & 8.*
2 *Imò magna eſt differentia.*
3 *Quam Catholica inſtituit eccleſia, & num. 5.*
4 *Quædam diſtinctio reprobatur.*
6 *Votum ſimplex apud Deum non minus ligat quã ſolenne, & 16. 17. 18. 21. & ſequent.*
9 *Ex periurio Deus magis offenditur.*
10 *Peccatum grauius maiori pœna punitur, & nu. 15.*
11 *Periurium eſt graue ſcelus.*
12 *Delicta prauis qualitatibus aggrauantur.*
13 *Periurium maius crimen ſimplici mendacio, & nu. ſeq.*
19 *Matrimonium à Religioſo vel presbytero ſeculari contractum, an & quatenus validum eſſe poſſit.*
20 *Voti ſolemnis tranſgreſſio cur maiori pœna puniatur quam ſimplicis.*

QVAESTIO DECIMA.

AN inter ſimplicem loquelam, & iuſiurandum, Deus cõſtituat aliquam differentiam, quæritur.

1 Pro negatiua † videtur textus apertus in c. iuramenti, 22. q. 5. qui paſsim ad id ab omnibus allegatur, gloſ. fin. in cap. penult. de iureiur. gl. fi. in c. peruenit, de fideiuſ. Iaſ. in Rubr. de verb. oblig. num. 8. Abb. in cap. debitores, nu. 3. de iureiur. Fran. Mar. quæſt. 614. in princ. Imola in c. ad aures, num. 5. de his, quæ vi metusve cau. fiunt. Port. videndus in conſi. 28. num. 45. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 120. num. 5. Cui prorſus alludit ea ſententia Ciceronis in Orat. pro Q. Roſcio Comędo, carta 3. ante finem. Dixit enim in iuratus Luſcio, & Manilio, ſi diceret iuratus crederes? At quid intereſt inter periurum & mendacem? Qui mentiri ſolet, peierare conſueuit: Quem ego ut mentiatur, inducere poſſum, vt peieret, exorare facilè potero: Nam qui ſemel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium, quam ad mendacium adduci conſueuit; Quis enim deprecatione Deorum non conſcientiæ fide commouetur? Propterea quæ pœna à Dijs immortalibus periuro, hæc ead. mendaci conſtituta eſt: non enim ex pactione verborum, quibus iuſiurandum comprehenditur, ſed ex perfidia & malitia, per quam inſidię tenduntur alicui, Dij immortales hominibus iraſci, & ſuccenſere conſueuerunt. Hactenus Cicero.

2 Et † nihilominus maximam reperio inter ſimplicem loquelam, & iuſiurandum differentiam, præſertim, quod periurus longe

acrius

crius punitur, vt uidebitur infra in ſexta parte Tractatus.

Hoſtienſis,& alij, quos refert Abb. in d.capit.debitores, dicebant,quod licet Deus nullam faciat inter ſimplicem loquelã & iuſ
3 iurandum differentiam, tamen † facit Eccleſia: ſed Abb. refellit huiuſmodi opinionem,quamuis eam poſtea ſequutus fuerit.Fran. Mar.in quæſtio.674.nume.2.cum militantis eccleſiæ iudicium (vt inquit Abb.) quantum fieri poteſt, debeat eſſe conforme iudicio Dei; Proinde,dat ipſe aliam ſolutionem ibid.in verſ.dic ergo clarius,quod Deus non facit aliquam differentiam inter loquelam,& iuramentum,quando validitas vtriuſque concurrit, ſed vbi ex aliquo reſpectu aliquod ipſorum non ualeat, non procedit illa Concluſio,quod aſſerit eſſe notandum.

4 Quæ † diſtinctio mihi neutiquam ſatisfacit: nam præſuppoſita vtriuſque validitate, & quod loquens, & iurans habuerit animum obſeruandi,ſi ſucceſsiuè contraueniat,non parum intererit,ſi fuerit ſimplex mẽdax, aut periurus, quoniam diuerſimodè punietur, vt omnes fatentur.

5 Sed † Hoſtienſis,& aliorum opinio,defendi poſſet ab impugnatione Abbatis, quod licet Deus non faciat differentiam, facit Eccleſia, quæ tametſi (vt inquit Abbas) deuiare non debeat à Diuino iuditio,immò illi ſemper adhærere,nihilominus in pluribus aliquid ſtatuit, & obſeruat, prout animarum ſaluti cenſuerit expedi-
6 re; Exemplum habes in Voto: nam † licet apud Deum nil minus liget ſimplex votum,quàm ſolenne, ad c.ruſus,qui clerici vel vouent.matr.cont.poſſ. iudicio tamen ſanctæ matris Eccleſiæ potentius & magis validè ligat ſolenne quàm ſimplex, quoniã poſt ſimplex Votum tenet Matrimonium,ſi contrahatur,ſecùs eſt in ſolenni,vt patet ex d.c.ruſus,& c.ſeq.eod.tit. & ex c.3.& ſeq. & præſertim ex c.fin.27.diſtin.grauiuſque punitur contrauẽtor Voti ſolennis,quàm ſimplicis,vt no. Archid.in c.iuramenti,22.q.5.

At huiuſmodi difficultas iudicio meo poteſt aliter, & longè fa-
7 cilius euitari, negando aſſumptum, quòd Deus † inter loquelam, & iuramentum non faciat differentiam, quod neutiquam probat; c.iuramenti,ab omnibus,pro fundamento citatam; dicitur in eo, omnis,qui iurat,ad hoc iurat,vt quod verum eſt,loquatur, & ideo Dominus inter noſtram loquelam & iuramentum nullam vult eſſe diſtantiam: quia ſicuti in iuramento nullam conuenit eſſe perfidiam, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendaciũ. Probant hæc Ioan. Chryſoſtomi verba, quod Dominus non vult eſſe diſtantiam inter noſtra verba & iuſiurandum,cum vtraque debeant eſſe vera,& tàm mendacium, quàm periurium Diuini iudicij pœna damnetur: quia ſcriptum eſt Sapientiæ lib.1. Os quod mentitur occidit animam; Sed longè aliud eſt,quod Deus,Domi-

nus,

8 nus,Pater,& Magiſter noſter,nos inſtruendo docuerit ad † verita-
tem ſemper aſſerendam, & quod nullam inter ſermones noſtros,
& iuramentum vult eſſe differentiam, ſed omnia veritate conco-
mitari,quoniam os quod mentitur, occidit animã, & longè aliud
id eſt de quo præſens eſt diſputatio, quod Deus Opt. Max. inter
ſimplicem loquelam & iuramentum nullam conſtituat differentiã
hoc enim tex. ille non probat; idque aduertit Sylu. in Sum. ſuper
ver.iuramentum,4.in fi.& ſentit Imo. in c.peruenit, nu.33. verſ.in
ead.gl.de fideiuſſ.& de oppoſito conſtat euidenter,tã ex eo, quod
9 ex † periurio Maieſtas Diuina magis offenditur, & propterea pœ-
na maior imponitur; quis enim dubitauerit (dicitur in c.non offe-
10 ramus,24.quæſt.1.) hoc † ſceleratius eſſe cõmiſſum,quod grauius
vindicatur? quàm ex ſpeciali prohibitione facta fidelibus,vt à per
iurijs abſtineant,quod fidelibus eſſe prædicandum ſpecialiter edi-
11 ctum fuit, cùm † id grande ſcelus ſit, in Lege, in Prophetis, & in
Euangelio prohibitum, vt dicitur in c.fin. 22.q.1. quod ſpecialiter
ſancitum non fuiſſet,ſi omnipotens Deus inter periurium & men-
dacium diſcrimen nullum conſtituiſſet.

Noſtraque hæc opinio valdè conſonat tàm uerbis Beati Chry-
ſoſtomi,vt iam diximus, quàm Diuinis & humanis Legibus, quæ
12 pariformiter ſtatuerunt † delicta ex prauis qualitatibus aggrauari,
Fornicatio enim ſimplex peccatum eſt graue,quia mortale, Adul-
terium grauius,grauiſsimum verò vitium Sodomiticum,& ob ne-
fandas ſcelerum qualitates, aliud alio punitur acrius, prout alterũ
altero fuerit ſceleratius; Hominem necare ſcelus eſt valde iniquũ,
ſed longè iniquius,ſi nefaria aſſaſsinorum crudelitate necetur,c.1.
de homic.lib.6.& ſic de ſimilibus,quæ notoria ſunt,& probatione
13 non indigent. Cur igitur † mendacio, quod ſimplici loquela cõ-
mittitur, periurium non erit crimen longè magis horrendum, in
quo non tantum mentiendo peccamus,ſed Deum Opt.Max.in te-
ſtem noſtri mendacij temerè inuocantes,ad iracundiam prouoca-
14 mus? & † ſi periurium tanto magis eſt grauius & pœnale, quanto
id ſuper quo iuratur eſt ſanctius,cap.mouet,22.q.1.cur ob prauam
periurij qualitatem, inter mendacem & peierantem iuſtitiæ Deus
15 nullam conſtituet differentiã; qui (vt inquit D. Hieron.) † grauio-
ra delicta ſeuerius vindicare cõſueuit, c.nõ afferamus,24.q.1.vide
Soc.in conſ.157.nu.5.16.& ſeq.lib.2. Barb.in conſ.48.nu.2.lib.2.

Cæterum,non leue obiectum fieri poteſt ex his, quæ iam diſſe-
16 ruimus,apud † Deum ſcilicèt non minus obligare Votũ ſimplex,
quàm ſolenne,per tex.apertũ in c.rurſus,qui cler.vel vouen.matr.
contrah.poſſ.& nihilominus patet ex iã dictis,grauius eſſe delictũ,
ſolenni, quàm ſimplici Voto contrauenire, maioremq; impoſitã
eſſe pœnam; vnde bona non uidetur fieri conſequentia: id deli-

ctum

ctum eſt illo grauius, acerbiuſque punitur, ergo Deus inter illa con
17 ſtituit differentiam: Quoniam † inter votum ſimplex & ſolenne, differentiam non facit, cum pariter vnum æquè vt alterum vouentem obliget apud Deum, & nihilominus diuerſa pœna ſtatuitur.

18 Pro † ſolutione contrarij eſt aduertendum, quod apud Deum Votum pariter obligat, ſimplex aut ſolenne: quoniam vtriuſque tranſgreſsio mortalis eſt, vtrumque obligat perpetuò, vtrũque præſtatur Altiſsimo, & de ambobus eſt ſcriptum: Vouete & reddite Dño Deo veſtro. Dum autem infertur, ſolẽne Votum dirimit Matrimonium contractum, ſimplex autem non dirimit, maioriq; pœna plectitur vnius, quàm alterius tranſgreſſor, pondera, id euenire, quoniam viſum fuit Catholicæ Eccleſiæ, quæ Spiritu ſancto gubernante errare non poteſt, vt Votum ſolenne ſit arctius, & Matrimo
19 nium impediat, & † ceſſante hac Eccleſiaſtica Conſtitutione, teneret Matrimonium à religioſo, vel à presbytero ſeculari contractũ, prout eſt cõis opinio Canoniſtarum, relata per Abb. in d. c. rurſus,
20 nu. 6. verſ. item in ſe eandem. Igitur † hæc maior pœna trãſgreſsionis Voti ſolennis nõ proficiſcitur ex eo, quod apud Deum parem vim non habeant Vota ſimplicia, & ſolemnia, ſed ex contemptu eccleſiaſticæ Conſtitutionis, prohibẽtis poſt emiſſum ſolenne Votum Matrimonia contrahi; ideo non mirum quod cõtemptor grauius punitur, quia offendit Deum, cui uouendo promiſit, & lædit Eccleſiæ Conſtitutiones, quibus obedire tenetur.

Huiuſmodi autem Conſtitutione ceſſante, Votum ſolenne, uel ſimplex impediret Matrimonium contrahendum, ſed cõtractum non diſſolueret, ut epreſsè ibidem not. Abb. quẽ uidere poteritis.

Cæterum, hæc ſolutio impugnari poſſe uidetur: ſi Catholica Eccleſia ſtatuit, vt arctius ſit vinculum ſolennis Voti, quàm ſimplicis, idq; facere potuit indubitanter ea authoritate, qua dictũ fuit Apoſtolorũ Principi Petro, eiuſq; ſucceſſoribus Romanis Põtificibus: *Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum, & in cœlis*; cur poſt Eccleſiaſticam Conſtitutionem, vt ſolenne Votum ſit ſtrictius, & efficacius vinculum, quàm ſit ſimplex, Deus nõ facit differentiam inter ſimplex & ſolenne? cum apud æternam eius Maieſtatem pariter ligent, vt dicitur in d. c. rurſus; proinde ſequi videtur, vel quod Deus ratam non habeat Eccleſiæ Conſtitutionem, quod aſſerere nefas eſſet, vel quod uerum non ſit, vt eiuſdem ſit ponderis apud Deum.

Scrupulus quidem quoad verborum corticem non contemnendus eſt, ſed qui ceſſat ex mente, & intentione Cæleſtini, qui fuit au
21 thor illius Decretalis: qui dum dixit † ſimplex Votum apud Deũ non minus quàm ſolenne ligare, non intellexit illa quoad omnia pacificare, quoniam ſtatim ſibiipſi contrarius fuiſſet, vt ſubnectemus,

mus,ſed oſtendere uoluit eius demeritum,qui vouerat caſtitatem, & poſtea temerè iurauit Vxorem ducere,inquiēs,quod cum apud Deum parem uim habeant ſimplex & ſolenne Votum, dicente Propheta: Vouete, & reddite Dño Deo veſtro, & rurſus in c.30.
22 Numeri in princ. ſcriptum eſt: Vir cum Vouerit † votum Deo, vel iurauerit, iuramento non polluat verbum ſuum, pro eo quod temerè iurauit,pœnitentiam agat, & Votum, quod Deo fecit,ſtudeat obſeruare. Vult ergo Cœleſtinus hoc tantum inferre, quod cum ille caſtitatem vouiſſet, licet ſimpliciter, reſpectu Diuinæ bonitatis illam obſeruare tenebatur,apud quam ſimplicia & ſolennia Vota pariter obligant ad obſeruantiam: at non propterea inferendum,quod generaliter,quoad omnia apud Deum eiuſdem ſint pōderis Vota ſimplicia, vel ſolennia: quia ſi ita Cœleſtinus intellexiſſet, cōtrarium reſcripſiſſet in ea Decretali, vel quod etiam ſimplex Votum impediat Matrimonium contrahendum, vel quod nec ſolenne contractum dirimat; Nec dicere potuiſſet, quod propoſita ſibi quæſtio non habeat ambiguitatem,quinimò, ex ea propoſitione ita generaliter intellecta, de neceſsitate contrarium eius quod reſcripſit fuerat decidendum; illud ergo dictum indefinitum, ad abſurdum huiuſmodi euitandum reſtringitur, ex ratione argum. l.cum pater,§.dulciſsimis,de leg.2.
23 Concludimus ergò, Votum † ſimplex reſpectu Dei ita ligare, prout ſolenne, quoad id tantum, vt vouens teneatur ad obſeruantiam, etſi tranſgrediatur, mortaliter peccet, vt dicit glo.in d.c.rur-
24 ſus. In cæteris conſtitue regulam contrariam, † ſolenne nimirum Votum,maioris eſſe ponderis, arctiuſque vinculum, & efficacius generare, cuius tranſgreſſor magis peccat, & acrius punitur, quia ſimul Dei Maieſtatem offendit,cui vouendo promiſit,læditq; Eccleſiæ Sanctiones,quibus ſtatutum fuit,ſolenne Votum arctius eſſe vinculum, tantæque potentiæ, vt nec per Matrimonium poſtea contractum quis liberetur ab eo,immò per illud, Matrimoniū infringatur,& temerarius contrauentor ſeuerè veniat puniendus,vt patet ex iam dictis.

SVMMARIVM.

1 *Cætera iuramenta, excepto deciſiuo, nullam pariunt actionum.*
2 *Iuramentum deciſiuum parit eam actionem, quæ oriretur ex illo facto, ſuper quo iuratur.*
3 *Datur etiam vtilis actio ex contractu.*
4 *Differentia inter ius Ciuile & Canonicum circa actionem quæ oritur ex iuramento.*

C QVAE-

QVAESTIO VNDECIMA.

QVæritur iuſiurandum quam pariat actionem? Primum aduertas, quæſitum procedere in iuramento deciſiuo, quod à parte in Iudicio defertur. Milis, in ſuo Repertor. ſuper ver. Iuramentum non parit: Nam alia
1 † iuramenta nullam pariunt actionem, ad Iaſ. in l. ait Prætor, la 2. §. ſi petitor, nu. 12. & ſeq. de iureiur.

2 Iuſiurandum † ergò litis deciſiuum à parte delatum, poſtquam iuratum fuerit, parit eam actionem vel exequutionem, quæ orire-tur ex eo contractu, ſuper quo iuratur, l. ſi duo patroni, §. ſi quis iurauerit, eo. ti. Iaſ. in l. Iulianus, nu. 22. de cond. indeb. Caroc. de iur. deciſi. in 18. quæſt. principali, quæ actio vtilis eſt, ex his quæ notat Iaſ. ibid. Oritur etiam ex iuramento actio in factum, vt poſt alios inquit idem Iaſ. in d. §. ſi petitor, nu. 10. & ſeq.

3 Datur † autem vtilis actio ex contractu, cum certa adiecta cauſa iuratum eſt, veluti, quod vendideris, pignori dederis, & ſimilia, ſin verò ſimpliciter delatum fuerit iuſiurandum, te debere decem, nulla adiecta cauſa, & deberi iuratum fuerit, tunc datur actio in factum, Hoſtien. in Sum. de iureiur. §. & quis ſit effectus, vbi declarat.

4 Alciatus autem, in † c. cum contingat, nu. 173. de iureiur. diſtinguit inter ius Ciuile & Canonicum, inquiens verius eſſe, vt attento iure Ciuili nulla detur actio ex iuramento promiſſorio, ſed de iure Canonico veriorem & receptiorem eſſe ſententiam, quod detur actio, ibi vide. Aliqua etiam no. Seraph. de priuil. iuram. in priuil. 104. vbi ſi velis videre poteris, & etiam in priuil. 162.

SVMMARIVM.

1 *Votum an magis obliget, quam iuſiurandum.*

QVAESTIO DVODECIMA.

1 QVæritur † an Votum maiorē obligandi vim habeat, quā Iuramentum? & diſtinguitur, vt iuramentum maioris ſit obligationis, ſi vtrumque tàm Iuſiurandum, quam Votum in honorem Dei, vel proximi principaliter factū fuerit: ſi verò Votum principaliter fiat in honorē Dei, & Iuramentum ad vtilitatem proximi, vt plerumque fieri ſolet, tunc Votum eſt actioris obligationis, vt declarat Nauar. videndus in Manuali, c. 12. de ſecundo præcepto Decal. num. 31. verſ. tertio præſupponimus. Vide in Sum. Armil. in ver. Iurare, nu. 19. latius Soto, de iuſt. & iure, lib. 8. q. 1. art. 8.

FINIS PRIMAE PARTIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus

PARS SECVNDA

In qua iuriſiurandi ſpecies elucidantur.

EXplicita Prima parte Tractatus ſub felici auſpicio Diuę Virginis, datur aditus ad Secundam, in qua primũ quęritur, quot ſint ſpecies Iuramenti?

Varia admodum fuit ſententia ſcribentium, qui diuerſimodè eas diſtinxerunt: Nos autẽ ponderantes id parum conferre praxi, ſuperfluis prætermiſsis, breuiter in duas dũtaxat ſpecies diſſecabimus, in Iudiciale, ſcilicet, & Extraiudiciale, ſub his enim omne quod reperitur Iuramentum, comprehenditur.

Iudicialeque ſubdiuidimus in uoluntarium, & neceſſarium: At reliquis omnibus ſemotis, ea tantum Sacramenta referemus, quæ frequenter in Iudicijs occurrunt: quibus abſolutis, de Extraiudicialibus erit agendum: quæ ſimiliter in duas ſpecies diſſecamus, Aſſertorium ſcilicèt, & Promiſſorium, licet multi addant & Cõfirmatoriũ, quod noſtro iudicio ſub Aſſertorio comprehendi poteſt.

Et pro faciliori progreſſu, vtq; ordinatius procedatur, Secũdam huiuſmodi Tractatus partem diuidimus in multos, qui ſubſequuntur articulos; quorum ſeriem in huius Secundæ partis indice, poſt ipſum operis principium cum reliquarum partium indicibus, collocatam inuenies.

SVMMARIVM.

1 *Calumniæ iuramentum parte petente in omnibus cauſis eſt præſtandum.*
2 *Non tantum à principalibus, ſed etiam à cauſarum Patronis: & Aduocati iuramentum remitti nequit.*
3 *Continentia iuramenti calumniæ quoad actorem.*
4 *Quid contineat iuramentum calumniæ quoad Reum.*
5 *Recuſans iurare de calumnia, cauſam amittit.*
6 *Calumniæ iuramentum nec expreſſo partium conſenſu remitti valet.*
7 *Tacitè remitti poteſt.*
8 *Niſi petitum fuiſſet in Actis.*
9 *Remitti nequit à Statuto, nec à Conſuetudine.*
10 *Præſtandum eſt in Ordinario, & etiam in Summario iudicio.*
11 *Etiam in iudicio in quo manu Regia proceditur.*
12 *Ideo ſi fuit petitum, & omiſſum, proceſſus eſt nullus, etiam ſi adſint facultates, vt proceſſus ex capite nullitatis reuocari non poßit, nu. 60. & ſeq. vſque ad nu. 66. incluſiuè.*
13 *Tales facultates non extenduntur ad nullitatem reſultantem ex omiſſo huiuſmodi iuramento.*
14 *An neceſſarium ſit in ſpiritualibus cauſis?*
15 *Quid in beneficialibus?*
16 *Quid in criminalibus, & quid in cauſis fiſcalibus? nu. 17.*
17 *Accuſator iurare an debeat in ipſo actu porrecti libelli.*
18 *Procuratores, an debeant iurare in animam propriam, vel ſuorum principalium, & nu. 20. & ſeq.*
19 *Mandatum ſpeciale requiritur ad iurandum in animam principalis.*
22 *Quicunque habentes legitimam adminiſtrationem ſuper alienis bonis, in animam propriam iurare tenentur.*
23 *Tutor & curator iurare recuſantes, minori non præiudicant.*
24 *Idem in Prælato, & Syndico.*
25 *Plures caſus, in quibus non eſt de calumnia iurandum.*
26 *Quid in emptore bonæ fidei habente authorem de euictione obligatum.*
27 *Clerici, an de calumnia iurare teneantur; & quid de Epiſcopo.*
28 *Epiſcopus an debeat de calumnia iurare, & pariter Vniuerſitas qualiter iurare teneatur.*
29 *Epiſcopus an iurare poſſit ſine licentia Papæ, & Clericus ſine licentia Epiſcopi.*
30 *Quid de filijsfamilias.*
31 *An hoc iuramentum ſit præſtandum in principio cauſæ? & poſt concluſionem, an ei ſit locus, & nu. 62.*
32 *In ſummarijs quandocunque parte inſtante iurari poteſt.*
33 *Iurandum eſt etiam in cauſa appellationis, & vbicunque iudex de malitia*

litiâ ſuſpicatur, exigere poteſt malitiæ iuramentum, etiam quod prius iuratum fuerit de calumnia. nu.34.

35 *Calumniæ iuramentum, an in eadem inſtantia ſit reiterandum? & nume. 36.*

37 *In emergentibus ante litem conteſtatam, ſuper qualibet exceptione eſt iurandum.*

38 *Cur hoc iuramentum poſſit tacitè remitti, & non expreſsè.*

39 *Cur poſſit tacitè remitti, & nequeat per Statutum, aut Conſuetudinem.*

40 *Parens & Patronus iurare non tenentur de calumnia.*

41 *An teneatur iurare de calumnia, qui nunquam ſe iuraturum iurauerat.*

42 *Petens iura ſibi exhiberi, de calumnia iurare debet.*

43 *Fundatam habens ſuam intentionem, an de calumnia iurare teneatur. & num.66.*

44 *Principali abſente admittitur procurator ad iurandum, ſi habet ſpeciale mandatum.*

45 *Calumniæ iuramentum clam in cauſa petitum, & non præſtitum, an reddat proceſſum nullum, & nu.46.*

47 *Quid ſi pars proteſtetur, nolle iurare, niſi Iudex mandet, aut deferat.*

48 *Quid ſi ſimpliciter eſt iurari petitum, & alio non facto, ad vlteriora proceſſum?*

49 *Præſtandum eſt huiuſmodi iuramentum coram iudice; & ad perſonas egregias mittendum ad domum.*

50 *An hoc iuramentum calumniæ excuſet ab expenſis litis, ſi in lite ſuccumbat iurans.*

51 *Defuncto principali, qui iurauerat, an hæres iurare debeat.*

52 *Iudæus an de calumnia iurare teneatur, & quomodo iurare debeat.*

53 *Operatur hoc iuramentum, vt poſt publicationem poſſit obijci contra perſonas teſtium, licet non fuerit facta proteſtatio de excipiendo.*

54 *Licet in ciuilibus hoc iuramentum excuſet a calumnia, ſecùs tamen eſt in criminalibus.*

55 *Si Oeconomus de calumnia iurauit, an teneatur iurare etiam Abbas.*

56 *Vbicunque principalis ſi adeſſet iurare nō teneretur, ibi nec agēs pro eo.*

57 *In poſitionibus concernentibus factum proprium, ſimpliciter de veritate in concernentibus autem factum alienum, iuxta conſcientiam eſt reſpondendum.*

58 *An interpellato ad iurandum ſit dandus terminus ad deliberandum; Vel reſpondeat ſe neſcire, vel dubitare.*

59 *Appellatio prohibita in poſſeſſorio ob Aegidianam, niſi ſententia ſit nulla, vel notoriè iniqua, & multis num.ſeqq.*

67 *Agens poſſeſſorio adipiſcendæ probare debet defunctum poſſediſſe tempore mortis, vſque ad num.70. incluſiuè.*

71 *Remedium adipiſcendæ non competit ei, qui ſemel adeptus eſt poſſeſſionem.*

72 *Dictum remedium competit etiam pro conſeruanda poſſeſſione; declaratur. & num. 73.*

74 *Poteſt quis pendente lite ſibi acquirere poſſeſſionem citrà vitium attentatorum. & vide num. ſeq.*

76 *Habens facultatem capiendi poſſeſſionem propria authoritate, adeundo iudicem, an ſibi præiudicet.*

78 *Quomodo dicatur conſtare de non iure.*

79 *Reuocatio attentatorum peti nequit poſt concluſionem in cauſa, & quomodo hoc procedat.*

80 *Venditor non tenetur dare cautionem de euictione, niſi expreſſè promiſerit; Vel immineat periculum euictionis ante ſolutum pretium.*

81 *Quid ſi emptor ſubmittat tertium ius prętendentem, & venditor inſtet vt iuret de calumnia, an tuta conſcientia iurare poſſit? & num. ſeq.*

83 *Iuramentum calumniæ hodie contemni.*

84 *Bonum eſſet ſecundum aliquos prorſus illud tolli; quod Authori non placet. num. 85.*

85 *Quilibet bonus præſumitur.*

86 *Si iuraturus ſit abſens à loco Iudicij, cuius impenſis tranſmitti debeat iuramentum.*

87 *Eſt locus huic iuramento in cauſis etiam leuibus.*

88 *Faciens partitum litis deciſiuum, an prius parte petente de calumnia iurare teneatur.*

89 *Quid ſi petitũ fuerit de calũnia iurari, & omiſſum fuerit, an illud quod extenditur in obſeruatione terminorum ſubſtantialium, ſufficiat. & num. pluribus ſubſequentibus, vſque in finem.*

De iuramento calumniæ. Artic. I.

1 IVriſiurandi prima ſpecies in Iudicijs occurrens, eſt calumniæ iuramentum, quod † parte petente in omnibus cauſis eſt præ-
2 ſtandum. ad l. 1. C. de iureiur. propt. calum. præſt. Quod † nõ modo principales, ſed etiam cauſarum patroni ſubire coguntur, l. 2. ibid. Intantum, quod Aduocati iuramẽtum tacite nec expreſſe remitti poteſt, vt adnotauit Boic. in c. tuis, nu. 8. de teſtib. vbi etiam ſubiungit non valere contrariam conſuetudinem, ſed hoc non obſtante, tale Iuramentum noſtris temporibus receſsit ab aula, cum nec viderim, nec vnquam audiuerim Aduocatos iurare de calumnia.

3 Continetq; † id iuramentum quoad Actorem, ſe nõ animo calumniãdi litem mouiſſe, ſed exiſtimantẽ ſe bonam cauſam fouere.

Quo

4 Quo verò † ad Reum, quod putãs iuſtam ſe defendere cauſam,
prouocatus venit ad Iudicium. Et quod nullã hincinde probatio-
nem in tota cauſa requirent, niſi quam crediderint neceſſariam,d.
l.2.cum Authent.ſeq.

5 Eaque pars, † quæ ſacramẽtum huiuſmodi ſubire noluerit, cau-
ſam amittet,ad Authent.principalis,§.quod ſi autor,ibid.Intantũ-
6 que neceſſarium eſt hoc iuſiurandum, quod † nec expreſſo partiũ
conſenſu remitti valet,l.fin. §. ſed quia veremur,C.ibid. Quamuis
7 tacitè † remitti poſsit,& omiſſum non vitiet proceſſum, c.1. §.pro-
pter omiſſum, eod.tit.lib.6. Grauat.ad Veſtr.lib.5. de dilation.nu.
8 11.Menoch.de arbitr.quæſt.lib.1.quęſt.20.num.5.Niſi † fuerit pe-
titum in actis ab aduerſario: tunc enim eius omiſsio reddit proceſ-
ſum ipſo iure nullum.Bart.& alij,in l.de pupillo,§.qui opus,de no-
ui oper.nunciat.Roland.conſ.71.nu.7.8.& 12.lib.1.& clarius Ro-
ta Deciſ.2.& fi.de iuram.calum.in antiq. Viui.Opinio.258.num.5.
Guid.Pap.conſ.2.num.1.& conſ.8.nu.1.verſ. quod tamen. Socin.
iun.conſ.59.num.1.lib.2.& niſi petatur cenſetur remiſſum,Graua-
ti.ad Veſtr. vbi ſupra.

9 Nec valet † Statutum, neque conſuetudo remittens huiuſmodi
iuramentum,Rolan.d.conſ.71.num.10.Menoch.d.quęſt.20.num.
4.Matheſil.ſing.65. Cotta in ſuis Memor. ſuper ver. Iuramentum
calumniæ,Anchar. in c.cęterum,num.5.de iuram.calum.Socin.iu-
nior conſ.59.num.3.lib.2.Tolli enim nequit, cum ſit de iure diui-
no.Menoch.de arbitrar.quæſtio.lib.1.quæſt.20.in principio.

10 Eſtque præſtãdum † nedum in Ordinario, ſed etiam in ſumma-
rio iudicio. Roland.d.conſ.71.num. 9. etiam ſi procedi poſsit ſola
veritate inſpecta; Aſinius in ſua praxi, lib.3. cap. 30.nume. 1. Me-
noch. de arbitrar. quæſtio. lib.1. quæſtio.20.num.2. Immò, etiam
11 in † eo proceſſu, qui fit à Iudice procedente manu Regia,qualis
eſt vrbis Gubernator.Puteus Deciſ.397.incipien.In vna Paduana,
lib.2. in manuſcriptis. Anto. Auguſt. in ſuo Repertor. de iureiur.
num.11.verſ.coram Gubernatore, Burſat. in conſ.2.num.3.lib.1.
12 Adeo, quod † ſi coram eo poſtulatũ fuiſſet iurari de calumnia,
& omiſſum,Sentẽtia reuocabitur ex capite nullitatis, quamuis Gu-
bernator habeat in facultatibus, vt proceſſus coram eo facti, per
13 viam nullitatis nequeant reuocari: Nam † facultates,etſi ampliſsi-
mę,non extenduntur ad nullitatem inſurgentem ex omiſſo calum-
niæ iuramento,quando eſt petitum,vt benè deducitur in pręcitata
deciſ. Putei, quæ videatur. Notatque Menoch.de arbitr. quæſtio.
lib.1.quæſtio.20.num.2.

14 In † ſpiritualibus autem interdictum erat huiuſmodi iuramen-
tum,c.2.extra,hoc titulo,quod reformatum fuit in c.1.§.finali, eo.
tit.in 6. Aretin. in c.dilecti, num.18. de Iudic. & habetur in Deciſ.

Moheda. 212. Epiſcopus ſolis, in fine, in manuſcriptis. Præſtandum
15 eſt † etiam in cauſis Beneficialibus. Menoch. de arbit. quæſtio. lib. 1. quæſtio. 20. num. 2.

16 Eique † locus eſt, non tantum in Ciuilibus, verum etiam in Criminalibus cauſis. De communi Boic, in c. 1. in princip. de iuram. calum. Clar. in Practi. Crim. quæſt. 18. verſic. dicit etiam Bart. in fine. Immo, iuxtà frequentiorem ſententiam, attento vſu Italiæ, tenetur
17 Accuſator † iurare in ipſo actu oblatæ petitionis accuſatoriç, quod accuſatio eſt vera, & non facta animo calumniandi, pluresq; inducit atteſtantes de Communi: ſed vt inquit hodie non ſeruatur in practica; In fiſcalibus autem cauſis, de calumnia nõ iuratur, vt poſt gloſ. ab eo relatam, notauit Bart. in l. 1. num. 2. C. de conduct. & procurator. prædior. fiſcal. lib. 11. & mihi non diſplicet diffinitio Hoſtienſ. relata per Boic. vbi ſup. vt differentia facienda, ſit vbi agitur de pœna ſanguinis, & tunc non ſit iurandum; Aut ad aliam pœnã, & ſit locus tali Iuramento.

18 Iurant † procuratores de calumnia non tantum in animam ſuorum principalium, ſed etiam in propriam, iuxtà Stylum Ro. Curiç, de quo Rota, deciſ. 1. num. 3. de iuram. calum. in nou. Requiriturq;
19 ſpeciale † mandatum ad iurandum in animam principalis, d. Deciſ. 1. in fi. Vitallin. in Clement. vnica, num. 4. de procurator. Nec deſunt qui velint requiri mandatum in indiuiduo. Seraph. de priuil. iura. in priuileg. 111. num. 4.

20 Et quando † habent ſpeciale mãdatum ad iurandum de calumnia, iurabunt in animam conſtituentis. Socin. in cap. fin. num. 3. de iuramen. calum.

21 Si † verò habent generale mandatum ad omnes lites, cum facultate præſtandi quodcunque licitum iuramentum, vt fieri ſolet in mandatis generalibus, tunc iurare tenetur etiam in animam propriam. Socin. ibi.

22 Et † quicunque habentes legitimam ſuper alienis bonis adminiſtrationem, quales ſunt Prælati, Oeconomi, Tutores, & Curatores, cum iurant, ſimiliter in animam propriam iurare tenentur. Socin. ibid. num. 12. & 13.

23 Tutor † autem & Curator ſi iurare noluerint, non præiudicabunt minoribus, vt pro confeſsis habeantur. Socin. in Reg. 209. nu. 5. & in cap. fin. num. 43. de iuram. calum. & num. 46. & habes infrà in artic. ſeq. in 26. quæſt.

24 Idemque † dicas in Prælato & Syndico; quorum factum principalibus præiudicare nequit. Socin. in d. Reg. 209. num. 6. & in d. cap. fin. num. 44.

25 Plures † autem caſus enarrat Socin. in d. c. fin. num. 49. & ſeq. in quibus partes excuſantur ab huiuſmodi iuramento, quos ibi videre po-

re poteris,& breuiter Iaffred.Deciſ.38.quatuor recenſet,videlicet, cũ proceditur per viam voluntariç iuriſdictionis: Itẽ,ſi eſt quçſtio iuris tantum,vbi nulla ſit neceſſaria probatio; Vel quæſtio ſit de re notoria; Itẽ,in caſu quo aliquis petit priuilegiũ, vel diſpenſationẽ.

26 Quid † autem ſi emptor,qui bona fide emit rem alienã, & poſtmodum mota ſibi lite certior reddatur eam non fuiſſe vendentis, an de calumnia iurare teneatur? & affirmatiuè reſpondetur; Iurare namque valebit, ſe non animo calumniandi litem ſuſtinere, ſed neceſsitate potius coactum,ad effectum nè paret ſibi præiudicium aduerſus authorem de euictione obligatum, ad Bar.in l. At qui natura,§.cum me abſente, num.5. de negot. geſt. Conferunt notata infrà in 2.artic. limit.13. num.27. Vide Socin. in cap. fin. num.33. de iuram. calumn.

27 An autem † Clerici de calumnia iurare teneantur? pro negatiua eſt text. in cap.1.de iuramen. calumn. quod correctum fuit in cap. cæterum, eod. titu.

28 An etiam iurare teneatur Epiſcopus? habes in c.fi.ibi.† Vniuerſitas autem qualiter iurare debeat, vide in capit. Imperatorum, de iuramen. calum.

29 Et an † Epiſcopus abſque licentia Papæ, & an Clerici abſque licentia Epiſcopi iurare poſsint,latè diſcutitur à Socino,in d.cap.fin. num, 15.& ſeq. & in cap.3.num.7.de iuram. calum. Sum.Tabiena, ſuper verbo iurare,num.21.verſ.item non poteſt.

30 Et † de filijsfamiliàs vide eundem Socin. in d. cap.3. num.10. & ſeq. vbi diffusè.

Præſtandumq; eſt huiuſmodi iuramentum in principio cauſæ,l. 2.§.finali,C.eod.tit.& licet iurandum ſit ante litis conteſtationem, ſufficit nihilominus,ſi iuretur incontinenti poſteà.ad Tiraquel.de retrac.conuention.§.1.gloſſ.5.num.2. Vide Soc.in c.1.num.17.extrà,eodem tit. Adnotandum eſt autem, quod deferens parti iuramentum,prius de calumnia iurare debet, & ſi deferatur ante litem conteſtatam, ſpeciale requiritur de calumnia iuramentum; ſi verò defertur poſt litis conteſtationem,ſufficit generale.ad Boer.Deciſ.

31 339.num.1.Quod † de iure Canonico non eſt de ſubſtantia,ad c.1. eod.tit.in 6.At poſt cauſæ concluſionem, ad partis inſtantiam non eſt iurandum.Rolan.in conſ.71.num.32.lib.1.ſecùs verò ex iudicis officio,Roland.ibid.num.33.

32 Hæcque intelligas † in cauſis ordinarijs: nam in ſummarijs, etiã parte inſtante quandocunque ante ſententiam præſtari valet. Roland.vbi ſupra,num.34.qui alios citat.

33 Et quamuis † iuratum ſit de calumnia in prima inſtantia, iurandum eſt etiam in cauſa appellationis,ad c.2. in princ. de iuram.calumn.in 6.ad l.qui bona,§.ſi quis ſtipulatus,ff.de dam.infec. & amplius.

plius, vbi iudex ſuſpicetur aliquid ex malitia peti, poterit in quacū-
34 que parte iudicij exigere malitiæ iuramētum, † etiam quod prius iuratum fuerit de calumnia, c.2.§.fin.ibid.& benè declarat Socin.in d.c.fin.num.26. verſ.tertio limitatur, & num.28.de iuram.calumn. Felin.in c.præſentium, num. 11.de teſtib.

35 An autem † huiuſmodi iuramentum poſsit in eadem inſtantia reiterari? reſpondetur negatiuè, niſi noua cauſa ſuſpitionis calumniæ ſuperueniat, ad Socin.hoc proſequentem in d.c.fin.num.26. &
36 ſeq. Regula † eſt autem, ne ſæpius reiteretur, Authen.In iſto, C.de iureiur.propt.calum.

37 In his † autem, quæ ante cōteſtatam litem emergunt, ſuper quilibet exceptione de calumnia iurari poterit. Maran. in 1.actu iudicior.in 6.par.operis. dum agit de iuram.calum.num. 5. Socin.in c. 1.num.16.de iuram.calumn.

38 Quæritur autem non indignè, † cur huiuſmodi calumniæ iuramentum tacitè à partibus remitti valeat, & expreſsè fieri non poſſit, vt ſuperius eſt enarratum? Reſpondetur, id euenire, quoniam Lex ſuſpicatur vbi expreſsè remittatur, & ſecùs ſit vbi tacitè fiat, vt habetur in l.fin.§.ſed quia veremur, C.hoc eodem tit.

39 Quod ſi replicetur, quare † in vim Statuti, & Conſuetudinis remitti nequeat vt ſupra deductum eſt, & tacito partium cōſenſu id fieri poſsit? dici poteſt id euenire, ex quo Lex id partibus expreſsè indulget, idque faciunt authoritate Legis, vt cauetur in c.1. §. propter omiſſum, de iuram.calum.in 6. Vt in his ferè terminis reſpondet Ripa, in l.admonendi, num. 199.de iureiur.

40 Eximuntur † autem ab hoc onere iurandi de calumnia, Parens, & Patronus, ad l.iuſiurandum; ff.de iureiur.l.ſi Patronus, vbi gl.fin. ibid.Socin.in Reg.309.num.4.

41 Quid † dicendum, ſi quis iurauit ſe nunquam iuraturum: poſtea mota contra illum lite, aduerſarius petit vt iuret de calumnia; an compelli poſsit? pro affirmatiua concludit Speculat.relatus à Zaſ.in l.qui iurato, num.11.ff.qui ſatiſd.cogant.

42 Et † quicūque petens ſibi iura exhiberi, regulariter ſi pars inſtet, de calumnia iurare compellitur. Pedemont.Deciſ.57.nu.6. Valaſc. de iure emphyt.q.8. nu. 13. Quid ſi pars dicat illa amiſiſſe, an iuramento probetur, vide infrà in 4.parte, in effec.120.

43 Quid † autem ſi pars habens fundatam intentionem, interpelletur vt iuret de calumnia, an ſit compellenda? & pro negatiua facit Neuizan.in Conſil.7.nu.6.& ſeq. faciunt notata infrà, in hac 2. par. art.5.in 17.Limit.num.32.Iaſ.in l.admonendi. nu.184. de iureiur. Grauat.ad Veſtr. lib. 5. de dilation. num. 13. Cotta in ſuis memoriali.ſuper ver.iuramentum calumniæ, verſ.ſed hæc omnia. Quamuis Rota de hoc dubitauerit, vt habes infrà in num. 66.

Etſi

44 Et ſi † principalis ſit abſens, nec breue reuerſurus, admittitur procurator ad iurãdum, dummodò habeat ſpeciale mandatum. Socin. in Reg.207. Iurare de calumnia.

45 Vnum prorſus † non eſt ſilentio prætereundum, quod nonnulli (quos aliqui cautos Aduocatos appellant) petere ſolent hoc calumniæ iuramentum latenter in aliqua parte iudicij, vtpotè, reſpõdentes libello, & negantes narrata, in fine petunt iurari de calumnia, nec vnquã amplius pro eo inſtant: proinde, iuramento non aliàs præſtito, prætendunt proceſſum eſſe nullum, & quam plures, & grauiſsimi quidem Doctores prò nullitate concluſerunt, vt videre poteſtis ex Roland.in conſ.71.nũ.8. lib.1. At huiuſmodi ſententia nimis rigoroſa videtur, ex quo pars non fuit interpellata ad iurandum, iccircò excuſanda videtur, vt ſentit Socin.in d.c.fin. nu. 53.de iuram.calum.

46 Nec ratio in oppoſitum deducta ſatisfacit, † Actorẽ eſſe in culpa, quia videre, & perquirere debuit Acta, cum id neceſſario nõ inferat ad ſcientiam, ſatiſque ad eum excuſandum facit, nõ facta interpellatio: ſi enim ſola clã facta interpellatio ſufficeret, citatio partis in multis caſibus neceſſaria non foret, contra regulam l. de vnoquoque, ff.de re iudic. & præſertim ità tenendũ eſt ad pœnam euitandam, à qua iuxtà regulam quęuis leuis cauſa excuſat.

47 Quid † vbi pars contendat nolle iurare, niſi Iudex deferat, aut mandet? & alio non acto proceſſum eſt ad ſententiã, an talis proceſſus ſuſtineatur? & Baldo placuit affirmatiua; Curtius relatus à Cotta in ſuis Memoriali.ſuper ver.Iuramentum calumniæ, dubitat de ea ſententia Baldi, ibi vide. Mihi verò non videtur eſſe dubitandum, ſi pars non ſimpliciter iurare recuſauit, ſed ſub conditione, niſi Iudex deferret, aut mandaret: nam tali caſu offert ſe pariturum Iudici, cuius eſt cognitio, an ſit cogendus ad iurandum, cùm multi ſint caſus in quibus non eſt locus huic iuramento, vt dictum eſt ſupra num.25.& 43. Vnde, cùm pars nõ inſtiterit apud iudicem pro declaratione, tacitè iuramentum remiſiſſe videtur.

48 Quid † autem ſi ſimpliciter ab Actore petitũ ſit, vt Reus de calumnia iuraret, nulloque præſtito iuramento fuerit per partes ad vlteriora proceſſum, & in cauſa concluſum, an amplius iurare valeat, ita vt proceſſus iam factus, ſuſtineatur? vide Capell. Tholoſ. & ibi Aufrer.in addit.in Deciſ.108.

49 Iuſiurandum † autem iſtud præſtandum eſt coram iudice: Vbi verò perſona ad iurandum requiſita eſſet egregia, vel in dignitate conſtituta, mittendum eſſet ad eius domum, vt præſente aduerſario iuret, ſi intereſſe velit, l.2.§.ſin autem, C.de iureiu.propt.calum. notatque Socin.in c.1.num.11. eodem tit. Idemque dicas de ſenibus, & valetudinarijs, ac alijs, de quibus tractat Socin. ibidem.

50 An autem † hoc calumniæ iuramẽtum excuſet iurantem ab expenſis, ſi ſuccumbat in lite, tractabitur infrà, in 4. par. in effectu 107.

51 Cęterum † defuncto principali, qui iam de calumnia iurauerat, eius hæres vbi Aduerſarius inſtet, & ipſe iurare cogetur, ad Authent. principales, vbi gl. ſuper ver. migrauerit, C. de iureiur. propt. calum. notatque Socin. in d. c. finali. nu. 27. extrà eodem tit.

52 An † autem Iudæus de calumnia iurare teneatur, vide Crot. in repetit. l. ſtipulatio hoc modo, num. 40. de verb. oblig. & quomodo iurare debeat, docet Salicet. in l. Iudæi, C. de Iudæis.

53 Notabis † autem mirabilem huius Iuramenti de calumnia effectum, quod vbi pars non fuerit proteſtata contrà teſtes, & eorum perſonas, cùm fuit citata ad videndum illos iurare, poſt factam publicationem non audiretur ſuper repulſa, vt adnotauit Afflict. in Deciſ. 351. num. 8. Viui. opinio. 926. in princ. & Boer. Deciſ. 245. num. 5. quia intrat ſuſpitio poſtquam vidit teſtium depoſitiones, vt minus iuſtè velit impugnare. At ſi antea de calumnia iuraſſet, vt fieri ſolet, cùm huiuſmodi iuramentum faciat ceſſare calumniæ præſumptionem, audietur ſuper obiectis. Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 12. num. 3.

54 Eſt etiam aduertendum, quòd † licet huiuſmodi iuramentum excuſet à præſumpta calumnia, vt per Alexan. in l. properandum, §. ſin autem vtraque, num. 21. C. de iudic. hoc dumtaxat procedit in cauſis Ciuilibus, cum ſecùs ſit in Criminalibus, vt declarat idem Seraphin. qui alios citat, in priuileg. 13. nu. 12.

55 Quid ſi † Oeconomus Eccleſię de calumnia iurauit, an compelli poſsit ad iurandum etiam Abbas? & Ancharan. in c. Imperatorũ, num. 7. de iuram. calumn. pro negat. concludit.

56 Eſt etiam notandum, quòd † vbi principalis ſi adeſſet, iurare nõ teneretur, ibi nec agens pro eo iurare compellitur, per text. ſignandum, in l. qui bona, §. ſi alieno, ff. de dam. infec.

57 Et vbi à parte † datę ſint poſitiones, quarum aliquæ factum proprium, & reliquæ alienum concernunt, & inſtetur pro reſponſione: ad illas quæ proprium concernunt ſimpliciter de veritate; ad alias quæ factum alienum reſpiciunt, iuxtà ſuam conſcientiam reſpondendum eſt. Mohedan. Deciſ. 212. Epiſcopus ſolis, in manuſcriptis.

58 Quæritur autem, † an interpellato ad iurandũ de calumnia, dandus ſit terminus ad deliberandum? Regulariter denegatur, Specul. de reſponſ. ad poſitio. nu. 9. limitabis autẽ, vt refert Socin. in Reg. 208. quem videre poteris.

An autem admittenda ſit reſponſio, quod dubitatur, aut ignoratur, & ſi poſitio reſpicit factum proprium, non eſt admittenda, ſecùs ſi alienum. Specul. de reſpon. ad poſitio. num. 13. & 15.

Et

Et quia in hac materia extat notabilis Deciſio facta coram Illuſtriſsimo D. Cardinale Mantica, tunc Rotæ Auditore, ad Lectoris vtilitatem viſum eſt de verbo ad verbum illam referre.

Rotæ Deciſio. Bononienſ. Attentatorum, Mantica.

Lunæ 24. Octobris 1588.

Concluſum fuit conſtare de attentatis: quia D. Marcus Antonius Sabbatinus, vigore mandati de immittendo expulſo Pandulpho, ingreſſus eſt poſſeſsionē appellatione pendente, c. non ſolum, de appellat. lib. 6.

Nec ad rem pertinet, quod fuit actum ex l. vlt. C. de edic. Diui Adria. tollen. quod eſt remedium adipiſcendæ poſſeſsionis, in quo
59 ob † Aegidianam prohibita eſt appellatio: quia hoc verum eſt, niſi ſententia ſit nulla, vel notoriè iniuſta: quoniam tunc ſine dubio permiſſa eſt appellatio.

60 Nam quod † Sententia ſit nulla, ex eo colligitur, quod iuramentum calumniæ fuit expreſsè petitum, & non eſt præſtitum, quo caſu, proceſſus vitiatur, & ſententia nullius eſt momenti, c. 1. §. 1. cum gloſ. de iuram. calumn. lib. 6. l. 2. §. ſed quia veremur, & ibi Bart. poſt Iacob. Butr. eo. tit. idemque ſcribunt Bar. Imola, Alex. & alij, in l. de pupillo, §. qui opus, de dam. infec. & Iaſ. in l. iuſiurandum, num. 3. ff. de iureiur. eſtque communis opinio, vt teſtatur Corneus in conſil. 316. nu. 10. lib. 3. quam etiam magis communem profitetur Socin. iun. in deciſiuo conſ. 59. num. 1. lib. 2.

61 Nec dubium eſt, † quin hoc iuramentum calumniæ in iudicio etiam ſummario requiratur, ne veritas occultetur. Clement. Sæpè, de verb. ſignif. & ibi Doctor. maximè Imola, in verſ. Habetis, nu. 4. & Bar. in Extrauag. Ad reprimendum, in ver. Et figura, nu. 11.

62 Neque obſtat † quod iuramentum ante ſententiam peti debet, d. c. 1. de iuram. calum. in 6. & in caſu propoſito, eadem die qua fuit lata ſententia, fuerit petitum, & ideo ad excludenda attentata, præſumēdum ſit ſententiā præceſsiſſe. Creſcent. Deciſ. 53. lib. 1. Achill. Deciſ. 1. de inhibitio. quia ipſi loquuntur in diuerſis terminis, & ad caſum propoſitum non poſſunt adaptari: nam iuramentum fuit petitum in proteſtatione facta in termino citationis ad ſentētiam, ergò intelligitur petitum antè ſentētiam, quia in vltima tantum parte diei ſententia ferri debuit, c. conſuluit, de offic. deleg. Item proteſtatio ſecundum propriam naturam præcedere debuit, l. vltima, §. item ſi prædixerit, ff. nauta, caupo, ſtabul. & ideo ordo ſcripturæ ſequendus eſt, c. penult. poſt princip. de electiōn. lib. 6. l. qui ſoluendo, la 2. ff. de hæred. inſtituend.

63 Nec † obſtat, quòd iudex procedendo ad vlteriora, videatur tacitè huiuſmodi exceptionem reieciſſe, cap. ex parte, de appellat.

quia

64 quia † Iudex hoc iuramentum calumniæ, nec expreſsè remittere potuit, quia fuit inductum ob publicam vtilitatē, ne veritas opprimatur, d.l. 2.§.ſed quia veremur, cum gloſ.in ver.remitti, de iureiur.
65 propt.calum.& ideo nec contraria conſuetudo valet, vt † ſi fuerit petitum, remitti poſsit, c.cęterum, de iuram.calumn.gloſ.in d.c. 1.§. 1.in verbo, tacitè, eod.tit.in 6.Socin.iun.d.conſ.59.nu.3. lib.2. Roland.conſ.71.num.10.lib.1.

66 Neque † etiam refragatur, quòd iuramentum calumniæ non ſit præſtandum ab eo qui plenè probauit intētionem ſuam, Bald.per illum text.in c.2.num.7.in fine, de probation.& Felin.ibid.num.3. Iaſ.in repetit.l.admonendi, nu.84.de iureiur.quia reſpondetur primò, hoc non procedere abſque difficultate, quia d.c.2. loquitur de iuramento veritatis, & ad iuramentum calumniæ, quod facilius pręſtatur, non debet extendi, vt ſentit Iaſ.in l.iuſiurandum, & ad pecunias, §.qui iuſiurandum, nu.3.verſ.limita, ff.de iureiur. Vnde etiàm Tiraq.videtur dubitare, de retrac.lignag.§.2.gloſ.2.num.1.

67 Secundò † reſpondetur, ex eo ſolo, quod teſtamētum Diui Ludouici in Actis productum fuit, plenè non probari intentionem D.Marci Anton.qui etiam probare debuit ipſum teſtatorem bona de quibus agitur poſſediſſe, vt colligitur ex l.vltima, C.de edic.Diui Adria.tollen.

Nec etiam dici poteſt, D. Marcum Antonium ſuam intentionē plenè probaſſe ex inſtrumento donationis, virtute pacti reſolutiui: quia reſpondetur, hoc inſtrumentum ab eo in Actis non fuiſſe pro
68 ductum, neque tale remedium fuiſſe intentatum: Nec † Iudici dicitur liquere, cùm non fuerit inter partes diſcuſſum, an conditio pacti reſolutiui ſit purificata. Natta, in conſ.194.num.15. Et ex his domini dixerunt ſententiam eſſe nullam.

Quod autem illa ſit etiam notoriè iniqua, & conſequenter per
69 Aegidianam † non ſit prohibita appellatio, ex eo colligitur, quòd ex eiſdem Actis non iuſtificatur.

70 Nam † cum Marcus Antonius intentauerit remedium d.l.fin.C. de edic.Diui Adria. tollen. neque probauerit defunctum ea bona mortis tempore poſſediſſe, non poteſt obtinere, vt colligitur ex dicta l. finali.

71 Præterea, cum † iſtud remedium ſit adipiſcendæ poſſeſsionis, nō potuit competere D.Marco Antonio, qui ſemel fuerat adeptus poſſeſsionem, §.ſequens, Inſtitut.de interdict.

72 Neque ad rem pertinet, quod † beneficium eius legis competit etiam pro conſeruanda poſſeſsione, Alex.in d.l.vltima, in fine, & ibidem Zuccard.num.178. qui dicunt communem eſſe ſententiā, quam etiam ſequitur Socin.iunior, in conſ.97.num.47.lib.2.& Roland. qui etiam alios refert, & communem eſſe dicit, in conſil. 98. num.7.

num. 7. lib. 3. quia hoc intelligitur, quando quis poſsidet, & inſtat confirmari, vt omnes loquuntur.

73 At † conſtat D. Marcum Antonium facto ſuo à poſſeſsione cecidiſſe, quia per donationem, ſeu tranſactionem ex Clauſula Conſtituti, eam tranſtulit in Ioannem Baptiſtam Pandulphum, & fratres, l. quod meo, & ibi Doctores, ff. de acquir. poſſeſ. & ideo nequit amplius ei competere remedium adipiſcendæ poſſeſsionis, d. §. ſequens, Inſtitut. de interdict.

74 Neque etiam obſtat, quod † quis poſsit pendente lite à tertio ſibi acquirere poſſeſsionem, ſine vitio attentatorum. Puteus Deciſ. 30. in fine, lib. 1. quia ſupra fuit reſpõſum, Pandulphum, qui eiectus eſt à poſſeſsione vigore mandati de immittendo, non eſſe tertium, ſed conlitigantem ęquè principalem cum D. Ioanne Baptiſta fratre, atque ipſum Pandulphum poſſediſſe pro indiuiſo, euidenter probatur ex confeſsionibus ipſius D. Marci Antonij, quę colliguntur ex communione, ex lite mota contrà Pandulphum, & Ioannẽ Baptiſtam vti detentores, & ex Conſtituto in donatione appoſito, quod ſine dubio probat contrà ipſum conſtituentem, Bald. in d. l. fin. num. 47. C. de edic. Diui Adria. tollen. Aretin. in l. interdum, in fi. princip. ff. de acquir. poſſeſſ. Ruin. conſ. 46. num. 13. lib. 4. Natta, conſ. 439. num. 3. lib. 2. Grat. conſ. 42. num. 12. lib. 2. Purpurat. conſ. 157. num. 4. lib. 1.

Neque præſentis eſt inſpectionis, an Conſtitutum virtute pacti reſolutiui ſit reſolutum, quia reſpicit negotium principale, neque in hoc iudicio deductum fuit.

75 Secundò etiam ad illud obiectum, quod † quis poſsit à tertio ſibi acquirere poſſeſsionem abſque vitio attentatorum, reſponſum fuit, poſſe habere locum, quando quis eam acquiſiuit extrà iudiciũ: aliud enim eſſe, ſi iudicialiter acquirat, vt ſæpius in Rota deciſum fuit, vt atteſtantur Moder. de attentat. par. 3. c. 4. in pręfatio. & num. 390. Vnde, cum in caſu propoſito appellatione interpoſita, & lite pendente, capta fuerit poſſeſsio vigore mandati à Iudice relaxati, vtique dicitur attentata.

76 Neque etiam illud refragatur, quod † cùm D. Marcus Antonius habuerit facultatem capiendi poſſeſsionem propria authoritate, adeundo Iudicem, ſibi prę iudicium non fecerit, Bart. in l. Creditores, in 2. Lectu. num. 26. C. de pignor. & plerique alij, quia primo fuit reſponſum, illud habere locum, quando quis petijt ſolum mãdatum de aſſociando, ſecùs ſi producto teſtamẽto petijt ſe immitti in poſſeſsionem, ex d. l. finali, C. de edic. Diui Adria. toll. quia tunc videtur receſsiſſe à facultate capiendi poſſeſsionem propria authoritate, & via quam quis eligit, ſibi pateat cum omnibus eius qualitatibus, l. ſi mulier, §. vlt. ff. quod met. cauſa.

Secundò

77 Secundò fuit † reſponſum, adhuc non fuiſſe diſcuſſum, An habeat locum pactum reſolutiuum, quo in caſu D. Marcus Antonius habet hanc facultatem, vt poſsit ingredi propria authoritate: Et ideo, ea, præſertim lite pendente, vti non potuit, l. hoc iure, & l. ita ſtipulatus, de verb. oblig. iuncto c. 1. & toto tit. vt lite pend.

Quòd verò dicitur attentata non eſſe reuocanda, quia conſtat de non iure Pandulphi, Dominis non placuit: quia vt dictum eſt,
78 non fuit diſcuſſum, an conditio pacti reſolutiui ſit purificata, † & per inſtrumentum dicitur conſtare de non iure, ſed requiritur cōfeſsio partis; Vel res iudicata: Nam quamdiu poteſt conſtare de iure, non poteſt dici conſtare de non iure, Aegid. Deciſ. 103. & latè Moder. de attentat. par. 3. c. 24. nu. 64. cum ſeq.

79 Poſtremò, non obſtat quod † dicitur reuocationem attentatorum non poſſe peti poſtquam fuit in cauſa concluſum: quia Domini intelligunt hoc procedere in illa inſtantia, in qua fuit concluſum, non in alia. Bero. conſ. 51. nu. 7. lib. 3. & ſequuntur Moder. de attentat. par. 3. c. 23. num. 50. & 54.

Et ex his placuit Dominis, attentata eſſe reuocanda. Hactenus deciſio Rotæ.

80 Quæro autem, † tu ſcis, quod venditor niſi expreſsè id promittat, non tenetur præſtare fideiuſſores de euictione, l. emptores, ff. de euiction. Fallit, ſi per tertium lis moueretur antè ſolutionem precij, quia tunc emptor ſoluere non compelleretur, niſi præſtita cautione, l. ſi poſt perfectam, C. eod. tit. modo ſuperuenit emptori notitia, quòd Ennius ius prætendit ſuper re vendita, non tamen eum
81 moleſtat, Emptor rogat & † ſubmittit illum, qui tandem ità inſtigatus, litem mouit, prætendes ad ſe ſpectare in vim fideicommiſsi, aliave de cauſa: Petente precium venditore, emptor excipit de lite mota, petens ſibi caueri de euictione, vēditor ſuſpicans de eo quod
82 euenit, vt emptore inſtante, lis mota fuerit, poſtulat vt emptor † iuret de calumnia: an his ſtantibus, tuta conſcientia iurare poſsit? Mouet hanc quęſtionem Bald. in d. l. ſi poſt perfectam, num. 1. & reſoluit, quod ſi emptor mala mēte inſtitit, vt lis moueretur, alia res eſt: quod ſi bona mente, vt futuro periculo conſuleret, id procurauit, poſſe intrepidè de calumnia iurare.

83 Subdit autem ibi incidenter, quod † hoc iuramentum hodie cōtemnitur, & (vt inquit,) non appretiatur vnum obolum, factique ſumus contemptores Dei, & Religionis.

Ex quibus Baldi verbis, ſumpta occaſione Maranta in ſua practica, in 6. par. princ. in primo actu Iudici. num. 11. inquit, poſt relata verba Baldi, ſe putare, quod litigatores noſtri tēporis potius iurant
84 de calumnia committenda, quàm euitanda, & ideo † melius eſſet illud iuramentum ex toto tollere, vt tot periuria euitentur. Quod

non

85 non † eſt dictum rationabile: quia etſi adſint mali, credendum eſt adeſſe etiam bonos, qui cum omni timore iurent, & iuxtà Regulã, In dubio, vnuſquiſque bonus præſumitur.

86 Quid autem † ſi is, qui vt iuret de calumnia interpellatur, abſens ſit à loco Iudicij, & pars inſtet ab ipſo principali fore iurandum, cuius impenſis tranſmitti debeat huiuſmodi iuramentũ? & Menoch. de arbit.quæſt.lib.2.Centur.3.Caſu 228.nu.10.concludit, abſentis impenſis fore tranſmittendum.

87 Eſtq; † locus huic iuramento etiam in cauſa quantumuis leuis momenti. Tiraquel.de iudi.in reb.exig.verſ.quinquageſimoſexto.

88 Quid † ſi fiat partitum litis deciſiuum, an is cui fit, licitè iurare recuſet, niſi prius deferens iuramentum de calumnia iuret? vide infra in hacmet par.2.in 5.arti.nu.31.in decimaſexta Limitatione.

89 Quæro † de neceſſaria quæſtione, quam ab aliquo tactam non memini me legiſſe. Firmatum eſt ſuprà, quod vbi calumniæ iuramentum non eſt petitũ, tunc omiſſum non viciat proceſſum. Quid dicendum, vbi non ſit in ſpecie inſtitum, vt pars iuret de calumnia, ſed in ſeruandis terminis ſubſtantialibus, vt in Curia fieri ſolet, inter cæteros ponitur etiam in eadem citatione, ad iurandum de calumnia, vt habes per Veſtrium lib.5. Rom.praxis, c.3.& ſeq. vbi aduerſarius citatur ad dicendum contra commiſsionem, ad libellandum, ad declarandum, & ad iurandum de calumnia, ſimul pro omnibus ad primam diem: an hæc petitio ita inſimul facta, ſufficiat ad effectum de quo agitur, ita, vt ſi citatus non iuret, proceſſus vicietur? & reſpondendum videtur affirmatiuè: tum, quia hic adeſt expreſſa & ſpecifica petitio iuramenti, proinde, eius omiſſio viciare debet proceſſum, ex ſupra deductis: tum, quia iuxta nõnullorum ſententiam, de quibus ſupra, num.45. etiam clàm & incidenter petitum, ſi fuerit omiſſum, nullitatem proceſſus operatur.

90 Contrariam † ſententiam arbitror fore veriorem, & amplectendam, quòd talis petitio ita genericè, & ad alium finem, nempè, pro ſeruandis terminis facta, nõ operetur hunc effectum nullitatis proceſſus: quoniam generalis huiuſmodi citatio eſt nulla, cum ſimul
91 tot termini, præſertim omnes, ad primum diem † ſeruari non poſſint, & ideo, vel vigore Innocentianæ, vel Pianæ Conſtitutionis, aut ſpecialis Commiſsionis, terminos iſtos, & alios, malè, nulliter, & conculcatè ſeruatos, ſanare ſolemus per illorum reiterationem,
92 vt eſt ſtylus in Curia notorius: Proinde, † cum petitio nulla fuerit, nullum operari debet effectum, ad c. non præſtat, de Reg. iur. in ſexto, Cotta in ſuis Memorial.ſuper ver. Actus nullus, cum alijs triuialibus.

93 Nec facit † ſi obijciatur, quod ſicuti cæteri omnes termini ſic nulliter ſeruati, ſanantur ex reiteratione illorum, in vim dictarum

facultatum,ita etiam ſanatur citatio ad iurãdum de calumnia, quoniam admittitur,vt tunc ſanentur, cum reiterantur, quoniam ceſſante reiteratione,remanent in eorum ſtatu : ſed ante illorum ſanationem erant nulli, ergo nullum gignere potuerunt effectum, & conſequenter dici nequit fuiſſe petitum iurare de calumnia, ſi nulliter eſt petitum; Minus obſtat ſanatio,quoniam intrat eodem momento, quo lata eſt ſententia, cum ſimul & ſemel reiterentur termini ſubſtantiales, & ſententia feratur.

94 Et iuramentum † peti debuit in principio cauſæ, l.2.§.fin. C.de iuram.calumn.& poſt cauſę concluſionem ad partis inſtantiam nõ eſt iurandum,vt dictum eſt ſup.nu.31.

95 Huic autem † reſponſioni valdè videtur obſtare Deciſio Rotæ de qua ſupra,nume.59.vbi in nu.62. dicitur,quod petitum eadem die,qua lata eſt ſententia,ſi omittatur,viciat proceſſum: nam omiſſo quòd illa Deciſio in hoc particulari uidetur rigoroſa, contra ſolitam ſacri Auditorij æquitatem,adhuc ea retenta,nõ obſtat: quoniam ibi prẹſupponitur, in proteſtatione facta in Actis, ante petitam ſententiam fuiſſe principaliter inſtitum pro iuramento calumniæ, & in caſu noſtro id non applicatur, quoniam ſimul & ſemel, eodemque momento reiterantur termini ſubſtantiales, & ſententia fertur.

96 Et maximè † vrget generalis notoriaque Cõſuetudo,quòd quãdo pars prætendit aduerſarium num iurare de calumnia,principaliter & particulariter id peti conſueuit: & nunquam practicatum fuit neque auditum, quod per illam generalem citationem terminorum ſubſtantialium, in qua inculcatur ea citatio ad iurandum de calumnia,dicatur nullus proceſſus, ex omiſſa iuratione,& minimè ſunt mutanda quæ certam ſemper interpretationem habuere, ad l.minimè,de legibus.

Et præſertim placet hæc ſententia, quoniam eſt æquior, & amplectenda, vt euitetur nullitas proceſſus, cum ſemper facienda ſit interpretatio pro actus validitate,l.quoties in ſtipulationibus,ff.de verb.oblig. cum ſimilibus.

Et conſonat, quod ea citatio generalis terminorum ſubſtantialium,non fit alia intentione, nec ad alium effectum, niſi pro ſeruãdis illis terminis, quibus non ſeruatis, proceſſus eſſet nullus, ad Bellamer. Deciſ.27.Igitur,vltrà partis intentionem operari non debet,ad l.nõ omnis,vbi omnes notant,ff.ſi cert.pet. l.obligationum ſubſtantia,§.non ſatis,de action. & oblig.

Et cùm indubitatum ſit,eos terminos ſeruari ad euitandam proceſſus nullitatem, vt iam diximus, ſequitur, vt inducta ad euitandam nullitatem, non poſsint operari contrarium effectum inducẽdæ nullitatis, ex notatis per Iaſ. in l.legata inutiliter, nume.5. & 8.

de

de leg. primo, & in l. ſi ita legatum, nume. 10. eodem titulo.

97 Quid autem † dicendum, ſi pars petierit in Actis, in principio cauſæ, vt pars iuraret de calumnia, & nunquam amplius inſtiterit, & proceſſum fuerit ad ulteriora: demum aduerſarius, à quo petitum fuerat, vt de calumnia iuraret, & iurare ceſſauit, ſperans fauorabilem reportare ſententiam, ſeruauit terminos ſubſtantiales, inter quos vt iam dictum eſt, ponitur ad iurandum de calumnia, & in illorũ reiteratione, Notarius iuxta ſtylum Curiæ ſeu potius magnum abuſum, extendit, quod de calumnia iurauit, tactis ſcripturis: an huiuſmodi prætenſum iuramentum, ſatisfaciat ad euitandam proceſſus nullitatem, ob non præſtitum, vt petitum eſt calumniæ iuramentum?

Dicendum videtur, non ſufficere, & nullitatem non excuſari, ex rationibus in præcedenti quæſtione relatis: & quia licet Notarius ſcribat partem iuraſſe, veritas eſt euidens & notoria, quod nullo modo iurauit, quoniam pars tradit in manibus Notarij illam citationem reiteratoriam, & Notarius in confectione Regiſtri, illo modo extendit citationem ad ſententiam, in qua apponi conſueuit etiam citato, ad uidendum deferri iuramentum in ſupplementum, & quod iurauit tactis ſcripturis, quod non eſt aliàs verum, & inter alios Curiæ abuſus toleratur.

Rota tamen oppoſitum tenuit in vna Romana reſciſsionis contractus coram R. P. D. Penea, & ſubijcitur tenor Deciſionis.

Veneris, 16. Martij, 1590.

Domini ſteterunt in deciſis quantum ad præſentem nullitatem ob non præſtitum iuramentum calumniæ, & vltra reſponſionem datam in alia deciſ. ſub die 15. Februarij præteriti, fuit dictum ceſſare difficultatem ex obſeruantia terminorum ſubſtantialium, inter quos eſt terminus ad iurandum de calumnia: & eo ipſo quod ſeruatur terminus dicitur præſtitum iuramentum, ad quod præſtandum procurator habebat ſpeciale mandatum, ſicut de iure requiritur, cap. fin. de iuram. calum. in 6. & ideo dici nequit omnino omiſſum, licet foret petitum. Et cum iſta nullitas non proueniat ex illis tribus defectibus, Citationis, Iuriſdictionis, & mãdati, quos inuiolabiliter Rotæ ſtylus obſeruat, non eſt tam religioſè attẽdenda, præſertim, cum conſtet aliquo modo præſtitum fuiſſe, & reiteratum in obſeruatione termini ad ſententiam, omiſsis reliquis quę non faciunt ad materiam.

98 Tandem † quæro, an huiuſmodi calumniæ iuramentum excuſet ab expenſis, & deciſum eſt infra in quarta parte, in effec. 187. ubi videatis.

Potuiſſem (candide Lector) alia quamplura ad huiuſmodi materiã ſpectantia cumulare, duabus tamen ex cauſis recenſere omiſi,

& quia contenti ſumus præmiſſa tantum adnotaſſe in forenſibus cauſis frequentiora, & quia Excellentiſs. Doctor Dom. Antonius *del Rè*, noſter Tyburtinus, cliens & familiaris, particularem tractatum ſuper hoc calumniæ iuramento edidit ante hunc noſtrum imprimendum, nè ſibi loca præoccupaſſe viderer, congruum exiſtimaui, materiæ omnis pertractandæ prouinciam ſibi relinquere, quem nè meum de illo iudicium fallat, iuſtis ex cauſis credere iuuat.

SVMMARIVM.

1 *Actor quod dicit, Reus quod excipit, probare tenentur.*
2 *Ad eos releuandos ab onere probationis, inuentæ ſunt poſitiones, quibus inuicem reſpondere tenentur.*
3 *Pars monita ad reſpondendum, ſi ſit contumax, poſitiones habentur pro confeſſis.*
Quid autem ſe per prius pars contumax fuiſſet, vide ibid. nu. eod.
4 *Reſponſio clara & aperta danda eſt, aliàs habetur pro non reſponſione.*
5 *Et ponens poterit interpretari reſponſionem dubiam, vt ſibi magis expediet.*
6 *Contumax non habetur pro confeſſo, in caſibus quibus de iure non eſt reſpondendum.*
7 *Reſponſio de credulitate in practica recipitur, & præiudicat, nu. 8.*
9 *Reſponſione partis vti nequit, qui materias medio iuramento non ſpecificauit.*
10 *Iudex præcipere poteſt ſub certa pœna, vt reſpondeatur.*
11 *Poſitiones videre & reformare poteſt vbi ſit opus.*
12 *Poſitionum ſpecies quamplures reperiuntur paſſim.*
13 *Regulariter poſitionibus eſt reſpondendum, vbi iudex ita præceperit, fallit in multis caſibus.*
14 *Vbi poſitio ſit criminoſa.*
15 *Declaratur dicta limitatio, vt non procedat iudice interrogante.*
16 *Nec reſpondendum poſitioni, quæ diſpoſitiuè non eſt concepta.*
17 *Poſitionibus datis per modum exceptionis non eſt reſpondendum.*
18 *Nec vbi contineat aliquid aliàs iuramento deciſum.*
19 *Nec reſpondendum poſitioni factum alienum concernenti.*
20 *Nec vbi poſitio concepta eſt per verba negatiua.*
21 *Nec poſitioni captioſæ.*
22 *Nec vbi ſit incerta vel alternatiua.*
23 *Nec poſitioni generali.*
24 *Nec ſi poſitio ſit obſcura, vt nec poſitioni iuris. ibid.*
25 *Nec vbi producta ſint poſitiones poſt lapſum terminum datum ad probandum.*

26 *Nec poſtquam ſemel reſponſum fuerit.*
27 *Nec quando reſponſurus habet Authorem de euictione obligatum.*
28 *Nec ſuper eo, in quo fundatam habet intentionem.*
29 *Nec vbi poſitio ſit multiplex.*
30 *Poteſt tunc reſponſurus inſtare, vt melius concipiatur.*
31 *Quid ſi multiplici poſitioni ſit reſponſum, & vnum tantum negatum, vel confeſſatum?*
32 *Nec eſt reſpondendum ſi poſitio contineat aliquid conſiſtens in animo reſponſuri.*
33 *Nec poſitioni continenti excommunicationem, vel materiam obiectiuam.*
34 *Niſi poſitiones ſint bene ſpecificatæ, & diſpoſitiuè conceptæ.*
35 *Declaratur quomodo id proximè dictum intelligatur.*
36 *Nec eſt reſpondendum ante conteſtatam litem.*
37 *Limitatur in cauſis ſummarijs.*
38 *Limitatur generaliter in omnibus caſibus, in quibus ſi fieret partitum deciſiuum, reſpondere non teneretur.*
39 *Quid ſi monitus, vt reſpondeat, dicat ſe neſcire in poſitione contenta, vel de eis dubitare, & nu. ſeq.*
41 *Quid ſi Iudex imperitus cogat ad reſpondendum?*
42 *Quid ſi monitus, petat terminum ad deliberandum?*
43 *An ſit danda copia poſitionum, nu. 44. & ſeq.*
46 *An ſit admittenda reſponſio conditionalis, vel qualificata, nume. 47. 48. & 49.*
50 *An poſitio partim vera, & partim falſa, poſſit tota negari, & nu. 51.*
52 *An articuli ſint admittendi poſt ſuſpenſum petitorium.*
53 *An in cauſa criminali ſit reſpondendum poſitionibus.*
54 *An ſit reſpondendum poſitioni continenti materiam reprobatoriam teſtium examinatorum.*
55 *Si falſum reſpondeat, an poſſit puniri de periurio, & nu. ſeq.*
56 *Iudex ſub certa pœna præcipere poteſt reſpondenti, vt verum reſpondeat, & tunc erit locus pœnæ, nu. ſeq.*
58 *Reſpondens ſe credere prout in inſtrumento, an ſatisfaciat, nu. ſequen. & nume. 60.*
61 *Quid ſi dicat quod non credit vt ponitur, nu. 62. & ſeq.*
64 *Quid ſi dicat, doceat legitimè, aliàs non credit vt ponitur.*
65 *Quid ſi ex pluribus litis cõſortibus vnus neget, alius fateatur, nu. 66.*
67 *Poſitionibus impertinentibus an ſit reſpondendum, nu. 68.*
69 *Si poſitio contineat promiſſionem, an peti poſſit, vt exprimatur an purè vel conditionaliter ſit promiſſum.*
70 *Aduocatus, an reſponſioni poſſit adeſſe? nu. 71. & ſeq.*
73 *Procuratori monito vt reſpondeat, an danda ſit dilatio ad conſulendum Principalem?*

74 *Procurator non admittitur ad reſpondendum, niſi habeat ſpeciale mandatum.*
75 *Si principalis eſt præſens, debet ipſe reſpondere; ſi autem abſens eſt, tranſmittendus Notarius; Cuius autem impenſis videatur, nu.76.*
77 *A pronunciatione de habendo articulos pro confeſſis, an detur appellatio?*
78 *Mora in reſpondendo, an ſit purgabilis.*
79 *An poſt pronunciationem prædictã admittatur probatio in contrariũ.*
80 *An ponens iurare teneatur, articulata eſſe vera? & nu.ſeq.*
82 *An reſponſio facta poſitionibus impertinentibus, præiudicet, & nu.83. 84. 85. & 86.*
87 *Forma non ſeruata, actus eſt nullus, & nu.ſeq.*
89 *Effectus Clauſulæ, Saluo iure impertinentium.*
90 *Confeſſio non præiudicat ei, qui reſpõdere non tenebatur. vide in nu.94. vbi declaratur, nu.97. & ſeq.*
91 *Factum Iudicis, reputatur factum partis.*
92 *Reſponſio facta, nulla præuia proteſtatione quãdo præiudicet, & nu.93.*
94 *Declaratio ſtatuti Romani, in c.70.lib.1. & multis num.ſeqq. vſque ad num. 100. incluſiuè.*
101 *Reſpondens poſitionibus proteſtari debet, quatenus de iure reſpondere teneatur, & nu.102.*
103 *Negans iuuari nequit poſitione negata.*
104 *An poſſit iuuari dictis teſtium ſuper ea?*
105 *Reſponſione facta per procuratorem ſpecialem, an nihilominus cogi poſſit principalis ad reſpondendum?*
106 *Contumacia Tutoris non reſpondentis, an noceat pupillo? & nu.ſeq.*
108 *Quid ſi poſt poſitiones medio iuramento confeſſatas reperiatur veritas in contrarium? & an confeſſio facta ſuper poſitionibus poſſit reuocari. vide ibid.*
109 *Quid ſi poſt negationem illas fateatur? an euitet pœnam ſtatuti negantibus inflictam.*
110 *Quid ſi poſt negationem confeſſus ſit & reuocata negatione, an conſequatur beneficium à ſtatuto confitenti conceſſum?*

De iuramento principalium, reſpondentium partis poſitionibus. Artic. II.

FRequens eſt in Iudicijs partium principalium iuramentũ, quo mediante, altera alterius partis poſitionibus reſpondere compellitur: proinde de huiuſmodi iureiurando, quod in forenſibus cauſis paſsim occurrit, verba facturus, cum materia ſit vtilis, & in praxi paſsim verſetur, latius eſt inſiſtendum,

dum, & quamplures opportuno loco quæſtiones diſcutientur.

1 Et quoniam tàm † Actor, quòd aſſeuerat, quàm Reus quod ex

2 cipit, probare tenentur, l. 1. C. de probation. iccirco, ad † illos onere probationis reuelandos, adinuentæ ſunt poſitiones, quibus col litigantes inuicem reſpondere tenentur, c. 1. & 2. de confeſſ. in 6. l. eum qui, in princ. verſ. aliunde enim. ff. de iureiur. Roland. conſil. 90. num. 6. lib. 3.

Et non ſimpliciter, ſed medio iuramento danda eſt reſponſio, Specul. lib. 2. de poſition. §. quinto ſupereſt, nu. 13. & 14.

3 Et ſi † pars monita ad reſpondendum, contumax fuerit, Iudex pronunciabit eas haberi pro confeſſatis, ad c. 2. de confeſſ. in 6. Roland. conſi. 90. nu. 5. & 15. lib. 3. Neuiz. in conſ. 6. nu. 9. in fi.

Aduertas autem id procedere, vbi cõtumacia reſpicit ipſam monitionem de reſpondendo, quia ſi monitus ad reſpondendum cõtumax ſit, articuli haberi poſſunt pro confeſſatis, vt habetur in locis præallegatis. Quid autem vbi pars antea contumax fuiſſet, & ob eius contumaciam iuxta ſtylum Curiæ decretus fuiſſet proceſſus per audientiam contradictarum, vel per affixionem ad valuas, & pars ſic citata ſit per contradictas ad dicendum contra articulos, eodemque modo monita ad reſpondendum, an hoc caſu Iudex pronunciare poſsit articulos pro confeſſatis; & pro negatiua vide text. d. c. 2. verſ. verum ſi antequam, de cõfeſſ. in 6. Facit Iaſ. in l. 11. §. hoc iudicium, num. 22. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. vbi poſt glo. Bald. & alios, notandum affirmat, quòd circumſcriptis ſtatutis cõtumax non poteſt à iudice declarari, vt habeatur pro confeſſo; Quod notabile repugnat apertis verbis. d. c. 2. de confeſſ. in 6.

Notabis autẽ, quod huiuſmodi cõfeſsio erit ficta probatio, ideo ſi perit inſtantia, ea non proderit in alia inſtãtia, Iaffred. Deciſ. 282. veluti ficta confeſsio non nocet confitenti in alio Iudicio, Bero. in conſ. 196. num. 29. lib. 3. Corneus in conſil. 97. colum. 2. verſic. quinimo, lib. 4.

4 Dandaque † eſt reſponſio clara & aperta, aliàs obſcurè reſpon-

5 dens, reputatur ac ſi non reſpondiſſet, immò, † ponens interpretari poterit illam reſponſionem, prout magis erit ſibi proficuum, ad Speculat. in lib. 2. de poſition. §. nonò tangendum, in fine. Barbat. in conſ. 91. nu. 2. lib. 3.

6 In † caſibus autem, quibus de iure non eſt reſpondendum, quos infrà recolemus, nunquã contumax habetur pro confeſſo, Franc. in

7 c. fin. num. 15. verſ. & ſcias, de confeſ. in 6. acquieſcitque † practica reſponſioni de credulitate, Veſtr. de poſition. lib. 5. nu. 7. c. 14. Maranta in 4. actu iudic. in 6. par. prin. num. 14. Specul. de poſition. lib. 2. §. ſexto tractandum, num. 10. Aymo conſ. 217. num. 9. Quæ re-

8 ſponſio † præiudicat; ac præcisè facta, Doct. in locis ſupra citatis,

Tobi.autem conſi.37.num.6.limitat id procedere in concernentibus proprium factum,& ſecùs eſſe dicit in facto alieno, ibi vide. & Mohedan. Deciſ.212. Epiſcopus Solis, in manuſcriptis.

9 Nequit † autem quis iuuari reſponſione partis, niſi prius materias medio iuramento ſpecificauerit, Iaſ. qui alios citat, in conſ. 2. col.pen.verſ.præterea ad hoc,lib. 3.

10 Poteſt † Iudex ſub certa pœna præcipere parti, vt alterius poſitionibus reſpondeat, Grauat. ad Veſtr. de poſition.num.15.iudex
11 autem † priuſquam reſpondere præcipiat poſitiones videre, reformareque debet, nè captioſæ ſint obſcuræ, aliamvè legitimam exceptionem patientes, vt docet Speculat.de poſition.lib.2.§.quin
12 to ſupereſt, nu.12.Plures † ſiquidem poſitionum ſpecies reperiuntur, quibus altera pars iuſta de cauſa reſpondere non eſt compellenda, quas breuiter percurremus, conſtituta in primis Regula,
13 ꝙ † ſemper ſit reſpondendum, vbi iudex præcipiat: quæ multas limitationes patitur, vt ſubijciemus.

14 Primum, † vbi poſitio ſit criminoſa, ei non eſt reſpondendum. Specul.d.lib.2.de poſition.§.ſeptimo,num.40.Bart.in l.tranſactione, C.de tranſaction.

Quod intellige, vt declarat idem Bart.in l.Marcellus,§.1.num.31. ff.rer. amot.Veſtr. in praxi,lib.5. de poſition. cap.14. nume.5. vbi Grauat.in addit.num.18.Pract.Papienſ.in for. except. contrà poſitio.ſuper ver.detegentes, Decius in l.fin.num.6. C.de eden.& in c. 1.num.41.de probatio. Bart.in pulchro caſu,in l.fin.num.10.quib. vt indi. nume. 6.Paleot. Deciſ. 396. incipien. productis.in manuſcriptis. Franc. de Argen. inter conſil. matrimon. conſ. 22. nume. 16. & ſeq.

15 Intellige † autem huiuſmodi limitationem procedere, vbi reſpõdendum ſit inſtante parte, ſecùs enim eſſe, ſi iudex interroget ex officio. Pedemon.d.deciſ.66.nu.11.vbi alij citantur.

16 Secundò † reſpondendum nõ erit, cùm poſitio non diſpoſitiuè ſed interrogatiuè concepta ſit.Rota,Deciſ.3.num.1.de ſeq.poſſ. & fruct.in nou.Veſtr.de poſitio.c.14.num.19.lib.5. Maran.in pract. in 6.par.princ.in 4.actu iudic.num.13.

17 Hinc eſt, quod † ſi dentur articuli per modum exceptionum, vt plerumque fieri ſolet, aduerſarius illis reſpondere non tenetur.Pet. in Pract.Capito.lib.2.c.14.num. 10. fallit autem in præparatorijs, quibus etiam interrogatiuè conceptis eſt reſpondendum, Rota d. Deciſ.3.de ſeq.poſſ.in nou.

18 Tertiò limitatur, vbi † poſitio contineat aliquid aliàs iureiurando deciſum, quia nullo modo cogenda eſt pars ad reſpondendum, Grauat. ad Veſtr. vbi ſuprà, num.19.verſic. rurſus, nec reſponſum. Pract.Pap.in for.excep.contra poſitio.ſuper ver.detegentes.Specu.

lib.2.

lib.2.de poſit.§.7.num.20.qui videatur.& Paleot.Deciſ.396.produ ctis, col.2.in manuſcriptis.

19 Quartò nec † vbi poſitio alienum factum cõcernit. Specul.ibid. §.quinto ſupereſt,num. 11.Grauat.ad Veſtr.vbi ſupra,num. 19. ver. nec ſuper facto.Pract.Pap.ibid.ſuper ver.& in facto.Peruſin.deciſ. 8.num.15.& 18.vide Nattam conſ.59.num.2. lib.1. & quonam pacto iurandum ſit ſuper facto alieno,vide Mohedan. Deciſ.212.Epiſcopus Solis,in manuſcriptis,& qualiter hoc procedat, vide Franc. in cap.1.num.7.verſ.in eadem glo.ibi,ad factum,de confeſ.in 6.

20 Quintò † nec poſitioni negatiuè conceptæ, niſi iudex iuſta de cauſa ſuadenteque æquitate reſponderi pręcipiat,ad c.1.de confeſ. in 6.Speculat.vbi ſup.§.7.nu.15.& 18.Paleot.d.deciſ.396.

21 Sextò † nec poſitioni captioſæ. Grauat.ad Veſtr.vbi ſuprà,num. 19,in fi.Pract.Papienſ.in for. excip. contrà poſit. ſuper ver. captioſæ. & quando captioſa dicatur videatur Pract.Papienſ. in d.verſic. captioſæ.

22 Septimò † nec cogitur aliquis reſpondere poſitioni incertæ, vel alternatiuę.Pract.Papienſ.vbi ſupra,ſuper ver.incertæ,num.2.Specul.vbi ſupra,§. ſexto,num.17. & quoad alternatiuam, vide Franc. in c.fi.nu.13.de confeſ.in 6.niſi talis alternatio veniat ex contractu. Addit.ad Specul.ibid.in addit.magna, verſic. non admittitur poſitio,num.16.

23 Octauò † nec eſt reſpondendum poſitioni generali. Speculat. ibid.§.7. videatur,num. 19. Pract. Papienſ. vbi ſupra, ſuper verſic. generalis.

24 Nonò † nec poſitioni obſcuræ,Pract.Papienſ. ibid. ſuper verſic. obſcuræ.

Decimò nec poſitioni iuris.Bar.in l.1.ff.ſi cer.pet.Pract.Papienſ. vbi ſupra,ſuper verſ.potius.Speculat.de poſitio.lib.2.§. ſeptimo videndum.num.29.Franc.in c.fi.num.16.de confeſ.in 6.

25 Vndecimò † nec productæ poſt lapſum terminum datũ ad probandum.Pract.Papienſ.vbi ſupra.§.1.num.1.Maran.in 6.par.princ. in 4.actu iudic.num.10.

26 Duodecimò, nec † eſt reſpondendum poſtquam ſemel reſponſum fuerit.Specul.vbi ſupra,§.ſexto tractandum,num.3. verſ. Non ergò reſpondere.Franc.in d.c.fin.nu.10.

27 Decimotertiò † nec cum reſponſurus habet Authorem de euictione obligatum: nam ſi fiant poſitiones bonum ius concernentes, licet reſponſurus ſciat bonum ius aduerſarij, non eſt compellendus ad reſpondendum, ne vel negando peieret, vel confitendo ſibi præiudicium paret contra Authorem,ad Bart.in l. at qui natura,§.cum me,num.5.ff.de negot.geſt.Corneus conſ.50. in fine, lib. 2.Ruin.conſ.205.num.14.lib.2.

Decimo-

28 Decimoquartò † nec cogitur aliquis reſpődere ſuper eo, in quo fundatam habet intentionem, teſtibus aut inſtrumentis. Pedemon. Deciſ.10. num.7. Applaudunt dicta per Iaſ. in repetit. l. admonendi, num.84. de iureiur.

29 Decimoquintò † nec multiplici poſitioni aliquis reſponſionem dare compellitur, Pedemont. Deciſ.176. num. 1. vbi de communi.

30 Poteſt † enim reſponſurus inſtare, vt ponens melius, & magis diſtinctè factum explicet; Vel ipſemet multiplicem poſitionem diuidere valet, Specul. de poſition. lib.2. §.7. num.21. Pract. Papienſ. in for. excip. contrà poſition. ſuper ver. multiplices. Ipſeque iudex reuidere, & diuidere poteſt. Specul. ibid. num.24.

31 Quid iuris † ſi reſponſum ſit multiplici poſitioni, & vnum tantum de contentis in ea ſit negatum, vel reſpondens confeſſus fuerit vnum dumtaxat de contentis in ea, & in cęteris nihil dictũ, An reliqua omnia, vel negaſſe, vel confeſſum eſſe cenſeatur? & prò affirmatiua concludit Matheſil. in ſuo notab. 77. nota quod poſitio. Franc. in c. fin. num.15. verſ. aduerte, de confeſſ. in 6. Petus in Pract. Capitol. lib.2. c.8. num.22.

32 Decimoſextò † nec eſt reſpondẽdum poſitioni cõtinenti aliquid conſiſtens in animo reſponſuri, Paul. in l. potuit, num.8. C. de iur. delib. Maran. in Pract. in 6. par. memb.7. num.14.

33 Decimoſeptimò † nec poſitioni continenti excommunicationem. Rota Deciſ.9. de Reſcript. in antiquis, & generaliter nec om-
34 ni materiæ obiectiuæ, niſi † poſitiones ſint bene ſpecificatæ, & di-
35 ſpoſitiuè datæ. Rota Deciſ.29. de teſtib. in antiq. Hocque † procedit in materia merè obiectiua, in qua Aduerſarius verificata obiectione, vel ius non haberet, vel priuandus, aut aliàs repellendus veniret: ſecùs autem in articulis licet obiectiuis alicuius defectus, qui ſunt de iure dantis, quia pendent ex gratia obtenta, vtpotè, ſi agatur ad verificationem gratiæ, Si neutri, in qua obiectio eſt de iure dantis, vt declaratur in Deciſ.1. vbi bona additio, de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. in nou. & ideo in iſtis non requiritur exacta ſpecificatio, ſicut in merè obiectiuis, vt ibi dicitur in verſ. ratio quia.

36 Decimooctauò † nec dandum eſt reſponſum poſitionibus ante conteſtatam litem: quia nec admittendi ſunt articuli, nec teſtes recipiendi ante eam, ad Rubric. & omnia eius tit. cap. ext. vt lite non conteſt. Alex. conſ.71. in princ. lib.7.

37 Quod † tamen limitatur, cum in cauſa ſummariè & ſine figura iudicij procedi poteſt, Alex. d. conſ.71. in princip.

38 Decimonono † generaliter reſpondere poſitionibus aliquis nõ eſt cogendus in omnibus caſibus in quibus iuramentum deciſiuũ recuſari põt, Neuiz. conſ.7. nu.8. Purp. in l. manifeſtę, nu.22. ff. ſi cer. pet. & citata per eundẽ ibi. nu.45. videatur inf. in art. 5. in 18. limit.

Recitatis

Recitatis caſibus, in quibus pars requiſita reſpondere non compellitur, in reliquis ſtandum eſt Regulæ ſupra firmatæ, vt cõtumax in reſpondendo, pro confeſſo habeatur.

Subnectendæ ſunt modo nonnullæ quæſtiones in foro verſantibus ſæpius occurrentes, quas breuiſsimè expediemus.

39 Primum quæritur, ſi † monitus ad reſpondendum, dicat ſe neſcire veritatem eorum quæ in articulis continentur, vel de eis dubitare, ideoque reſpondere recuſet, an ſit cogendus? & pro affirmatiua concludit Rom. in Sing. 688. Siquis à Iudice.

40 Quod penes † me non tranſit abſque difficultate: quia veriſimiliter, huiuſmodi poſitio, cuius veritatem ſe neſcire reſponſurus affirmat, non factum proprium, in quod regulariter ignorantia non cadit, ſed potius alienum concernit: proinde non eſt compellendus ad reſpondendum, ex ſupra relatis in 4. Limit. vide Speculat. lib. 2. de poſitio. §. ſexto tractandum, num. 12. & 15. vbi diſtinguit, an poſitio contineat factum proprium, & ſit cogendus; vel alienũ, & tunc non teneri: & ſubdit exemplum, quod ſi ponatur vita alicuius qui eſt vltra mare, vtputa captiuus apud Turcas, fiatque poſitio, quod adhuc viuit, vel obijt, admittendam fore reſpõſionem,
41 quod dubitat de eius vita, ſubiungens, quod ſi imperitus † Iudex cogeret ad reſpondendum ſe credere aut non credere viuum vel mortuum, quod præmittat negatiuam, dicendo: non credo eum mortuum, cùm ex huiuſmodi reſponſione non ſequatur, quod illum viuere fateatur, cum ſic reſpondendo, nil ponat, ſed tantummodo neget: ſtant enim iſta ſimul, vt non credat eum mortuum, neque credat eum viuere, ſed dubitet; Vbi verò negationem præponeret, inquiens: credo eum non eſſe mortuum, tunc bene ſequeretur vt credat eum eſſe viuum.

42 Secundò quæro, † ſi monitus poſtulet ſibi concedi terminum ad deliberandum ſuper reſponſione, an ſit à Iudice concedendus? & vbi velit de veritate reſpondere, dilationem fore dandam, & secùs, ſi de credulitate, notauit Roman. Sing. 689. Parti reſponſuræ. Specul. de poſitio. lib. 2. num. 9. Grauat. ad Veſtr. eod. ti. lib. 3. c. 14. nu. 34. Maran. in Speculo, par. 6. in 4. actu iudic. nu. 22.

43 Tertiò quæſtionis eſt, an † parti petenti ſit danda copia poſitionum ante reſponſionem? & in Curia, in qua paſsim aguntur cauſæ forenſium à procuratoribus, non ita de facti veritate informatis, inoleuit Practica, vt copia detur. Veſtr. lib. 5. cap. 14. num. 9. & dari
44 de conſuetudine refert Curt. iun. in l. 2. nu. 11. C. de eden. De † iure verò, cum poſitio concernit factum proprium reſponſuri, denegand a erit. Alexan. in d. l. 2. nume. 4. verſ. quæ etiam ſecundo fallit. & ibid. Decius, num. 22. Ripa, num. 10. verſ. eadem quoque ratio-
45 ne. & Curt. iun. teſtans de communi, dicto nume. 11. Si † verò poſitio-

ſitiones alienum factum reſpiciant, danda erit copia, Ripa vbi ſuprà, eſſetq́; etiam concedenda, ſi contineant factum proprium, in quod cadat probabilis ignorantia, Dec. vbi ſup.

46 Quid autem † ſi mutuum tibi factum reſtituiſti, remotis teſtibus, & aduerſarius perfidè repetat, formatque poſitionem tali tempore mutuaſſe centum, an ſit admittenda reſponſio conditionalis, ſi quid mutuaſti, reddidi? Alciat. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, nu. 74. de verb. oblig. conſulit, vt Iudex poſitionem reformet, qui parte etiam reclamante id facere debet.

Latius de huiuſmodi quæſtione agitur infra in ſequenti artic. 4. in 11. Limit. ibi deducta videas.

47 Optima † eſt quinta dubitatio, an purè & ſimpliciter ſit reſpondendum, vel admittenda veniat qualificata reſponſio? & inſpecto iure communi, debet admitti, & caret omni difficultate: vbi verò extet Statutum diſponens ſimpliciter fore reſpondendum, tunc reijcitur. Rota Lucenſ. Deciſ. 40. num. 1. parte 1. intantum, quod ſi reſpondeas, fatendo cum aliqua qualitate, illa reiecta, cenſeatur pura confeſsio. Alciat. vbi ſupra, num. 74. & 76. vide tamen omninò Socin. iun. in l. 1. num. 9. & ſeq. de vulg. & pupil. vbi plura congerit in contrarium, & vide congeſta infra in ſeq. artic. 4. in 11. limit. & in ſeq. 11. quæſtione huius ſecundi articuli, & omnino Aſinium in ſua praxi iudicior. §. 19. cap. 17. 18. 21. 22. & 26.

48 Admittitur † tamen qualificata reſpōſio in idiota & ruſtico, Rota Lucenſ. vbi ſup. num. 14. Aſinius d. §. 19. c. 18. Limit. 4. num. 5.

49 Cæterum, aduertendum eſt, quod † ſi poſitio non ſimpliciter, ſed qualificatè concepta eſſet, admitteretur etiam qualificata reſpōſio, vt declaratur in Deciſ. Pedemont. 176. nu. 4. & in Lucenſ. Deciſ. 40. num. 15. parte 1.

50 Sexto quæritur, an poſitio † partim uera, & partim falſa, poſsit tuta conſcientia prorſus negari? & penes Doctores non eſt exigua diſſonantia: ſiquidem Grauatius ad Veſtr. de poſition. lib. 5. c. 14. nume. 24. affirmatiuam ſententiam communi calculo comprobari inquit, quamplures inducens eius ſententiæ aſsertores. Alex. conſil. 183. nu. 8. lib. 5. Marſil. in Rub. de fideiuſs. nu. 339.

51 Contraria † ſententia eſt pro anima tutior, & videtur verior & communior. Petus in Pract. Capitol. de poſition. lib. 2. nu. 20. in primo impreſsis. Papien. in for. excip. cōt. poſitio. ſuper ver. vltimæ in addit. ſuper ver. vltimę, in addit. ſuper ver. puto. Apoſtil. ad Dec. in l. non poteſt uideri, ſuper ver. in totum, vbi de magis communi, & ibid. Cagnol. nu. 6. de reg. iur. vide Iaſ. & alios in l. 1. §. ſtipulanti, de ver. obl. latè Couar. variar. reſol. lib. 1. c. 2.

52 Septimo dubitatur † ſi poſt ſuſpenſum petitorium dentur articuli illud concernentes, an ſint admittendi? & de ſtylo Rotæ admit-

mittuntur, teſtes verò ponuntur ad partem. Caputaqu. Deciſ.144. Articuli reſpicientes.& Deciſ.248.Stylus Curiæ,lib.1.in manuſcriptis,paſsimq; placitum eſt ſcribentibus eos fore admittendos,quia inſeruiunt ad iuſtificandam poſſeſsionem. Pariſ.conſ.60. nume.7. lib.3.vide Franc.in c.fin.nu.11.de confeſs.in 6.

53 Octauo reuocatur in dubium, an † ſit reſpondendum poſitionibus medio iuramento in cauſa Criminali, & vbi huiuſmodi poſitiones proprium factum concernant,placuit Bart.in l.Marcellus, §.1.vbi latè ad materiam,ff.rer.amot.quod ſit reſpõdendum. Idem videndus in l.lex Cornelia,§.hac lege,num.2.de iniur. & in l.inter omnes,§.rectè,num.5.de furt.& in l.2. §.quod obſeruari, num.33. C.de iuram.calumn.

54 Nona eſt quæſtio, † an reſpondendum ſit poſitioni continenti materiam reprobatoriam teſtium à reſpõſuro inductorum? & pro affirmatiua tenuit Rota, vt refert Paleot.Deciſ.396. productis iam remiſsorijs,in fine,in manuſcriptis.

55 Decimo quæritur † ſi principalis medio iuramento reſponderit,falſumque aſſeuerauerit, an de periurio cõuictus puniri poſsit? & pro negatiua cõcluditur,l.2.C.de reb.credit.& iureiur. Granut. Theoremate 3.in princ.vide num.22. vbi limitat non procedere,ſi
56 de periurio conſtaret euidenter: poteſt † autem Iudex præcipere reſpondenti ſub certa pœna,vt verum dicat,& tunc falſum reſpondens, pœna comminata multari poterit. Maranta in Speculo,in 6. parte,in 4.actu Iudic.num.18.Granut.vidend.Theorem.3.nu.12.
57 conuictusque † de mendacio,patitur etiam pœnam,quòd contra ipſum poterit iurari in litem.Grauatius ad Veſtr.in lib.5.cap.14.de poſition.num.25.

58 Frequenter † occurrit, vt reſpondens dicat ſe credere prout in inſtrumento; quæritur vndecimo loco, an huiuſmodi reſponſio ſit recipienda? & de iure communi omni ceſſante dubietate, admittitur, ex iam dictis ſupra, quæſt.5. vide Peruſi. Deciſ.8. nu.17.
59 vbi † verò Statutum vigeat, vt purè & ſimpliciter ſit reſpondendum,tunc eſt reijcienda.Pract.Pap.in for.excip.contra poſition.ſuper verſ.primò quod,nu.5. Faciunt relata in ſupradicta quæſtio. 5. Specul. de inſtr.edit. §.nunc dicamus, num.5. verſ.quòd ſi quis in libello,lib.2. Habes latè tractatam huiuſmodi materiam in d. Deciſ.Peruſ.8.vbi videas.

60 Et vbi talis reſponſio recipitur, ea † nil magis nocere, aut operari valet, quam inſtrumentum ad quod refertur, Rimin. conſil.55. num.12.lib.1.Alex.conſ.49.num.5.lib.7.Natta,conſ.634.num.16. lib.3.Cephal.conſ.200.nu.8.lib.2. Dec. conſ.278.num.6. verſ.non obſtat quod confeſsio.

Duodecimo quæritur de conſimili quæſtione, an ſcilicèt bona

ſit

61 ſit ea reſponſio,quæ paſsim fieri conſueuit : † Non credit vt ponitur ; & licet Pract.Papienſ. cogitandum relinquat, in caſu quo uiget Statutum de ſimpliciter reſpondendo, vt habetur in ſua praxi, in tit.de for.excip. contra poſition. ſuper ver.primò quod,num.6.
62 Mihi ceſſare uidetur omnis difficultas : quoniam † cùm iſta non ſit ſimplex, ſed qualificata reſponſio, vtique Statuto non ſatisfit ſimplicem requirenti,ex relatis ſupra in quæſtio.5.Spec.de poſitio. lib.2.§.ſeptimo videndū,nu.23.Pet.eo.ti.in ſua prac.Capito.nu.20.
63 Implicitæ † verò poſitioni talis reſponſio applicari poſſet Pet. lib.2.c.4.num.20.

Præcedenti proxima eſt alia reſponſio, quæ & ipſa frequenter
64 fieri aſſueta eſt,videlicèt,† doceat legitimè, aliàs non credit vt pōnitur,quam recipi debere deciſum eſt à ſacro Auditorio,vt habetur in Deciſ.Paleot.156.Quæſitum eſt,in manuſcriptis.latè in Deciſ. Peruſ.8.
65 Decimoquarto quid † ſi plures ſint litis conſortes, & vnus affirmatiuè,& alius negatiuè reſponderit? Cui ſtandum erit? & Alex. in conſ.136. num.22.lib.2. prodidit, eſſe ſtandum maiori parti, & ſi pares numero fuerint,affirmantes negantibus, illorum potius reſponſionem fore attendendam,qui negarunt, vide Iaſ.in l.duobus reis,num.3.ff.de iureiur.
66 An autem † iuramentum vnius ex conſortibus,alteri noceat,vide Granut.Theorema.10.nu.33.
67 Succeſsiuè quæritur, An † poſitionibus impertinentibus ſit reſpondendum?& de iure tales articuli non eſſent admittendi,etiam cum Clauſula, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum.Pariſius conſil.97. num.134.lib.1. idem conſil. 67. nume.38. lib.4.Roland. conſ.34. nume.13. lib.3.Aymo, conſ.23. nu.4.Menoch.conſ.2.num.236. lib.1. Grauat.ad Veſtr. lib.5. de poſitio.nu. 26.vide Aſin.in ſua praxi iudicio.§. 19.c.9.Vbi verò dubium ſit,an ſint pertinentes,ne retardetur proceſſus, Iudex admittere conſueuit cum dicta Clauſula,Saluo iure,&c. Grammat. Deciſ.45. nu. 5. Pariſius conſ.67.nu.14. & 38.& ſeq. lib.3. Natta,cōſ. 20.nu.5.lib.1.
68 Cęterū † de ſtylo Curiæ poſitionibus etiā impertinētibus eſt reſpondendum, Rota Deciſ. 24. de teſtibus, in antiq. Vide etiam Deciſ.2. de teſtib.in antiq.
69 Cęſar ponit Octauium ſibi promiſiſſe aureos centum, petitque illum compelli medio iuramento ad reſpondendum,an credat eſſe verum: Octauius proteſtatur exprimi an promiſsio fuerit pura, vel in diem, vel conditionalis, aliàs reſpondere recuſat; Determinat Specul. lib.2.de poſitio. §.decimo quæritur, num.15. Actorem teneri ad ſpecificandum.
70 An † Aduocatus adeſſe poſsit reſponſionibus faciendis? & breuiter

uiter

uiter conclude pro negatiua : cùm ſolus principalis adeſſe, reſponderéque debeat. Specul. lib. 2. de poſitio. §. quinto ſupereſt, num. 13. Veſtr. eod. titu. lib. 5. cap. 14. num. 8. Maran. in 6. par. in 4. actu iudic. num. 15.
71 Fallit † in ruſtico, Addit. ad Veſtr. vbi ſupra, num. 30. & in alijs ſimilibus alieno conſilio indigentibus. Pet. in praxi Capitol. de poſitio. c. 4. num. 12. lib. 2. Maran. vbi ſupra, num. 16. Aſinius in praxi iudicio. §. 19. c. 18. Limat. 4. num. 4.
72 Excipe, niſi † eſſet ruſticus ſagax, vt plures reperiuntur. Additionator ad Veſtr. vbi ſupra, num. 32. Caſtrenſ. in l. ex quacunque, nu. 6. vbi Iaſ. num. 11. ver. ſexto pondera. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.
73 Quæritur decimoctauò loco, an † procuratori monito ad reſpōdendum, ſi poſtulet ſibi dari dilationem ad conſulendum principalem, ſit indulgendum? & vbi contenta in articulis non concernant id, ad quod conſtitutus eſt Procurator, dilatio cōcedi debet. Veſtr. ibid. num. 10.
74 Notabis autem † non admittendum Procuratorem ad reſpondendum, niſi in id habeat ſpeciale mandatum. Rebuff. ſuper concordat. de elect. derogatione, ſuper verſ. ſpeciale, verſ. quadrageſimus primus. Viui. Opinio. 429.
75 Sed ſi † principalis eſt præſens, ipſe reſpondere debet. Veſtrius ibid. num. 11. & vbi pars prætendat principalem abſentem vti legaliorem fore cogendum ad reſpondendum, deſtinandus erit Notarius cauſæ ad locum vbi principalis moratur pro reſponſione habenda. Gemin. in cap. præſentium, num. 27. de teſtib. in 6. Pet. d. c. 4. num. 24. lib. 2.
76 Cuius † autem impenſis fiet huiuſmodi remiſsio ad principalē, vide Gemin. ibid. Bart. Bal. & Salyc. in l. generaliter, §. his, C. de reb. credit. Afflic. deciſ. 177.
77 Quæritur decimononò, An † appellare poſsit contumax in reſpondendo poſitionibus, ſi Iudex pronunciauit eas haberi pro confeſſatis? Decius in conſ. 34. nu. 2. diſtinguit: an Iudex interloquendo pronunciet haberi pro confeſſatis, & tunc de Iure Ciuili appellari non poſſe; Vel diffinitiuè pronunciet ſuper tota cauſa, & tunc appellari poſſe. Aliter autem ſentit Petus, in d. cap. 4. num. 16. lib. 2. quem videre poteris, & Aſin. in iudicio. praxi, §. 19. c. 15. vbi latè. vide Imol. in l. ſi inſula, num. 16. de verb. oblig. Franc. in c. fin. num. 21. de confeſſ. in 6.
78 Quæritur an † mora in reſpondendo poſitionibus ſit purgabilis? & pro negatiua concludit Pet. vbi ſupra, num. 16. Pract. Pap. in for. excip. contrà poſitio. in ver. primo, num. 2. Ioſ. Ludo. in deciſ. Lucen. 44. num. 43. & ſeqq.
79 Vigeſimoprimò quæritur, † an ſaltem admittatur probatio in
contra-

contrarium.vide Ioſeph.Ludo. d.Deciſ.44.nu.57. Alciat.præſumptio.22.num.7.reg.3.

80 Vigeſimoſecundò quæro, † ſi pars petat vt ponens iuret contēta in poſitionibus eſſe vera,aliàs prætendat ſe non teneri ad reſpon

81 dendum,an † ponens iurare teneatur? & pro affirmatiua habes Deciſionem Rotę in Deciſ.3.num.1.in fine,de ſequeſt.poſſeſ.& fruct. in nou.Grauat.ad Veſtr.d.c.14.num.16.& ſeq.lib.5.Iaſ.in l.poſsideri,num.24.de acq.poſſeſſ.

82 An reſponſio facta † poſitionibus impertinentibus reſpondenti præiudicet,& affirmatiua placuit Baldo & Specul. relatis per Fran. in lib.6. & in ipſis primis verbis eius operis; vbi notat etiam Gemi.

83 Propterea eſt proteſtandum, quod † ſi quæ ſint poſitiones impertinentes,quibus de iure non ſit reſpondendum, quod vult reſponſiones haberi pro non datis,quæ proteſtatio eſt admodum vtilis,& ibi commendatur.Quibus concinit Rota Deciſ.3. in princ. de ſeq. poſſ.& fruct.in nouis,& Deciſ.29.de teſtibus in antiquis.Abb.cōſ. vlt.num.4.& 5.par.2.Alex.in l.ſi duo Patroni,§.idem Iulianus, nu. 22.de iureiur.Franc.in cap.fin.num.12.de confeſſ.in 6.Gemin.in c. 1.num.12.eod.tit.

84 Vbi autem † admiſsi ſint articuli vel poſitiones cū ſolita Clauſula,Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, reſponſionem nihil officere, notauit Grat. in conſ.115. num.37. lib. 1. & conſ.75.nu.17.ibid.Alex.in conſ.166.nu.5. & 6.lib. 6. Rimin.ſen. latè in conſ.496.lib.3.Aſinius in ſua praxi iudicio.§.19.c.9.num.6.

85 Quod præſertim † procedit, vbi extet Statutum diſponens articulos cenſeri admiſſos Saluo iure impertinentium,& non admittēdorum, & vbi apparet de iure non fuiſſe admittendos, vel eſſe impertinentes,quòd nullam fidem faciant,& habeantur pro non productis,vt habetur in Vrbe in c.70.lib.1.

Et in his terminis extat Deciſio facta coram R.P.D.Orano, ſub die 28. Februarij 1592.in cauſa Alimentorum vertente inter Dominos de Melchiorijs,cuius tenor ſequitur vt infrà.

Romana Alimentorum.

Deciſio Rotæ coram R.P.D. Orano.

In cauſa Romana alimentorum,præſuppoſitū fuit ſine veri præiudicio, Actorem in exhibitione poſitionum,formam Statuti Vrbis in cap.68.lib.1.non ſeruaſſe,cuius cauſa quæſitum fuit, pręſuppoſita illarum admiſsione, cum clauſula Si, & inquantum, & alio

86 Statuto, in c.70. lib. 1. An † reſponſiones ad eas per Reum factæ, ſibi præiudicarent? Maior pars fuit in voto negatiuo: quia Forma

87 eſt quæ dat eſſe rei,vnde ſi à Lege, vel Statuto præſcripta † obſeruata non fuerit,actus corruit inde ſequutus, l.cum hi, §.ſi Prætor, vbi Iaſ.in 1.notab.ff.de tranſactio.& in l.Iulianus,§.ſed ſi quis,nu.4.

C.de

C. de iur. & fact. ignor. cum vulg. Cum igitur Forma Statuti mãdantis per Actorem poſitiones, ſiue articulos diſpoſitiuè & ponen-
88 do conceptos medio iuramento parte citata exhiberi, † non fuerit ſeruata, ſequitur reſponſiones ad eos factas, Reo non præiudicare, maximè, cùm nedum Iudex illos admiſerit, cum Clauſula, Si, & inquantum, ſed etiam Statutum c. 70. lib. 1. velit illorum admiſsionem intelligi factam cum præſeruatiua, Saluo iure imperti-
89 nentium, cuius † is eſt effectus, vt cùm aliter non fuerint admittendi, niſi ſeruatis præſcriptis à Statuto, habeantur pro non admiſsis. Io. And. Abb. & alij, in c. cum contingat, de offic. deleg. Bald. in l. fi. in fine, C. qui legit. perſon. Alex. conſ. 166. num. 6. lib. 6. Pedemont. Deciſ. 5. nu. 9. & ſeq. & in terminis Rimin. ſenior, conſ. 596. num. 8.
90 & ſeq. lib. 3. & † confeſsio eius qui ad illos reſpondere non tenebatur, ei non prę iudicat. Curtius in l. cum & Iudices, §. quod obſeruari, num. 41. C. de iuram. calum. Grat. conſ. 75. nu. 17. lib. 1. Nihil autem intereſt, quod aduerſus eis tanquam informes Reus non fuerit proteſtatus, quia primò Clauſula, Saluo iure impertinentiũ, po-
91 ſita in decreto iudicis † reputatur factum partis. Rimin. ſen. dict.
92 conſil. 596. in fin. Secundo, quoniam ità demum † reſponſio facta nulla præuia proteſtatione, Reo prę iudicaret, ſi ſciuiſſet poſitiones & articulos fuiſſe conceptos non ſeruata Forma Statuti, & ità procedit Deciſ. 3. de ſeq. poſſeſſ. & fruct. in nou. ſed quando reſpõdens illos nõ vidit, ſeu à Statuto eorum inſpectio eſt interdicta, antequã
93 reſpondeat, vt diſponit ſtatutum Vrbis, non poteſt ſibi † imputari, ſi proteſtationem non interpoſuit. ita Rimin. dict. conſil. 59 6. numero 13. in fine.
94 Cęterum † huiuſmodi Deciſionis rationes impugnari poſſe videntur: nam fundamentum, quod ſit ſuper ſpreta Forma Statuti, duplici de cauſa redditur periculoſum: Primò, id Statutũ dans formam poſitionibus diſpoſitiuè & medio iuramento, exhibendis, loquitur de cauſis ordinarijs, vt patet in ipſis primis verbis, ibi, Actor quandocunque voluerit ante lapſum tertiæ dilationis; quæ tertia dilatio locum habet dumtaxat in cauſis ordinarijs, & liquet ex cap. 59. & eius Rubrica, quæ ita cantat, de libelli oblatione, litis conteſtatione, & dilationibus præfigendis in cauſis ordinarijs: nam in cauſis ſummarijs, qualis eſt cauſa alimentorum, vt patet ex d. c. 88. Statutum mandat in eis procedi ſine libello, abſque litis conteſtatione, & ſine ſolennitatibus, & ordinibus iudiciorum etiam ſubſtãtialibus, ſummariè, ſine figura Iudicij, & ſola veritate inſpecta, ideo corruit illud aſſumptum ſpretę formæ: quoniam Statutum in cauſis Alimentorum, in eo cap. expreſsè nominatorum, reijcit omnem formam Iudicij, & quaſcunque ſolennitates, & ordines etiam ſubſtantiales, mandatque procedi ſola veritate inſpecta, quæ Clauſula

E quanti

quanti ſit momenti, nemo eſt qui ignoret, & ſufficit allegare. Pedémont. in deciſ. 1. num. 20. & ſeq.

Minus obſtat, quod Iudex dictas poſitiones admiſerit cum Clauſula, Si, & inquantum, quoniam hoc non obſtante, ſi pars vltrò reſpondere voluit, reſponſiones ſibi præiudicant, ex relatis ſuprà authoritatibus Rotæ, Franci, & aliorum, in huius quæſtionis initio, & ex his quæ proximè deducentur in ver. ſecundo dato, nu. 96.

95 Nec quicquam facit † diſpoſitio alterius Statuti, in cap. 70. quod poſitiones cenſeantur admiſſæ cum dicta Clauſula, Si, & inquantū, & Saluis exceptionibus, tum, quia Statutum ſimiliter loquitur de cauſis ordinarijs, non autem de Summarijs, vt colligitur ex illis verbis, Articuli, Inſtrumēta, Exceptiones, Replicationes, Teſtes, & Iura quæcunque, à quacunque perſona, parte legitimè citata producantur, &c. cum in cauſis Summarijs Statutum mandet procedi ſine figura Iudicij, & ſola veritate inſpecta: tum, quia etiam retento, quod huiuſmodi Statutum procedat in ſummarijs, non operatur propterea, quin ſponte reſpondens ſibi non præiudicet, ob voluntariam confeſsionem, ex proximè deducendis.

96 Secundò dato ſine veri † præiudicio, vt locus foret prædicto Statuto danti formā poſitionibus medio iuramēto, & diſpoſitiuè producendis, & quod ob ſpretam Statuti formam actus eſſet nullus, adhuc confeſsio ſuper poſitionibus ita nulliter productis facta, præ-
97 iudicaret, & fidem faceret contrà ſponte confitentem, quoniā † cōfeſsio facta non ſeruata forma, tenet, & nullitatis prætextu non irritatur. Clemen. 1. in fi. de election. c. 1. de accuſ. in 6. ſiquidem, omnis ineptitudo proceſſus voluntaria partis confeſsione purgatur, per iura proximè citata, ad Socin. in conſ. 146. num. 15. lib. 1. Ripa, in l. edita, num. 26. verſ. & ſi Reus confitebitur, C. de eden. Maran. in 5. actu iudic. in 5. par. principali, num. 24. Alex. conſ. 34. num. 3. lib. 3. Mattheſil. in Sing. 53. Roland. conſ. 31. num. 5. lib. 1. cum congeſtis per Clar. in pract. §. finali, quæſtio. 55. verſ. item poſſet allegari Dec. conſ. 221. num. 3. Et ita in his terminis reſpondit Abb. videndus in conſ. vlt. nume. 4. par. 2. vbi omnis difficultas deciditur; & faciunt notata per eundem, in capit. prout, nume. 9. de dolo, & contumac.

98 Partis † enim conſenſus facit vt ritè procedatur, vbi eo ceſſante malè procederetur, ad Bald. in Authent. Generaliter, num. 4. C. de epiſc. & cleric. Aymo, conſ. 140. num. 4. & quod fieri non debuit, ſuſtinetur, ſi pars vt fieret, conſenſit, c. 1. de reſtit. ſpoliator. Authen. generaliter, C. de epiſcopis & clericis, vbi gloſ. final. aduertit. Immò ſatis eſt, quod non fuerit reclamatum, per text. notabilem, in c. 2. de accuſ. in 6. ſufficit enim tacita approbatio, Iaſ. in l. admonendi, num. 105. de iureiur. Crauet. conſil. 140. nume. 4. verſ. ſatis autem

tem renunciauit Calcaneus, conſ. 16. numero 11. 12. & 13.

99 Poteſtque Statutum † intelligi, vt poſitiones ità dentur, ſi à parte petatur, Rota d.Deciſ.3. circa principium de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct. Addit.ad Veſtr.lib.1.c.14.num.16.

100 Nec refragatur, † quod articuli viſi non fuerint ob prohibitam oſtenſionem à Statuto, & d.Marcellus ignorauit non fuiſſe conceptos iuxtà formam Statuti:tum,quia illos vidit, & legit, quando reſpondit,& proteſtari poterat,ſi voluiſſet:tum,quia etiam ante viſio

101 nem poterat,vt fieri ſolet,& Doctores monent, † proteſtari,quod quatenus tales eſſent, quibus de iure reſpondere non cogeretur, quod ſua reſponſio pro nõ facta haberetur, vt deductum eſt ſuprà in huius quæſtionis initio: tum, quia confeſsio facta etiam ſpreta forma; valet ex ſupra relatis; & quia an articuli fuiſſent medio iuramento ſpecificati, ſcire poterat ex Actis abſque viſione poſitionum.

Minus facit, ſi dicatur, non ſponte immò coactum reſpondiſſe ob Monitoriũ pœnale de reſpondendo:quoniam illud hẽt Clauſulam iuſtificantem,Si ſenſerit ſe grauatum, ideo poterat comparere, & proteſtari, ſe non teneri, cum non eſſent ſpecificati iuxtà formã

102 Statuti. Rota dict. Deciſ.3. prope finem, ſed quia † id facere non curauit,ſponteque reſpondere voluit, propterea infertur ſibi præiudicaſſe.

Quibus attentis, plures ex Dominis contradixerunt illi deciſioni, quæ non vnanimi Dominorũ conſenſu facta fuit, ſed de voto maioris partis illorum, à qua non auderem recedere, ſi communi Dominorum voto facta fuiſſet, ob reuerentiam meritò debitam tanto tribunali.

103 Negans † iuuari nequit poſitione negata, ad Regulam c. ex eo, de reg.iur.in 6.

104 Quæritur, an † iuuari poſsit ex depoſitionibus teſtium ſuper eã, & pro affirmatiua vide Grauatium ad Veſtri.d.c.14.num. 23.lib.5. vide Iaſ.in l.poſsideri, num. 25. de acquir. poſſ. Achill. deciſ.2.de teſti. Marſil.in Rubr.de fideiuſſ.nume.340. Alexan. conſ. 183. numero 4.lib.5.

105 Vigeſimoquintò quæritur, an poſt † factam à procuratore ſpeciale mandatum habente reſponſionem, cogi poſsit principalis velut inſtructior,vt & ipſe reſpõdeat;& cogi poſſe, ex pluribus deducit Neuiz.in conſ.7.num.13.& ſeq.

106 Quæritur vigeſimoſextò loco † ſi in contumaciam tutoris non reſpondentis,poſitiones pronuncientur, pro confeſſatis,an huiuſmodi decretũ pupillo præiudicet? & pro negatiua tenuit Rota in cauſa Strigonienſis violationis teſtamenti coram Illuſtriſs. D. Cardinali Plato,Domino & Compatre meo Obſeruandiſsimo ſub die

23.Ianuarij 1589. Cuius deciſionis verba, omiſsis alijs aliud concernentibus, quoad concernentia noſtram quæſtionem ita cantant, vi-
107 delicet, dicunt etiam Domini, Decretum fuiſſe † iniuſtũ, eo quod pupilla non potuit haberi pro confeſſa, ob contumaciam Tutoris, & Curatoris. Abb. in c. fin. num. 21. de iuram. calumn. Socin. Reg. 259. Limit. 5. & in d. c. fin. nu. 43.

108 Quid † ſi poſitionibus partis medio iuramento ſpecificatis, reſpondens medio iuramento fateatur contenta in eis eſſe vera, & poſtea comperiatur rem aliter ſe habere, an locus ſit reuocationi confeſsionis, non obſtante iuramento? & pro affirmatiua vide Seraph. de priui. iuram. priuil. 11. nu. 3.

109 Tandem quæro, extat Statutum, vt negans poſitiones ſi conuincatur incidat in pœnam: Titius monitus ad reſpondendum illas negauit, & antequam pars oppoſitum probaret, negationem reuocauit, illas pro ueris confitendo. An ſit locus pœnæ, & pro negatiua concludit Aſin. in ſua praxi, §. 19. c. 10. qui videatur.

110 Quid è conuerſo. † Statutum dat beneficium confitenti, Reus negauit, & antequam aliquid in contrarium probaretur, negationem reuocauit, illas veras affirmando, an ſit locus beneficio Statuti? & pro affirmatiua, vide Aſin. ibid. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Interrogare partes iudex poteſt vbicunque æquitas ſibi dictet.*
2 *Intellige ſuper meritis negocij principalis, & num. 5.*
3 *Poſitiones ſucceſſerunt loco interrogationum à iudice faciendarum.*
4 *Interrogans non fatetur.*
5 *Si præparatoria concernant merita cauſæ, eſt reſpondendum; quid poſt litem conteſtatam, num. 6.*
7 *Iudex ex officio interrogare poteſt, etiam poſt cauſæ concluſionem.*
8 *Quod bene procedit in ſummarijs.*
9 *Interrogare poteſt non tantum ad declarandum dubia cauſæ, ſed etiam ad fundandum intentionem.*
10 *Etiam ſi interrogatio delictum concernat.*
11 *Pars autem reſpondere non tenetur, niſi aduerſarius qui inſtat, prius ipſe iuret.*
12 *An interrogare poſsit ſuper his, quæ non continentur in Actis, ſed dicta ſunt ſibi in aures ſecretò.*
13 *Reſponſio non eſt danda ſuper his quæ conſiſtunt in animo reſponſuri, vbi per aliqua extrinſeca non appareant.*

De iuramento principalium, reſpondentium præparatorijs, & ad Iudicis interrogationes. Artic. III.

1 AGENDVM eſt modo de interrogationibus lite pendẽte, vel ex officio, vel ad partis inſtantiam à Iudice faciendis, in quibus conſtituenda eſt Regula, quod † vbicunque æquitas Iudicem mouerit, partes interrogare poſsit, & cogere ad reſpondendum, l. vbicunque, ff. de inter. actio.

2 Intellige † primum ſi interrogationes principale negotium cõcernentes diſpoſitiuè, & per modum poſitionũ, & in ſcriptis dentur, aliàs eis non eſſe reſpondendum, placuit Rotæ, Deciſ. 3. de ſequeſt. poſſ. in nou. & Deciſ. 17. de teſti. in antiq. Maran. in Speculo, par. 6. memb. 7. num. 6. Bertrand. conſ. 217. nu. 4. lib. 2. in antiq.

3 Succeſſerunt † enim poſitiones loco interrogationum à Iudice faciendarum. Neuiz. conſ. 5. num. 7. Ratio eſt: quia ſi interrogatiuè

4 dentur, iudicium claudicaret, quoniam † interrogans non fatetur, & interrogatus ſuper interrogatis fundare ſe non poſſet. Rota, d. Deciſ. 3. nu. 1. Maran. vbi ſupra, nu. 6.

5 Hæcque procedunt † in interrogationibus merita cauſæ concernentibus, ſecùs eſt autem in præparatorijs, quibus etiam diſpoſitiuè non conceptis eſt reſpondendum, Rota vbi ſupra, Paul. in l. iudices, num. 7. C. de iudic.

6 An autem † huiuſmodi interrogationes præparatoria iudicij cõcernentes, fieri valeant poſt litis conteſtationem, vide Capell. Tholoſ. Deciſ. 162. & ibi bonam additionem. Maran. vbi ſupra, memb. 6. numero 3.

7 Poteſt † autem iudex ex officio interrogare, etiam poſt concluſum in cauſa, Iaſ. in l. admonendi, num. 62. verſ. ſecundo infero, de iureiuran. Alex. in l. 1. §. hoc autem iudicium. nu. 17. & ſeq. de dam. infec. vide Menoch. latè de hoc agentem de arbitr. quæſt. lib. 2. Cẽtur. 1. Caſu 51. num. 18. 32. & 38. Speculat. de poſit. lib. 2. §. quarto quæritur, num. 3. de communi, Pet. lib. 2. c. 4. num. 26. in Pract. Capitol. Menoch. tamen q. 62. in fine, de præſumpt. lib. 1. teſtatur de magis communi in contrarium.

8 Primum † inconcuſsè procedit in ſummarijs. Felin. in cap. cum Ioannes, num. 11. verſ. iſta intelliguntur, de fide inſtrum. Pet. vbi ſupra, num. 27. Maran. in 9ª diſtinct. iudic. nume. 30. Pedemon. Deciſ. 1. num. 10.

9 Interrogareque † poteſt non tantum ad declarandũ dubia cauſæ, ſed etiam ad fundandam intentionẽ. Iaſ. in l. admonendi, nu. 63.

vide Neuiz.cõſ.5.num.7.25.28. & 73. Rot.deciſ.3.in princ. de ſeq. poſſ.in nou. Iaſ.in l.iudices,num.6.C.de iudic.latè Menoch. de arbit.quæſt.d. Caſu 51.num.9.& ſeq. Felin.in d.c.cum Ioannes,num. 11.& 12.de fid.inſtr. Maran. in d.9.diſtinct. iudic.num.28. & ſeq. Ruin.conſ.30.in princ.lib.4. Gram.conſil.ciuil.41.num. 10.& 11. Bellon. conſ. 59. num.6. & 7. Permittitur enim iudici interrogare ſuper negocio principali.Paul.in d.l.iudices,nu.6.C.de iudic.quod ad inſtantiam partis,non permittitur. Paul.ibid.vt etiam Iaſ. nu. 6.

10 Et quod magis refert, † compellere poteſt, etiamſi interrogatio reſpiciat delictum,ſi id faciat ex officio.Pedemon.Deciſ.66.nu.11. vide Maran.adducentẽ aliqua cõtraria, in d.7. mẽb.6.p.n.7.& ſeq.

11 Reſponſurus † autem iurare non tenetur, niſi etiam pars inſtans pro interrogatione,iurauerit.Rota,d.Deciſ.3.num.1. in fine,de ſequeſt.poſſeſſ.in nou.

12 An autem † Iudex cogere poſſit ad reſpondendum his,quæ deſcripta non reperiuntur in Actis,ſed ei ad aurem dicta ſunt? & cõcluditur,poſſe,ſi ei ita faciendum ex æquitate videbitur. Specul.de poſition.lib.7.§.ſeptimo videndum,num.9.

13 Reſpõdere † autem Reus non cõpellitur his,quæ in eius animo conſiſtunt,nullo extrinſeco facto declaratis.Maran.vbi ſup.nu.14.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes iurare debent de veritate dicenda.*
2 *Quid ſi de iuramento non appareat niſi quod Notarius ſcripſit, talis teſtis citatus,& iuratus,depoſuit vt infra,an ſufficiat?*
3 *Quid ſi Notarius ſcripſerit teſtis iuratus tactis ſcripturis,&c.*
4 *Iuramentum teſtium, an poſſit à parte remitti?*
5 *An ſufficiat teſtes in termino iuraſſe,vt poßint poſtea examinari?*
6 *Quid ſi poſt iuramentum conditio teſtium fuerit mutata?*
7 *Quid ſi præfixus ſit terminus ad probandum, & probatum habendum quicquid voluerit, an tunc ſufficiat teſtes in termino iuraſſe?*
8 *Teſtis iurare debet de veritate dicenda pro vtraque parte.*
9 *Si teſtis variet,an attendatur primum,vel ſecundum eius dictum?*

De iuramento teſtium. Artic. IIII.

1 ET teſtibus † in iudicio deponentibus deferendum eſt iuſiurandum de veritate dicenda,aliàs non probant, l.iuſiurandi,C.de teſtibus.

2 Quid autem † ſi non liqueret ex Actis teſtes iuraſſe, eiſque delatam fuiſſe Sacramentum,ſed dumtaxat Notarius in exami

nis

nis initio, vt moris eſt dicat, Ioannes teſtis pro parte Octauij inductus, citatus, & iuratus, depoſuit vt infra; an ex his verbis iuramentum probetur? & quamuis multi contradixerint, Rota pluries canonizauit ſententiam negatiuam, vt patet ex lib. diuerſorum in Deciſ. 227. cuius eſt initium, die 20. Iunij in manuſcriptis. Caputaq. Deciſ. 295. par. 3. in impreſs.

3 Quid autem † ſi Notarius dixerit, teſtis iuratus tactis ſcripturis, &c. tunc in contrariam opinionem itum eſt, vt per Caputaq. in Deciſ. 123. par. 2. in impreſs. vide Marſil. in l. 1. §. Si quis dicatur, nu. 6. de quæſt. Bald. in Authen. ſi quis in aliquo, num. 9. C. de eden. Iaſ. in l. ſciendum, num. 12. de verb. oblig. Couar. lib. 2. variar. reſolut. c. 13. nume. 2. Villalo. inter communes, ſuper ver. teſtis, nume. 103. Caputaq. deciſ. 246. par. 2. in impreſſ. Deciſ. 209. quę incipit: Cõſuetudo, vt teſtibus, lib. 1. in manuſcriptis. Peregr. deciſ. 2. lib. 3. in manuſcriptis.

4 Quamuis † autem in depoſitionibus teſtium iuramentum prorſus ſit neceſſarium, d. l. iuſiurandi, C. de teſtib. poteſt nihilominus à parte remitti, vt expreſsè cauetur in c. tuis, de teſtib.

5 Nunquid † autem teſtes in terminis parte citata iuraſſe ſufficiat, ita quod poſsint poſtea quandocunque lapſo termino examinari? & cum ab inducente facta ſit aliqua diligentia, vt examinarentur in termino, non eſt dubium, quòd examinari poſtea poſsint parte non amplius vocata. Rota Deciſ. 3. de teſt. & Deciſ. 3. vbi latius, de probationibus, in nou. Abb. in c. cum cauſam, num. 20. verſ. dicunt enim, & verſ. ego crederem, vbi Felin. num. 23. verſ. modo aduerte, de probat. & ibid. Bero. num. 79. Rota Deciſ. 27. eo. tit. in antiq. Calder. conſ. 1. de teſtib. Guid. Papæ, Deciſ. 125.

6 Aduertendum eſt autem, quòd † ſi conditio teſtis eſſet mutata, vtpote de amico factus inimicus, ſecùs eſſet. Ruin. conſil. 188. num. 55. lib. 1.

7 Quid † ſi præfixus eſſet terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, vt plerumque fieri ſolet, tunc ſatis non eſſet teſtes in termino iuraſſe, niſi etiam fuerint examinati. Gemin. in c. 1. §. 2. num. 2. de exceptionibus in 6. Felin. in c. licet cauſam, num. 22. & ſequen. de teſtib. vide Boer. Deciſ. 204. num. 19. & ſeq.

8 Teſtiſque † dum iurat, licet ab altera parte inductus, iurare debet ſe depoſiturum veritatem pro vtraque parte, Caputaq. Deciſ. 419. incip. Coram Rubeo, prope fin. lib. 1. in manuſcriptis. Rolan. conſ. 40. num. 3. lib. 1.

9 Quid † ſi teſtis iuratus in ſuis dictis variauerit, an primum magis quàm ſecundum dictum veniat attendendum? Et omiſſa diſputatione Dec. poſt alios plures, in conſ. 429. num. 17. firmat ſecundum

communem ſententiam ſtandum fore poſteriori, quod intellige iuxta diſtinctionem Couarr.in lib.2.variar.reſol.c.13. num.8.verſ. cæterum ſi teſtis, vbi egregiè de materia differit, & nume.ſeq. vide Doctores, Pariſ.conſ.104.num.158.lib.1.Alc.in prçſumpt.29.in fi. in ſecunda Reg.Roland.conſ.40. nu.131. lib.1. & omnino Socin. iun.in conſ.41.num.15.lib.2. vbi vult teſtem reijci nulliq; eius dicto fore ſtandum, qui in margine citantur de materia diſputanda, quos referre non eſt viſum, quia non tangunt principalem articulum de quo tractamus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum deciſiuum propriè dicitur iuramētum iudiciale: & in practica ſe paſſim offert, vt nu.4.*
2 *Prout licet Actori non deferre, ita Reo non iurare, ſed referre.*
3 *Sed ſi à Iudice deferatur eſt neceſſarium.*
5 *Manifeſtæ turpitudinis eſt nolle iurare, nec referre tàm Actori, quàm Reo.*
6 *Quæ perſonæ deferre non poßint.*
7 *Quibus deferri non poßit.*
8 *Vbi incompetens actio ſit intentata, non eſt locus huic iuramento.*
9 *Nec cum is cui defertur non eſt informatus, vel probabiliter dubitat.*
10 *Quid iuris vbi referri non poßit, quia deferens non eſt informatus?*
11 *Nec eſt locus vbi Parti cui defertur, competit exceptio excluſiua proceſſus.*
12 *Nec in caſu vbi aperiretur via ad periurium detegendum, & numero 13.*
14 *Nec vbi ex iuramento fieret deterior conditio iurantis, & ibi habes exemplum.*
15 *Nec vbi præiudicaretur habenti Authorem de euictione obligatum, & num.ſeq.*
17 *Vbi verò liqueret de bono iure Actoris, & malo iure Authoris, poßet agnoſci bona fides.*
18 *Fallit quando Actor ſuſcepißet in ſe onus probandi, & nil probaßet.*
19 *Fallit etiam ſi fiat partitum ante oblatam petitionem.*
20 *Et vbi partitum ſit captioſum, vbi habes exemplum & cautelam, & num.ſeqq.*
24 *Pars alterare nequit legis diſpoſitionem.*
25 *An ſit locus partito, quando Actor nil prorſus probauit?*
26 *Quid ſi Reus nolit iurare, nec referre, offerens ſe velle probare per teſtes, an ſit audiendus?*
27 *Nec ei eſt locus in caſu, in quo apertißimæ probationes requiruntur.*

An

28 *An partitum reuocari poſſit antequam ſit iuratum, & an per Procuratore, num. 29. & 30.*
31 *Deferens cogi poteſt, vt prius iuret de calumnia.*
32 *Nec eſt locus, cùm is, cui defertur, iam ſuas probationes feciſſet; declaratur, & nu. ſeq.*
34 *Nec in omni caſu quo ad poſitiones id continentes reſpondere non teneretur.*
35 *Quid ſi lapſum ſit tantum tempus, vt iam obliuio præſumatur, an ſit cogendus ad iurandum; & quid ſi Reus dicat ſe non recordari.*
36 *Quid ſi fiat partitum inter Chriſtianum & Hebræum.*
37 *Partitum à parte delatum recuſari poteſt, niſi Iudex mandet eſſe iurandum.*
38 *An ei ſit locus in actionibus famoſis.*
39 *An ei ſit locus in cauſis criminalibus.*
40 *Si ſuper forma partiti oriatur contentio, Iudicis eſt declarare.*
41 *A ſententia lata vigore partiti non datur appellatio. Sed vide ibid. limitationem, quibus nimirum caſibus dari poſſit.*
42 *Admittitur tamen vbi Iudex referre recuſaret.*
43 *Poſt præſtitum iuramentum non eſt de eius iuſtitia quærendum.*
44 *Prætextu periurij cauſa iuramento iam deciſa non retractatur.*
45 *Nec fiſcus venit audiendus, & n. 46. Niſi de periurio ex propria iurantis confeſsione liqueret, nu. 47.*
48 *Et vbi tractaretur de periculo per partes non recuſabili, ibi vide.*
49 *Vbi delatum eſſet ſuper dependentibus à teſtamento, illo non viſo.*
50 *Quid ſi Princeps cauſam committat poſt cauſam vel litem iuramento deciſam?*
51 *Priuilegium periurij non detegendi, procedit tantum in iuramento deciſiuo.*
52 *An oblato iuramento ſit incontinenti iurandum, vel dandus terminus ad deliberandum.*
53 *An huiuſmodi iuramentum habeat paratam exequutionem.*

De iuramento litis deciſiuo. Artic. V.

1 VOluntaria † eſt hæc iuriſiurandi ſpecies, qua pars alteri defert iuramentum, quod vulgò litis deciſiuum nuncupatur, proprieq; dicitur iuſiurandum iudiciale, retinẽs nomen ſui generis, vt inquit Abb. in cap. fin. col. prima, verſ. Aliud quoque defertur à parte, de iureiur.

2 Poſſet † enim deferens eligere viam probatoriam, & non deferre, prout licet Reo nolle iurare, & iuſiurandum referre deferenti, l. manifeſtè, de iureiur.

At

3 At ſi † iuſiurandum huiuſmodi à Iudice deferatur, tunc erit neceſſarium. Iaſ. in l. admonendi, num. 43. in ſecunda lectura, verſ. ex iſtis ergo, eod. tit.

4 Et quia † iuſiurandum huiuſmodi deciſiuum paſsim ſe offert in practica, notabilesque ſuper eo difficultates excitari ſolent, non ab re eſt, eius materiam latius explanare.

5 Manifeſtæ † turpitudinis & confeſsionis eſt, nolle iurare, neque referre iuramentum; verba ſunt Pauli Iuriſconſulti, in l. manifeſtè, de iureiurãdo, quæ lex habet locum tàm in Actore, quàm in Reo, vt adnotarunt omnes ſcribentes ſuper ea; proinde quærimus, an facto partito litis deciſiuo, hoc enim vocabulo frequenter vtemur, quo litigantes in iudicijs paſsim nuncupare conſueuerant, altera pars cui defertur, ſemper ſuper eo iurare, aut deferenti referre teneatur? & ex diſpoſitione huius legis ſtatuitur Regula affirmatiua, quæ tamẽ multas recipit limitationes, prout ibid. Doctores præſertim Bart. Ang. & Iaſ. proſequuntur, pluribuſq; alijs in locis proximè referendis.

6 Limita † primo ex perſonæ deferentis defectu, ſi talis ſit cui interdicta eſt facultas deferendi, quales ſunt prodigus, furioſus, & ſimiles, l. tutor, §. prodigus, de iureiur. Purpurat. in l. manifeſtæ, nume. 16. de iureiur.

7 Limita † ſecundo ex perſona eius cui defertur, ſi eius conditionis ſit, vt iurare non teneatur, veluti procurator, & defenſor, qui cõpellendi non ſunt, l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. pupillo, ibid. tutor autem iurare cogitur. Iaſ. in l. videamus, nu. 15. de in lit. iuran. Purpurat. in d. l. manifeſtæ, nu. 16. verſ. quarta cauſa.

8 Limita † tertio ſi incompetens actio deducta ſit in iudicio, quia tunc conuentus iurare non tenetur, l. ſi patronus libertam, eod. tit. ſiquidem, vbi materia deducta in iudicio talis eſt, ſuper qua Reus non poteſt conueniri, nec ſuper ea cogetur iurare, Abb. in cap. fin. num. 5. de iureiur.

9 Limita † quarto, quando is, cui defertur, non eſt de eo facto informatus, Iaſ. in d. l. manifeſtæ, num. 3. prope finem, in verſ. iſtam legem, Natta, conſ. 35. num. 1. lib. 1. Aymo, conſ. 157. nũ. 17. Roland. conſ. 52. num. 8. lib. 1. Abb. in c. fin. num. 5. de iureiur. Curtius iun. in l. admonendi, num. 69. eod. ti. Granut. Theorema. 10. num. 24. & ſeq. Crot. conſil. 85. nume. 25. lib. 1. vide infra, in artic. 6. in 30. Limitat. num. 57. Vt puta quia non interfuit facto, ſed ſcit ex fama. Alex. conſ. 71. nu. 13. lib. 3. Tyber. Decian. conſ. 20. nu. 31. lib. 1.

Vel de ipſius facti veritate probabiliter dubitaret, cum non cõcernat factum proprium, Iaſ. vbi ſupra, & Natta, d. conſ. 35. num. 4. Bald. in c. fin. nu. 6. de iureiur. Purpurat. in l. manifeſtæ, nu. 24. de iureiur. Aymo, conſi. 157. in fi.

Quæ-

10 Quæritur † autem quid iuris ſit, vbi Actori iuramentum referri non poſſet, vti non informato, ſi Actor inſtet, vt iuret Reus, qui eſt informatus, an is recuſare valeat? pro negatiua vide relatos per Granut. Theorema. 10. nu. 26.

11 Limita quinto, quando † ei cui defertur competeret exceptio excluſiua proceſſus, l. tutor, §. fi. de iureiur. Potes exemplificare etiã in Reo, qui excipit de præſcriptione: cum enim exceptio præſcriptionis proceſſum & ipſum litis ingreſſum impediat, Balb. de præſcript. in 1. par. princ. quæſt. 9. in princ. ſi Actor ad probandum creditum faceret partitum huiuſmodi deciſiuum, liceret Reo recuſare, per d. §. fin. arguendo à fortiori, quoniam ſi vbi competit exceptio excluſiua proceſſus temporaliter tantum, prout ibi, licitè iuſiurandum recuſatur, multo magis quando exceptio perpetuò excludit, vt facit exceptio præſcriptionis.

12 Limita ſexto, ſi eſſemus † in caſu, quo mediante poſſet aperiri via ad periurium detegendum, vtpote, ſi quis conueniatur ad rem emptam à duobus, vel uocetur ad iudicium, vt ſeruus Lucæ, & Mathęus etiam ſe Dominum prætendat, quoniam ad alterius inſtantiam non eſt iurare cogendus, cum poſſet alter oppoſitum probare, & periurium detegere, vt declarat Ang. in l. iuſiurandum, §. procurator, num. 3. vbi Iaſ. nu. 6. de iureiur. Hoc eſt enim priuilegium cauſæ hoc iudiciali iuramento deciſæ, vt nullo amplius modo de ea quæri poſſit, nè periurium detegatur, vt paulò inferius latius deducetur.

13 Licitè † namque recuſari poteſt iuramentum ob timorem ne periurium detegatur. Pedemont. Deciſ. 11. num. 3. vide inf. nu. 40. Purpurat. in l. manifeſtæ, nu. 26. de iureiur.

14 Limita ſeptimo, † vbi deterior fieret conditio iurantis, exemplum in eo qui proponit actionem, quæ inficiatione creſcit, nam ſi iurare cogatur, illud augmentum amitteret, ad l. eum qui, de iureiur. Purpurat. in l. manifeſtæ, nu. 29. verſ. decima cauſa, eo. tit.

15 Limita octauo, † ſi quis præiudicium ſibi iureiurando pararet, veluti in emptore, qui litem ſuſtinere tenetur, ne amittat actionẽ euictionis, quam perderet, ſi cauſæ iacturam faceret ex ſuo iuramẽto, Bart. in d. l. manifeſtæ, num. 6. & in l. at qui natura, §. 1. nu. 5. ff. de negot. geſt. Corn. conſi. 50. in fine, lib. 2. Purpurat. in d. l. manifeſtę, nu. 31. ſup. in hacmet parte 2. art. 2. in 13. Limitat.

Sicuti videmus eandem ob cauſam, etiamſi iniuſtam, litem defendat & ſuccumbat, non condemnari, immò excuſari ab expen-
16 ſis, quia † litigare tenetur, & cauſam defendere, cum aliàs liberaret Authorem de euictione obligatum. Cephal. conſi. 16. num. 12.
17 & ſeq. lib. 1. Cæterum, † ſi notoriè liqueret de non iure Authoris, & bono iure aduerſarij, emptor conuentus eo caſu bonum ius par

tis,

tis, bonamq; fidem agnoſcere poſſet, & cauſam tunc amittens ex ſua confeſsione, non liberaſſet Authorem de euictione obnoxiũ, Achill. deciſione prima, de euictione. Afflict. Deciſ. 49. num. 3. Rimin. conſ. 205. nu. 15. lib. 2.

18 Nono limita, † quando actor in ſe ſumpſiſſet onus probandi, & in termino nil probaſſet, vt poſt Decium & Socinum, quos refert adnotauit Natta, in conſi. 35. num. 3. lib. 1. quamuis non deſint cõtradictores, de quibus Granut. Theorema. 10. nume. 13. quem uideas, necnon Boeriũ in Deciſ. 95. & põdera diſtinctionem Salic. in l. ſi quis iuſiurandum, in fi. C. de reb. credit. quem ſequitur Tiber. Decian. in conſ. 61. nu. 7. lib. 3. Viu. Opinio. 430.

19 Decimo limita, † ſi Actor ante oblatam petitionem faceret partitum, quoniam poſſet Reus excipere, vt prius petitiones exhibeat in Actis, Iaſ. in d. l. manifeſtæ, nu. 7. verſ. quarta decima. Addition. ad Abb. in cap. fin. col. 3. ſuper verbo, & idem, de iureiur. cui alludit, quod quando huiuſmodi partitum fit extra iudicium, licitè recuſatur. Henric. Boic. in eod. cap. fin. in prin. quod ſi is cui defertur non recuſet, licèt videatur, quòd ante motam litem iuramentum non uideatur deciſiuum, ſufficit tamen prȩſtari ſuper eo, de quo lis timetur, Iaſ. in l. 2. nu. 16. de iureiur.

20 Vndecimo † limita ex modo & qualitate delati iuramenti, nam ſi captioſè proponatur, vel à Iudice reformanda erit formula delationis, vt infra deducemus, nume. 23. & 40. vel erit admittenda reſponſio conditionalis & qualificata, ad Bald. in l. 1. C. de ȩdilit. act. nu. 2. cum alijs infra deducendis. Et quoniam ſæpiſsimè ſuper his oritur contentio in Iudicijs, expedit articulum iſtum latius explicare, congeſtaque à Doctoribus exempla, & quȩ in practica uidimus diſcuſſa, referre.

Cæſar mutuauit Octauio ſcuta mille, quæ Octauius abſque teſtibus ſe amicabiliter reſtituiſſe dicit, ortaque poſtmodum diſſenſione, Cæſar petijt ſibi mutuum reſtitui, negauit Octauius ſe teneri, Actor fecit partitum, quod voluit eſſe litis deciſiuum, ponens, quod de menſe Ianuarij mutuauit aureos mille, ſuper quo petit Octauium cogi ad iurandum, vel ad referendum iuramentum.

Si Reus ſimpliciter iuraret, negando mutuum, iuxta multorum ſententiam peieraret, ſi dixiſſet habuiſſe, ſed reſtituiſſe, ſibi non eſt conſultum, quoniam iuſiurandum huiuſmodi iudiciale non releuat, niſi quatenus à parte delatum, l. 3. in fi. de iureiur.

21 Proinde † hæc reſponſio probaret contra eum, quòd pecunias habuerit, nec releuaret in ea parte qua aſſerit reſtituiſſe, quoniam ſuper reſtitutione non eſt delatum iuramentum. Iaſ. in d. l. manifeſtæ, nu. 7. verſ. item adde, & num. 8. verſ. ego teneo. vide Boer. Deciſ. 339. num. 3. & ſeq.

Quo

22 Quo igitur † pacto conſulendum eſt Octauio, nè ex ſuo iuramẽto damnum incurrat? Plures traduntur à Doctoribus reſpondendi formulæ. Primò, vt iuret ſi quid ſibi mutuatum fuit, reſtituiſſe. Secundò nil ſibi fuiſſe mutuatum ex quo ſit debitor; ambas recenſet Iaſ. in d.l. manifeſtæ, nume.7. Sylua Nuptia. in verſ. monitoriæ, nume.53. Maran. in ſua praxi, in 6. par. princ. in quinto actu iudic. num.28. Boer. deciſ.339. Ripa, in l. hæredes, num.31. de vulg. & pupilla. Couar. lib.1. var. reſol. c.2. num.3. Grauat. ad Veſtr. de poſitio. c.14. nu.14. vide Alciat. in l.1. §. ſi quis ſimpliciter, num.74. de verb. obligat. Purpur. in d.l. manifeſtæ, nume.34. & ſeq. de iureiur. Cepol. caut. 136.

Tertiam reſponſionem ex mente plurium, quos citat, poſuit Couar. in lib.1. variar. reſolut. c.2. nume.3. vt ſcilicet reſponderi poſsit negando contenta in partito eſſe vera, eo modo quo continentur, adducens rationem, quod licitè id fieri poſsit, cùm Actor maligna intentione ponat tantum de mutuo quod in Iudicio repetens exigere intendit, & ideo litem proſequitur, & cum ſtante reſtitutione non ſit amplius mutuum, & nulla competat actio, quæ extincta fuit ob ſolutionẽ, §.1. Inſtit. quibus modis tollit. oblig. ideo inquit tuta conſcientia poſſe negari; tutius tamen arbitramur, ſi reſpon-
23 ſio ſub his verbis concipiatur; Iurauit † contenta in partito ad finem & effectum pro quo ponuntur, non eſſe vera, & nil amplius ex ea cauſa deberi.

Cæterum Alciatus in ſimilibus terminis, in l.1. §. ſi quis ſimpliciter, nume.74. de verb. obligat. conſulit eſſe reclamandum ad Iudicem, & hunc ad obuiandum calumnijs debere reformare petitionem, ibi vide. vide Aſinium idem comprobare in ſua praxi Iudiciar. §.19. cap.21.

Nos priores reſpondendi formulas in praxi obſeruauimus, & ſeruari vidimus, & potiſsimum ad id reſpeximus, vt ad fugiendas omnes diſputandi occaſiones, reſponſio concipiatur vnica conſtructione verborum, quæ diuidi non poſsit: minus quàm dicis, quod contineat diuerſa capitula, & ideo non poſsit in parte acceptari.

Conſonant ad hæc quàmplura quæ deduximus in noſtro tractatu de Confeſsione, cap.1. num.19. & pluribus ſeq. quę ibi videri poterunt, ne eadem repetantur qui tractatus altiſsimo concedente quanto citius imprimetur.

Quartam etiam formam vidimus ſub huiuſmodi ſpecie; orta eſt lis inter duos Illuſtriſs. Dominos quos honoris cauſa non nominamus, Actor petijt ſcuta ducenta pro reſiduo, ſcuta mille, & quingenta gratis mutuatorum, de quibus legitimè conſtabat. Reus excepit de ſolutione, aſſerens ſemel ſcuta mille in pecunia numerata reſtituiſſe; Rurſus rubia grani quinquaginta ad rationem ſcutorum

rum

rum ſex pro rubio conſignaſſe, & tandem duas equas pro trahenda Rheda, valoris ſcutorum ducentorum tranſmiſiſſe, & ab Autore habitas fuiſſe, ex quibus integra ſumma mutuata fuerat ſatisfacta, Actor reliquis acceptatis, tertiam tantum partitam negabat, dicens extra iudicium, quod verè equas receperat ab Aduerſaio donationis titulo tranſmiſſas, non autem in extinctionem debiti, contendens Reus illas tradidiſſe in ſatisfactionem reſidui, non autem donaſſe, fecit partitum Actori, quod voluit eſſe litis deciſiuum, in quo poſuit ſupraſcriptas tres partitas ſolutas in ſatisfactionem præfati mutui, petens ab Actore ſuper eo iurari, vel iuſiurandum referri.

Noſtra fuerat ſententia, quod Actor ita breuiter reſponderet, ſe nullas equas habuiſſe ad computum, vel extinctionem pecuniarum mutuatarum, de quibus agitur, cætera verò in partito contenta eſſe vera; Alter cauſæ compatronus, & cum cliente familiarior, voluit me reclamante ita concipi reſponſionem, præmiſſa proteſtatione, quòd reſponſio infraſcripta ad partitum partis aduerſæ nullo modo diuidi poſsit, neque valeat in parte acceptari, & in parte refelli, ſed quòd tota debeat prout iacet approbari, vel prorſus recuſari, cum intentionis ſuæ non ſit aliter reſpondere, quàm tota ſimul coniuncta reſponſio cantat; & voluit quatenus integra prout iacet reſponſio non acceptetur, vultq; eam haberi pro non facta, irrita, & nullius momenti, & ſub hac expreſſa conditione reſpondens, & non aliàs, aliter, nec alio modo, dixit primas partitas concernentes pecuniam & granum ſimpliciter, vt iacent, eſſe veras: equas autem tertio loco poſitas recepiſſe fatetur, ſed quod aduerſarius donationis titulo tranſmiſit, non autem ad computum, vel extinctionem debiti, & ita medio iuramento aſſeruit.

Reus prætendebat huiuſmodi reſponſionem non eſſe admittēdam, quoniam detulerat iuramentum ſimpliciter, ſuper conſignatione equarum, non autem ſuper donatione, & cauſa, non aliter deciſa, mediantibus amicis lis compoſita fuit.

Quærimus, an præmiſſa reſponſionis formula ſit admittenda, & an admiſſa releuet ſic reſpondentem?

Ad primum, credimus non eſſe admittendam, quoniam habemus leges claras, ſtatuentes eo modo fore iurandum, quod iuſiurandum defertur, l.3.§. iurari, de iureiur. vbi dicitur ad literam, ita iurari oportet, vt delatum eſt iuramentum; cui alludit textus in l. qui per ſalutem, ibid. vbi formaliter dicitur: attamen, ſi non ità ſpecialiter delatum eſt iuramentum, iuraſſe non videtur. Iaſ. adnotauit in d.l. manifeſtæ, num.8.

24 Non enim † eſt in partis poteſtate alterare legis diſpoſitionem, ad l. nemo poteſt, de leg.2. Vt vult in ſimili Bellon. in conſil.74.

nu.

nu.24. Bene verum eſt, quod cũ ea reſpõſio ſit ita præciſa & conditionalis, quod Aduerſario illam non acceptante, prout iacet, habetur pro non facta, Cùm conditio nihil ponat in eſſe, l.ſi quis ſub cõditione, ff.ſi quis omiſ.cauſa teſtam.l.cædere diem, verſ.vbi ſub cõditione, de verb.ſignif. vide Boer.in Deciſ.243.num.11. verſ.vnde aliam. Proinde monendus eſſet is qui reſpondit, ad melius reſpondendum, eoque recuſante aliter reſpondere, poſſet decernere Iudex, quod referendum ſit Iuramentum: quia cum non iurauerit, vt propoſitum eſt iuſiurandum, iuraſſe non videtur, vt habetur in prę citata l.qui per ſalutem.

25 Duodecimò limita, † Reum non eſſe cogendum, vt reſpondeat partito, quando Actor nil probaſſet, tunc enim Actore non probante, Reus eſt abſoluendus. Abb.in c.fi.num.6. vbi Henric. Boic. num.2.verſ.in tertio, de iureiur.ſed huiuſmodi limitatio communiter impugnatur. Iaſ.in l.admonendi, nume.71.& 73.in fine, eodem tit.idem in l.manifeſtæ, num.5.vbi latè. Addit.ad Abb. in c.fin.col. 2. ſuper ver.nil probauit. Aymo, conſ.287.num.4. vide tamen Pedemon. Deciſ.97.num.9.& 10.vbi contrarium firmat, & Purpurat. in d.l. manifeſtæ, num.7. vbi de Communi. eum omnino vide, & numero 11.

An autem ſaltem requiratur, vt Actor, qui vult deferre iuramẽtum, habeat pro ſe iuris præſumptionem? varię fuerunt Doctorum ſententiæ, quas refert Granut. ſatis eleganter, in Theoremate 10. per totum, vbi ſatis amplè materiam proſequitur, ideo ad ibi notata te remitto.

26 Decimotertiò limita, † quando Reus iurare nollet, nec referre iuramentum, offerens ſe velle probare per teſtes, quoniam audiendus eſſet. Iaſ.in d.l.manifeſtæ, num.3.verſ.tertio quæro, & in §.item ſi quis, il 2. num. 86. Inſtitut. de action. vide Pedemont. Deciſ. 11. num.2.& Boer. Deciſ.95. num.1.& ſequen. Purpurat.in dict.l.manifeſtæ.nu.13.

27 Decimoquartò, † ſi eſſemus in caſu, in quo Lex aut Statutum requireret apertiſsimas, & maximè liquidas probationes, Iaſ.in l.admonendi, in 1.Lectura, nu.106. de iureiuran.idem in 2.num. 282. Crauet. inter conſ. Matrimo. conſil. 262. nume. 20. Decius conſ. 452.nume.2.

28 Decimoquintò, † ſi faciens partitum illud reuocauit antequam pars acceptaret, quòd dicere ſolet Ang.in d.l.manifeſtæ, nu.2. Granut.Theorem.10.num.17.Boer.deciſ.243.num.2.Caroc.de iur.deciſ.in 3.q.7.q. princip. immò inquit videri fore locum reuocationi

29 etiã poſt † acceptationem, ante tamen quam iuretur, dummodò iuſta cauſa ſuperuenerit. vide Boer.in Deciſ.339.num. 1. & 2. & Deciſ.243.num.2.Pedemont. Deciſ.8.num.4. Granut.d. Theorem.10. num.17.

num. 17.& ſeq.Seraphi.de priuil. iuram. in priuil.38. num. 3. Vide Caroc.de iuram.deciſ.in 10.quæſt.principali.

30 An † aũt procurator generalis reuocare poſſit iuramenti delationem à principali factam,ponitur in d.Deciſ.Pedemon.8.num.9.Seraphin.d.priuilegio 38.num.2.Notabis autem,quòd reuocanti huiuſmodi delationem in caſu prædicto, non licet amplius redire ad faciendum huiuſmodi partitum.Pedemon.Deciſ.97.num.11. Purpurat.in d.l. manifeſtæ, nume. 43. verſ. decimaſexta. Granut.dict. Theoremate 10.num.18.

31 Decimoſextò, † vbi opponatur ex aduerſo vt deferens prius ipſe iuret de calumnia,ſi recuſaret, nec pars cogenda foret acceptare partitum, ad l. iuſiurandum, in fine,de iureiur. Iaſ.in l.manifeſtæ, num.7.parum ante,verſ.Vndecima cauſa,Boer. d.deciſ.339. num. 1.& deciſ.243.num.1.Granut.Theorem. 10.num.10. Caroc.de iuram.deciſ.quæſt.13.principali.

32 Decimoſeptimò, † non eſt locus huic iuramento,quando is,cui defertur,plenè probaſſet ſuam intentionem, ad cap.ſeptimum, de probation.Iaſ.in d.l.manifeſtæ,num.7.verſ.tertiadecima, & in d.l. admonendi,num.7.in 1.Lect.latè Socin.in Regu.205.Pedemont. deciſ.10.nume.7.Neuiz.conſ.7.nume.8.Deciſ. Lucenſ.35.nume.3. par.1.Purpur.in d.l.manifeſtæ, num.41. Granut. Theorem.10.nu. 20.Vide notata ſupra in articulo 1. verſ. quid autem ſi pars, num. 43.& infra in articulo 8.in fine.

33 Quod † tamen ſanè intelligas procedere, quando fieret partitũ ad probandum id ſuper quo facta iam eſt probatio ab Actore, vel à Reo; vbi verò Actor plenè probaſſet creditum petitum, & Reus ſolutionem aut aliam releuantem exceptionem proponeret, tunc ſuper huiuſmodi exceptione probanda liceret Reo facere partitũ, & Aduerſarium compellere ad iurandum, vel referendum, quoniam vt præmiſimus,remedium d.l. manifeſtę, de quo tractamus, locum habet tam in Reo,quàm in Actore; Reus autem opus non habet auxilio d.legis,niſi poſtquam Actor ſuam intentionem probauit, cùm aliàs eo non probante,iuxta triuialem Regulã, veniat abſoluendus; Iccircò fruſtrà tunc recurreret ad hoc iuſiurandum deciſiuum.

Quid autem dicendum, ſi poſt factam Actoris probationem, Reus ad probandas exceptiones ſuas det poſitiones & Actor contendat non admitti,faciens partitum iſtis deciſiuum. Vide Caroc. de iuram.deciſ.in quæſt.2.

34 Decimooctauò, † vbicunque Aduerſarius non tenetur reſpondere poſitioni,ibi nec iurare cogitur,aut referre, ad Bald.in c. fin. num.7.de iureiur.Neuiz.conſ.7.num.8. vide ſup. in articulo 2. Limit.19.num.38.

Decimo-

35 Decimononò, † quæſtionis eſt, an lapſo tanto tempore, vt facti obliuio præſumatur, poſsit Reus cogi ad iurandum vel referendū? vide Granut. Theoremate 10. num. 22. vbi agit etiam de tempore quo obliuio præſumatur.

Vigeſimò dubitatur, quid iuris, ſi Reus dicat ſe non recordari; vide ibid. Granut. num. 23.

36 Qua † autem forma referendum ſit iuramentum, ſi Chriſtianus Hebręo, vel Hebręus Chriſticolæ deferat, docet Menoch. de arbit. quæſtion. lib. 2. Centur. 2. Caſu 189. num. 6.

37 Notabis † tamen in hac materia, quod iuramentum à parte delatum recuſari poteſt, niſi Iudex partito admiſſo decernat eſſe iurandum, aut referendum, Abb. in c. fin. num. 12. de iureiur.

38 Item quod † in actionibus famoſis non licet referre iuramentū, exemplificat Abb. ibid. in Reo conuento ſuper furto, cui Actor fecit partitum litis deciſiuum, is enim referre nequit, ex quo certus non eſt, an furatus fuerit, quod non ità ſcire poteſt damnum paſſus, & propterea Reus eſt cogendus præcisè ad iurandum; In caſibus autem, quibus Actor æquè ac Reus eſſe poteſt informatus, veluti, ſi Accuſator dicat ſe iniuria, aut verberibus offenſum, locus eſſet relationi etiam in actione famoſa, vt Abb. proſequitur ibid.

39 Quando autem † in caſu criminali ſit locus huic iuramento deciſiuo, diſcutere non curauimus, quoniam raro contingit in Praxi, & latè examinant Abbas, & alij, in d. cap. fin. de iureiuran. Granut. Theorem. 10. num. 27.

40 Si quid † autem contentionis emerſerit inter partes ſuper qualitate deferendi iuramenti, Iudicis arbitrio concipiendum erit, l. iuſiurandum, & ad pecunias, §. qui iuſiurandum, in fine, de iureiuran. Plot. in l. ſi quando, num. 754. C. vnde vi, Grauat. inter conſ. matrimon. conſ. 82. num. 19. Granut. Theorem. 10. nu. 24.

41 Et † à ſententia lata vigore huius iuramēti deciſiui, appellare nō licet, niſi his tantum caſibus, quibus iuſta de cauſa non erat locus iuramento. Abb. in d. c. fin. num. 11. vbi Imola, nume. 4. Plot. in l. ſi quando, num. 754. C. vnde vi, Grauat. inter cauſ. matrimo. conſ. 82. num. 19. Granut. Theorema. 10. nume. 24. Caroc. de iuram. deciſ. q. 47. Habet enim paratam exequutionem, Granut. dicto Theorema. 10. num. 31.

42 Cęterum, ſi † Iudex iuſiurandum referre recuſaret, appellatio cō cederetur. Abb. ibid. nu. 3. cum alijs proximè citatis in margine.

43 Et poſt † litem iuramento deciſam, non poteſt amplius quæri de eius veritate, nulloque modo licet aliqua via detegere periurium, l. non erit, §. dato, de iureiur. & notant Doctores, in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, vbi Paul. & latius Iaſ. nu. 6. & ſeq. eod. tit. Paul. in l. duobus Reis, nu. 4. & ibi. Boer. deciſ. 305. Granut. Theor. 3. nu. 18.

44 Et prætextu periurij cauſa iuramento deciſa, non retractatur, l. 1. vbi Doctor. C. de reb. credit. l. aduerſus, vbi Paul. de exception. l. quid ſi deferenti, ff. de dolo.

45 In tantum, quod † nec fiſcus audiretur, volens docere de periurio. Boerius d. Deciſ. 305. per totam. Periurus enim tali caſu ſolum Deum habet vltorem, l. 2. C. de reb. credit. Aretin. in §. item ſi quis, il 2. num. 7. verſ. poteſt intelligi, Inſtit. de action. l. 2. vbi Bart. & alij, ff. de crimin. ſtellion. Granut. Theorema. 3. num. 18. vide Alphan. in ſuis Collectaneis, num. 946. Contrarium tenet Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 127. C. de tranſaction. quem videre poteris. & Caroc. de iuram. deciſ. in 2. quæſt. 9. quæſt. princip. num. 5. & ſeq. vbi latius examinat.

46 Cęterum de iure † Canonico ſunt qui faciunt aliquam differentiam; vide Gomeſ. in §. ſi quis poſtulante, num. 7. Inſtitut. de action.

47 Boer. d. Deciſ. 305. num. 2. † Fallit autem prædicta Concluſio, vbi de periurio liqueret ex propria confeſsione iurantis, Iaſ. latè, in d. l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, il 2. nu. 7. & ſeq. Boer. d. Deciſ. 305. in fine, Granut. d. Theorem. 3. num. 19.

48 Retractari etiam † poſſet vbi animæ periculum verſaretur conſenſu partium non remiſsibile, vtpote de matrimonio. Abb. in c. fi. num. 8. de iureiur.

49 Fallit etiam † ſecundum Abb. ibid. num. 5. vbi non viſo teſtamẽto, delatum iuramentum fuiſſet ſuper veritate legati, & poſt illius præſtationem teſtamentum antea non repertum, inuentum eſſet, ex quo appareret de contrario, quoniam in huiuſmodi caſu iuramentum retractari poſſet; Et ea eſt ratio: quia iuramentum habet vim tranſactionis, quæ non valet niſi viſis cognitiſque verbis teſtamenti, l. de his, ff. de tranſaction.

Plura ad hanc materiam cumulat Seraphin. quem videas de priuil. iuram. in priuil. 102. vbi latè, & plures limitationes adnotat, vt an retractari poſsit ob inſtrumenta de nouo reperta, vide Caroc. de iuram. deciſ. in 2. q. 10. quæſt. princ. & in q. ſeq.

50 Quod † ſi Princeps cauſam committat poſt litem iuramento deciſam, uide Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 1. quæſt. 50. nu. 4. & ſeq.

51 Idque priuilegium † non detegendi periurium, competit tantũ in cauſis hoc iuramento iudiciali à parte delato deciſis, & ſecùs eſt, vbi ex Lege, Statutovè iuſiurandum haberet vim plenè probationis: quoniam de illius veritate quæri poſſet, & probatio in contrarium admitteretur; ad Roman. in conſ. 102. verſ. tertio non eſt. Iaſ. in l. ait prætor, §. iurari, num. 6. de iureiur. Boer. Deciſ. 305. nume. 3. Rebuff. in l. 1. gloſ. 1. num. 106. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Seraph. dicto priuil. 102. num. 15. Caroc. de iuram. deciſ. in 4. quęſt. 9. quæſt. princ. num. 9.

Nonnul-

Nonnullas alias limitationes ponit Iaſ.in d.§.iurari,num.5. quas videre poteris.& per Caroc. de iura.deciſ.q.2.ad 10.quæſt.princ.& alias etiam ſeqq.quæſtiones.

52 Quæri etiã † poſſet, an oblato iuramento ſit iurandum incontinenti, vel dari debeat terminus ad deliberandum? ſuper quo vide Caroc.de iuram. deciſ.in 6. quæſtio. principali.& Boer. deciſ. 243. numero 2.

53 Nouiſsimè quæri poſſet, † an huiuſmodi iuramentum deciſiuũ habeat paratam exequutionem? quod deciditur infrà in 4. par. in effec.29. vbi videri poterit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſuppletiuum inter iuramenta neceßaria numeratur.*
2 *Actori, vel Reo qui ſemiplenè probauit, datur iuramentum in ſupplementum.*
3 *Semiplena probatio inſurgit ex dicto vnius teſtis omni exceptione maioris.*
4 *Iudicis arbitrio relinquitur an tale ſuppletiuum iuramentum deferat, vel non.*
5 *In cauſis grauibus, & arduis non deferendum, nec in omnibus eius incidentibus, vide ibi citata in oppoſitum.*
Prohibita reſtitutione in integrum in cauſa principali, non prohibetur in incidentibus.num.eod.5.
6 *Conciliatio contrariarum opinionum.*
7 *Cauſa, quæ parua, & quæ magna dicatur.*
8 *Etiam in arduis defertur, vbi eſt pluſquam ſemiplenè probatum.*
9 *Non defertur in cauſis feudalibus.*
10 *Nec defertur in cauſa matrimoniali.*
11 *Nec in pœnalibus.*
12 *Nec in cauſis famoſis.*
13 *Nec in cauſis ſpiritualibus.*
14 *Nec vbi agitur de ſtatu hominis.*
15 *Nec in cauſis beneficialibus.*
Nec in cauſa vſuraria.ibid.
16 *Nec vbi adeſt ſemiplena probatio, ſed inueriſimilis.*
17 *Illi non defertur, contrà quem militat aliqua iuris præſumptio.*
18 *Nec ſuper eo, quod minus eſt veriſimile.*
19 *Nec vbi agitur de probando dolo.*
20 *Nec vbi Notarius atteſtaretur de eius errore in Inſtrumento commiſſo: nam hæc eius aßertio non ſufficit, vt ſit locus huic iuramento.*
21 *Nec vbi ſemiplena probatio reſultat ex probata fama publica.*
22 *Nec defertur in caſibus in quibus teſtes rogati requiruntur.*

23 *Nec vbi requiritur certus, & taxatus numerus teſtium.*
24 *Nec quando agitur de probando contractu requirente ſcripturam.*
25 *Nec vbi requiruntur apertiſsimæ, vel plenæ probationes, vel legitimæ.*
26 *Nec cum probatio poſita fuit in conditione.*
27 *Nec ad probandam præſcriptionem.*
28 *Nec ad ſupplendam fidem teſtium ſingularium.*
29 *Nec vbi recurſum eſt ad Eccleſiam, in defectum Iuſtitiæ ſecularis.*
30 *Nec vbi tractatur de probando intereſſe.*
31 *Quid ſi ſtatutus fuerit terminus ad probandum, & probatum habendum, per omne genus probationis, an eo lapſo, locus ſit huic iuramẽto. & vide num. ſeq.*
33 *Nec defertur ſi agitur de probando mandato Procuratoris.*
34 *Neque defertur ceſſionario.*
35 *Nec ei locus eſt in cauſa ſyndicatus.*
36 *Nec vbi agitur de probanda ingratitudine.*
37 *Nec ad probandam excommunicationem.*
38 *Nec vbi agitur de reſcindenda ſententia.*
39 *Nec ſi venit probandum notorium.*
40 *Vel ſi eſſet probanda conſuetudo.*
41 *Vel vſus loquendi.*
42 *Vel vltima voluntas.*
43 *Non defertur in cauſis, in quibus non attenditur æquitas ſed ſeruandus eſt rigor.*
44 *Nunquam defertur, niſi iurans ſit omni exceptione maior.*
45 *Ideo non defertur infami.*
46 *Nec vſurario.*
47 *Nec periuro.*
48 *Nec excommunicato.*
49 *Nec illi, qui nimis eſt facilis ad iurandum.*
50 *Nec mulieri.*
51 *Nec ruſtico paruæ conditionis, nec vili perſonæ.*
52 *Nec illis, qui à teſtificando repellerentur.*
53 *Nec ei, qui quotannis non confitetur.*
54 *Nec ei, qui eſt ſuſpectus de periurio.*
55 *Nec ſpurio.*
56 *Nec ei, qui propria culpa incidit in difficultatem probationis.*
57 *Nec ei, qui de veritate non eſt informatus, vtputa hæres.*
58 *Huiuſmodi iuramento non eſt locus, ſi teſtis, vnde ſcaturit ſemiplena probatio, non eſt omni exceptione maior.*
59 *Vtputa ſi ſit fœnerator.*
60 *Si ſit varius in ſuis dictis, vel ſuſpectus de periurio.*
61 *Si non reddit bonam cauſam ſcientiæ.*
62 *Si eſt colonus, domeſticus, aut familiaris partis aduerſæ, & num. ſeq.*

Non

64 Non defertur Ciui in cauſa ſuæ Vniuerſitatis.
65 Si eſt conſanguineus inducentis, vel affinis, aut ſimilis.
66 Si impubes.
67 Si magnus amicus, ſi ſocius, num. ſeq.
69 Si compater.
70 Si mulier, vel ignota perſona.
71 Si mercenarius.
72 Si deponit ſuper negatiua.
73 Quid de clericis coram laico?
74 Si agitur de probanda fama.
75 Quid ſi Actor plenè, Reus autem ſemiplenè probaſſet.
76 Non defertur ſi plures teſtes haberi poſſunt.
77 Non defertur fideiuſſori agenti ad ſolutarum periurium repetitionem contra principalem.
78 Nec vbi agitur de probando dominio.
79 Nec vbi adeſt vnus tantum teſtis, concludens præſumptiuè.
80 Nec vbi agitur de Homagio.
81 Nec vbi agitur de probanda diligentia circa appellationem ad euitandam deſertionem.
82 Nec vbi agitur de probanda læſione.
83 Deferendum eſt hoc iuramentum Iudice ſedente pro tribunali, & parte præſente.
84 Quid iuris, vbi petatur deferri ſtante ſemiplena, & pars neget eſſe locum, quia ſumus in cauſa magna: quis magnitudinem cauſæ probare teneatur?
85 An ei ſit locus, ſi tantum concurrant plures præſumptiones?
86 Quid ſi contra ſemiplenam extet aliqua præſumptio?
87 Ei non eſt locus, cum ſemiplena reſultat ex teſtibus inductis ad perpetuam rei memoriam.
88 Nec vbi proceditur per viam denunciationis Euangelicæ.
89 Parte non petente, non eſt deferendum.
90 An Iudex deferre valeat parti non petenti.
91 An deferendum, vbi quis probare velit ſe procuratorem in rem ſuã?
92 Nec vbi agitur de aliquo probando, extraneo à natura actus.
93 Nec vbi lex requirit, vt ſufficienter doceatur.
94 Quid ſi requirat legitimas probationes?
95 Nec defertur quando ex eo fundaretur Iuriſdictio Iudicis.
96 Nec vbi teſtis qui plenè depoſuit, non tamen reſpondit interrogatorijs.
97 Nec ubi teſtis non reddit cauſam ſuæ ſcientiæ.
98 Nec vbi tractatur de probando mandato Iudicis exequentis.
99 Non eſt locus huic ſuppletiuo iuramento coram Arbitris uoluntariè aſſumptis.
100 Quid in teſte extraneo producto, contra quem fui proteſtatus, &

poſtea illum induxi contra partem? An ex eius dicto ſit locus huic iuramento, & num. ſeq.

102 *Teſtis plenè probat contra inducentem, & contra eius perſonam nequit amplius obijcere. num. 103.*

104 *Per inductionem videtur receſſum ab illa proteſtatione.*

105 *Nec eſt locus contra Reum, qui ex alterius delicto conuenitur.*

106 *Nec vbi agitur de probando iuſto impedimento per citatum.*

107 *Nec ubi ſemiplena ſumitur ex dicto alicuius Militis ſtipendiarij, quia tales non ſolent eſſe probatæ uitæ.*

De iuramento in ſupplementum. Artic. VI.

1 IVramentum, quod † habenti ſemiplenam probationem defertur in ſupplementum plenæ probationis, inter iuramenta neceſſaria numeratur. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. Centur. 2. Caſu 190. in princ. & quia frequentius verſatur in Iudicijs, fuit à Doctoribus latiſsimè diſcuſſum, præſertim à Socino, Iaſ. Maſcardo, Seraphino, & alijs infra citandis; proinde, veluti materiam indies occurrentem, & ſatis vtilem, conſonum eſt vt latè, particulariter, & diſtinctè pertractemus.

2 Conſtituitur ergo Regula, vt † Actori vel Reo, qui ſuam intentionem ſemiplenè probauerit, deferendum ſit iuramentum ad ſupplendam plenam probationem, l. admonendi, vbi omnes notant, ff. de iureiur. Maſcard. de probation. concl. 957. nu. 3.

3 Inſurgitque † ſemiplena probatio, ex vnius tantum teſtis depoſitione, qui tamen ſit omni exceptione maior. Riminal. iun. conſil. 489. nu. 2. lib. 5. Maſcard. ibid. nu. 9. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 33. num. 6. & ſeq. qui alios citant.

Habetq; locum tale iuramentum, etiam in iudicio poſſeſſorio. Gabr. de reſtit. ſpol. concluſ. 5. nu. 77. Patitur autem huiuſmodi Regula quamplures limitationes, quas ſingulariter referemus.

Præmittimus autem in arbitrio Iudicis reſidere, an deferat, vel
4 non deferat huiuſmodi iuramentum; debet autem is deferre, aut recuſare, iuxta facti & perſonarum qualitates, vt bene monet Bald. in c. fin. num. 2. de iureiur. Socin. in conſi. 136. num. 3. lib. 1. Grauat. inter conſ. matrimon. conſ. 82. nu. 16. latè Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. Centur. 2. Caſu 190. præſertim num. 22. & propterea, in ipſa delatione neceſſaria eſt cauſæ cognitio. Curt. ſenior inter Repetentes, in l. admonendi, nu. 179. de iureiur. in 84. Limit. Seraph. in priuil. 43. num. 206.

Et vbi denegaret, in caſu quo eſſet de iure deferendum, vel admitteret,

micteret, quando eſſet denegandum, pars grauata poſſet appellare. Plot.in repet.l.ſi quando, num.754.C. vnde vi. Bald. in d.c.fin.nu. 3.de iureiur. Grauat.in d.conſ.82.num.19. Viuius opinio.409. Maſcard.d.concl.917.nu.2.

Ex hac facti & perſonarum qualitate, oriuntur omnes infra notatæ Limitationes.

5 Prima & principalis eſt Limitatio, quod † in cauſis grauibus, & arduis, non eſt locus huiuſmodi iuramento, Alexan.conſi.30.nume.10.lib.5.de Communi Roland.conſ.26.num.10.lib.1. Iaſ.conſil.120. col.3. verſ.ſecundo reſpondetur, lib.1. Milis ſuper ver.iuramentum in ſupplementum probationis. Socin.in Reg.204.nu.41. Grauat. in conſ. matrim.82.nu.5.& ſeq. Rimin.iun. conſil.39. nume.36. lib.1. Barbat. conſil.17. nume.10. lib.3. Maſcard. concluſ. 957.num.30.

Et veluti deferri nequit in cauſa principali, quia grauis, ita nec in aliquo eius incidenti, quoniam diſpoſitum in cauſa principali, procedit in omnibus eius incidentibus, ad Crot.conſi.83.num.24. & ſeq.lib.1. cuius totum oppoſitum notat Maſcard. in d.Concluſ. 957. num.37. faciunt pro hac ſententia Maſcard. quæ notant Geminia.& Franc.in cap.vt inquiſitionis, ille, num.15. iſte, num.4.de hæret.in 6.vbi habetur, quod prohibita à Lege, vel Statuto appellatione in aliqua cauſa, illud procedit in ſententia diffinitiua, cum ſecùs ſit in interloquutoria lata ſuper incidenti, quo caſu licet appellare, vide Abb.in c.Paſtoralis, nu.6.& 12.de appell.

Prout prohibita reſtitutione in integrum in negotio principali, ſublata non cenſetur in emergenti. Franc. vbi ſupra, qui alios quamplures citat.

6 Conciliari † poſſunt huiuſmodi opiniones, vt vbi militat eadē ratio in negocio principali, quæ in dependentibus ab eo, tunc diſpoſitum in vno, procedat in alijs, ſecùs autem, vbi diuerſa ratio vigeat, iuxta Deciſ. Putei, videndum 92. quæ incipit. Cauetur ſtatuto Vrbis, lib.1.in manuſcriptis.

Ponderandum eſt etiam, an id incidens faciat magnum præiudicium, aut paruum, in negocio principali, iuxta doctrinam Bart. in l.admonendi, nume.56. de iureiur. vbi ſe fundat Maſcard. ſupra relatus.

7 Cæterum, non mediocris eſt dubitatio in diiudicādo † quę parua, quævè magna cauſa dicatur; circa quod à ſcribentibus in diuerſas ſententias itum eſt. Bellon.enim in conſi.2.num.14. relata Bar. opinione tenuit, vbi agatur de poſſeſsione tantum, dici cauſam paruam; cui ſententiæ alludit C.titulus, ſi de momentan.poſſeſſ. magnam verò exiſtimari, ſi de dominio diſceptetur, vide citatos à Menoch.de arbit.quæſt.lib.2.cent.1.Caſu 72.nu.18.

Viſum eſt gloſ. in §.ſi tibi, ſuper ver.breuiores, in Authent. de mandat.princip.eam dici cauſam paruam,in qua agitur de ſumma centum aureorum,quam ſequuti ſunt & alij,quos refert Menoch. d.Caſu 72.nu.3.

Refert Roland.in conſi.26.nu.11.lib.1.Alber.tenentem,quòd magna dicitur,ſi de aureis 200. ſit controuerſia, quod intellige, ſi controuertatur inter priuatos, & pro notabili extollit Iaſ. in conſil.129.col.2.verſ.quod autẽ iſta,lib.1.& vbi agatur de maiori parte bonorum,dicitur cauſa grauis,ad Seraph.dè priuil.iuram.in priuil.33.num.124.

Alij aliter ſenſerunt,quos latè proſequitur Menoch.d.Caſu 72. vbi tandem concludit,& benè, cauſam dici magnam, aut paruam arbitrio Iudicis, inſpecta qualitate rerum & perſonarum, cùm eadem ſumma, reſpectu vnius poſsit eſſe magna, quæ reſpectu alterius minima foret,vt ponderat etiam Iaſ.in d.conſ.129.col.2.lib.1. Idem in d.l.admonendi,in ſecunda lectura,num.212.& ſeq.de iureiur.Grauat.inter conſ.matrim.conſi.82.nu.17.

8 Sed † etiam in cauſis arduis,vbi pluſquam ſemiplenè probatum fuerit, huiuſmodi iuramẽtum ſuppletiuum deferri poterit. Puteus Deciſ.1.de iureiur.Iaſ.in d.l.admonendi,num.281. Grauat.d.conſil.82.num.15.Rolan.conſi.26.num.23.lib.1. Alexand.conſi.185. num.1.lib.7.Iaſ.conſ.129.col.penult.verſ.quarto pro eadem,lib.1. Benintend. Deciſ.67.nume.2.Maſcard.de probatio.Concluſ.957. num.33.Rimin.iun.conſi.325.num.11.lib.3. & conſ.234. num.28. ibid.Seraphin.d.priuil.33.num.10.Peruſ.Deciſ.100. num.7.par.2. Boer.Deciſ.85.num.4.licèt Socin. in conſi.136. nu.6. & ſeq.lib.1. ex pluribus id impugnare conetur. Vide Curt.iun. in l.admonendi,nu.67. verſ.poſtremo nota,ff.de iureiur.

Vel vbi cum ſemiplena probatione aliqua iuris præſumptio cõcurrat.Iaſ.in d.l.admonendi,num.281.vel militaret aliqua præſumptio contra Reum, vtputa, conuictum de aliquo mendacio. Maſcard.ibid.num.32.

Ex hac prima limitatione ad plura infertur: cum enim in ma-
9 gnis cauſis non ſit locus huic ſuppletiuo iuramento, ſequitur, † vt non ſit deferendum in cauſis feudalibus. Roland.conſi.82.nu.23. lib.2.licet Bald.in c.fin.num.17.de iureiur. ſentiat oppoſitum. Iaſ. in l.admonendi,num.281.Socin.in Reg.204.num.27. Gozad.conſil.11.nu.3.& 19.vbi declar.

10 Item,nec † in cauſa Matrimoniali.Grauat.conſ.82.num.6.inter conſi.matrimon.& in verſ.ſeq.Iaſ.vbi ſup.num.277. Socin.d. Reg. 204.nu.78.Ferret.conſi.363. num. 1.& 2. Niſi fuiſſet pluſquam ſemiplenè probatum, idem ibid.num.19. cum alijs, de quibus ſupra in verſ.ſed etiam in cauſis. Niſi eſſemus in Matrimonio clandeſti-

no,

no,quia nullo modo eſt deferendum.idem ibid.nu.29.& 44.Seraphin.d.priuil.33.nu.113.Grat.conſ.38.nu.31.lib.2.

11 Nec † deferendum eſt in pœnalibus. Decius conſi.452. num.2. Grat.conſi.38.num.30.lib.2.Zaſ.in d.l.admonendi,num.274.Soc. in d.Reg.204.num.22.Decian.in conſil.119. nu.5.& 6. lib.3.Seraphin.d.priuil.33.num. 101.& generaliter in omnibus cauſis criminalibus.Grauat.d.conſi.82. nu.10. vbi de communi. Socin.d.Reg. 204.num.12.Decian.conſi.119.num.6.lib.3.Boer.Deciſ.86.per totam; quod ſi tractetur de pœna pecuniaria, aut ciuili intereſſe, vide Iaſ.in d.l.admonendi,num.176.Alexan.conſi.67.in prin. lib.1. Curt.ſen.inter Repeten.in d.l.admonēdi, nu.159.in 21.fallen.Decian.conſi.56.nu.10.& ſeq.& nu.26.lib.1.

12 Eadem ratione nec † defertur in cauſa famoſa,in qua de macula aut mala fama tractatur. Iaſ.in d.l.admonendi,num.278.Grauat.d. conſil.82. num.36. inter conſi. matrimon. Socin. d.Reg.204. nume. 13. & 20.

13 Parique ratione † nec in cauſis ſpiritualibus.Grauat. d.conſi.82. num.10.in fi.Iaſ.ibid.num.277.Socin.d.Reg.204.nu.35.vtpote in cauſa Monachationis.Seraphin.d.priuil.33.nu.127.

14 Nec in † cauſa vbi ageretur de ſtatu hominis.Grauat. ibid.nu.3. Iaſ. vbi ſup. num.288. Socin. in d.Reg. nume.11. Grat. conſil.38. num.29.lib.2.

15 Nec † defertur in cauſis beneficialibus; Socin.d.Reg.204. nume.24.Iaſ.ibid.num.280.Seraphin. d.priuil.33.nu.129.

Item,nec in cauſa vſuraria, quæ ſiue criminalis ſit, ſiue famoſa, non admittit huiuſmodi iuramentum Socin. in eadem Reg.nume.15.& 17.Seraphin.d.priuileg.33.num.218. Grat. in conſil.157. nume. 3. lib. 2.

16 Nec † vbi adeſt ſemiplena probatio,quæ eſt inueriſimilis,ad Iaſ. in l.ſi extraneus,num.9.ff.de condict.cau.data.

17 Secunda principalis † eſt limitatio,vt non ſit ei deferendum, aduerſus quem militat aliqua iuris præſumptio.Pedem.Deciſ.71.nume.3.vbi de communi Seraphin.d.priuil.33. num.37. Curt.ſenior inter Repetent. in l.admonendi, num.158. verſ. duodecimo fallit, de iureiur.Bald.in l.1.num.6.C.qui & aduer.quos, Iaſ.in d.l.admonendi,num.295.Roma.conſi.481.num.11.Socin.d.Reg.204. nume.61. & 63.Rota Deciſ.19. nume.9. de dolo & contum. in nou. Gozad.conſil.11.nume.19.Maſcard.de probation.Concluſ.957.nume.24.& ſequen.

18 Tertiò † nec defertur ſuper eo quod minus eſt veriſimile. Bald. in d.l.1.num.5.Grauat.d.conſi.82.nu.46.Socin.d.Reg.204.nu.62. Iaſ.in d.l.admonendi,nu.300.verſ.quadrageſimus.

19 Quartò nec † eſt illi locus,quoties agitur de probando dolo, ad

Bald.

Bald.in eadem l.1.num.6.verſ.ſecus ſi ratione doli.Seraphin. d.priuil.33.nu.97.Curt.ſen.inter Repetent. in d.l.admonendi,nu.159. in 20.limit.Socin.d.Reg.204.num.18.Iaſ.in d.l.admonendi, num. 295.verſ.tertia fallentia. Maſcard.d.concluſ.957.nu.24.

20 Quintò † nec eſt locus,quando Notarius atteſtaretur de errore per eum commiſſo in publico inſtrumento,quoniam ob hanc eius aſſertionem non deferretur parti læſę tale iuramentum, ad Iaſ.in prædicta l.admonendi,num.295.verſ.quarta fallētia.Socin. d.reg. 204.num.64.Seraphin. d.priuil.33.num.17. Cur.ſen. inter Repet. in d.l.admonendi,num.152.verſ.ſecundo fallit,vbi agitur.

21 Sextò † cum quis habet ſemiplenam probationem, ex eo tantū, quod docuit de fama publica,non admittitur ad iurandum in ſupplementū, Soc. in d.Reg.204. nu.69. Cato Saccus inter Repeten. in d.l.admonendi,nu.117.verſ.denique ſi quis probaſſet.

22 Septimò † ceſſat hoc iuramentum, vbicunque ſumus in caſu in quo teſtes rogati requiruntur.Grauat.d.conſi.82. nu.24.Iaſ.in d.l. admonendi,num.246. verſ.vigeſimoſexto.Soc. d.Reg.204.nu.33. & 71.Seraph.d.priu.33.nu. 14.

23 Octauò † non admittitur vbi à Lege, vel Statuto certus taxatuſque numerus teſtium eſt neceſſarius. Iaſ.in dicta l.admonendi,nu. 296.verſ.vigeſimusquintus,vbi Cato Saccus inter Repetentes, nume.103.in 7.Fallent.& ibid. Curtius ſenior, nu.152.in 1.Fallentia. Soc.ibid.nu.71.vbi Ripa, nu.184.

24 Nono † vbi agitur de probando contractu requirente ſcripturam.Soc.d.Reg.204.num.37.& 72. Iaſ.in d.l.admonendi, nu.206. verſ.vigeſimoſeptimo,vbi Curt.ſen.inter Repeten.nu.179.verſ.ſexageſimoprimo fallit.

25 Decimo vbi † à Lege,Statuto,Pacto,aut Conſuetudine, reperirentur apertiſsimæ, vel plenæ probationes,Grauat. d.conſi.82.nume.20.Habes exemplum in l.fi.C.de ſecun.nupt.& in c.1.ibi, apertiſsimis documentis,de exception.in 6.Soc. in d.Reg.204. num.1. Iaſ.in d.l.admonendi , nume.282. vide ſupra in hac parte, artic.5. nu.27.Rebuff.ſuper Concordatis, de Collatio. §.cum verò,ſuper glo.fin.fol.mihi 202.Viu.opin.427.Cato Sac.in repet.d.l.admonēdi, nu.105. in 9.limit.vbi Curt.ſen.nu.160.in 29.fallentia, & limit. 30.& ſeq.& in limit.33.& 42.

Quid vbi requiruntur legitimæ probationes? Seraphin.d.priuileg.33.num.170.& num.177.vbi declarat. Cato Saccus, vbi ſupra, num.104.in 8.Limitat.& ibid. Curtius ſen.num.160. in 27.fallent. Iaſ.in l.ſi quando,nu.9.C.vnde vi.vide infrà, num.93. & ſeq. Viui. Opinione 866.num.11.

26 Vndecimò† ſi probatio poſita fuit ſub conditione, quoniam implenda venit in ſpecifica forma. Socin.d. Reg.204.num.3.Cato

Sac-

Saccus vbi ſupra,num. 114. verſ.item vbi in probatione, vbi Curt. ſen.num. 163.Limitat.38.Iaſ.in ead.l.admonendi,num. 296.verſic. vigeſimusnonus. Seraphin.de priuil.33.num.131.& 133.

27 Duodecimò † quando agitur ad probandum præſcriptionem. Grauat.d.conſ.82.num.30. Cato Saccus ibid.num. 116. verſic.denique vbi intenderet, & ibidem Curt. ſen. nume. 159. in 22. Limitatione.

28 Decimotertiò † non defertur ad ſupplendam fidem teſtium ſingularium, Decius in conſi.310.nu.7.Curtius ſen.vbi ſup.nu.178. verſ.ſexto loco quęro,& num.178. in quinquageſima Fallent. vbi vide.Rimin.iun.conſi.538.num.57.lib.5.Socin.d.Reg.204.nu.67. Maſcard.d.concl.957.num.21.Grat.conſi.50.num.12.lib.2.& conſil.110.num.18.ibid.

29 Decimoquartò † ſi recurſum eſſet ad Eccleſiam ob defectum Iuſtitiæ ſecularis. Iaſ.in d.l.admonendi,nume.296. verſ.trigeſimo non habet,vbi Curt.ſen.inter Repetentes, num.159.in 17.Fallentia.Socin.d.Reg.204.nu.66.Seraph.d.priu.33.nu.88.

30 Decimoquintò † vbi tractatur de probando intereſſe.Socin. in Reg.204.num.23.Curt.ſen.inter Repetent.in l.admonendi,num. 159.in 23.Fallent.Iaſ. ibid.nu.296.verſ.trigeſimoprimo,Seraph.d. priuil.33.num.160.verſ.decimooctauo,vide notata inf.in 4.parte, in effectu 134.

31 Decimoſextò † ſi ſtatutus fuiſſet terminus ad probandum, & probatum habendum, per omne genus probationis, quoniam eo elapſo,nõ eſt amplius locus huiuſmodi iuramento ſuppletiuo. Geminian.in c.1.§.ſi quis,il ſecondo,nume.2. verſ.quidam autem, de except.in 6.Rationem reddit Angel.in l.certum, §.ſi quis abſente, nume.4.de confeſſ. quoniam huiuſmodi iuſiurandum eſt ſpecies probationis, proinde elapſo termino ad probãdum, non admittitur hæc probatio per iuramentum, tanquam facta extra terminũ. Soc.in d.Reg.204.num.5.verſ.fallit quando,num.80. Bald.in c.fi. num.25.de iureiur.vide tamen Felin.in cap.licet cauſam,num.23. verſ.quartus caſus, de probat. qui de huiuſmodi limitatione dubitat, niſi terminus de partium conſenſu præfixus fuiſſet. Nota diligenter huiuſmodi limitationem,quoniam ex ea poteſt induci optima cautela,ad excludendum iuramentum in ſupplemẽtum, quod ſemper peti conſueuit vna cum ipſa ſententia diffinitiua; proinde ſi huiuſmodi terminus præfigatur, actum erit de huiuſmodi iuramento: propterea valde dubito de veritate Limitationis, cùm inconueniens ſit ex ea tolli beneficium legis, induktum habenti ſemiplenam probationem, & mens Iudicis præfigentis eſt interpretanda,vt ea ſit,quod pars probet quicquid poteſt per teſtes,aut ſcripturas,nec porrigi debet ad huiuſmodi iuramentum cuius delatio

pendet

pendet à Iudice, ideo parti non poteſt imputari, ſi in termino non iurauit, cum iurare non poſſet Iudice non deferente; Nec culpanda eſt, cur antea non petierit, cum ſtylus ſit Iudiciorum inueteratus, vt nunquam petatur, nec deferatur, niſi in ipſa ſententiæ prolatione; quæ conſuetudo notoria excuſare debet, vel ſaltem ad tollendam huiuſmodi diſputationem, Pars, & etiam Iudex aduertere debent, vt in præfixione huiuſmodi termini, ponantur verba præſeruatiua iuramenti ſuppletiui, quod Iudex deferre debet attentis qualitatibus facti & perſonarum, vt ſup. admonuimus, nu. 1.

33 Decimoſeptimò † limitatur, ſi agatur de probando mandato procuratoris, qui etiam ſi ſemiplenè de eo docuiſſet, petere nequiret ſibi deferri in ſupplementum huiuſmodi iuramentum, ad Bal. in l. non ſolum, §. qui alieno, col. 2. verſ. ſed contra hoc oppono, ff. de procurator. Seraphin. d. priuil. 33. num. 81. Curtius ſenior, inter Repetentes, in d. l. admonendi, num. 158. in 14. Limitat. & num. 2. vbi id limitat. Soci. d. Reg. 204. nu. 67. & ſeq. Iaſ. in d. l. admonendi, num. 299. Rimin. iun. in conſil. 39. nume. 40. lib. 1. Crot. conſil. 83. num. 23. lib. 3.

34 Decimooctauò † nec defertur ceſsionario, qui ſemiplenè de ceſſione docuiſſet, Bald. in d. §. qui alieno, num. 31. Soc. in d. Reg. 204. nu. 9. Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 291.

35 Decimononò † non defertur in cauſa ſyndicatus. Angel. in l. 2. num. 2. C. vbi de ratiocin. agi opor. Curt. ſen. inter Repetentes, in l. admonendi, num. 158. verſ. decimotertio, de iureiur. Soc. d. Reg. 204. nume. 14. Maſcard. d. Concluſ. 457. nume. 28. Seraphin. d. priuil. 33. num. 60.

36 Vigeſimò, non † admittitur ad probandã ingratitudinem, quoniam eo caſu requiruntur plenæ & indubitatæ probationes, l. fin. C. de ſecund. nupt. ideo non eſt locus huic iuramento, ex notatis ſupra num. 27. in 10. Limitatione. Iaſ. in d. l. admonendi, nume. 286. Cato Saccus ibid. inter Repetent. nume. 92. in prima Limit. & ibi Curt. ſenior, nume. 159. in 16. Limitat. Seraphin. d. priuil. 33. num. 86.

37 Vigeſimoprimò, denegatur † ad probandam excommunicationem, cap. vnico, in ver. apertiſsimis documentis, de except. in 6. vbi Gloſ. in ver. documentis, exponit, teſtibus vel inſtrumentis, ſed quia requirit apertiſsimas probationes, excluditur iuramentum, ex notat. ſup. num. 25. Soc. d. Reg. 204. num. 14. Seraph. d. priuileg. 33. num. 180. Curt. ſen. inter Repetent. in d. l. admonendi, num. 161. in 32. Limit. & in Limit. 37. nu. 162. in fi. vbi declarat.

38 Vigeſimoſecundò, ceſſat † quando ageretur de reſcindenda ſententia. Bal. in l. fi. C. ſi min. ſe maior. dix. Soc. d. Reg. 204. n. 26. Iaſ. in d. l. admonendi, num. 289. vbi Cato Saccus, inter Repetent. nu. 97. & nu.

& nu.125. vbi id reuocat in dubium. & ibid. Curt.ſenior, nu.158. in 14. Fallentia.

39 Vigeſimotertio, † fallit etiam, ſi probandum extet notorium, Bal.in l.de quibus, de legibus. Ratio ea eſt: quoniam ſi notorium eſt, à pluribus ſciri debet, Soc.d.Reg.204.num.29. Ripa, in d.l.admonendi, nu.183. Seraph.d.priu.33.nu.27.

40 Vigeſimoquarto, ſi † tractatur de probanda Cõſuetudine, Bal. in d.l.de quibus, & per eandem rationem, quod à pluribus ſciri debet. Soc.in d.Reg.204.num.30. Ripa, in d.l.admonendi, num.183. Decian.conſi.51.num.14.lib.2. Seraphin.in d.priuileg.33.num.27. Curt.ſen.inter Repetent.in d.l.admonendi, nume.153. verſic.tertio fallit. Milis autem contrarium ſenſit in ſuo Repertorio, ſuper verbo Iuramentum in ſupplementum probationis. Vel aliquid cõtra conſuetudinem pręſumeretur, Cato Saccus, in l.admonendi, inter Repetentes, nu.99.in 4.Fallent.de iureiur. & ibid. Curt.ſenior, num.157.in fi.verſ.vndecimo non defertur.

41 Vigeſimoquinto ad † probandum vſum loquendi, Bal.vbi ſup. Soc.in d.Reg.204.num.31.

42 Vigeſimoſexto † ad probandam vltimam voluntatem, Bald. in l.non ſolum, §.alieno, col.3.de procurator. Cur.ſenior, inter Repetentes, in l.admonendi, nume.178.in 52.Limit.de iureiur. Seraph. d.priuil.33. num.201.

43 Vigeſimoſeptimo † vbicunque non æquitas, ſed rigor eſſet attẽdendus, Bald.in cap.1.ſi de feudo fuer.controuerſ. Soc.d.Reg.204. num.42. Curt.ſenior inter Repetent.in d.l.admonendi, num.178. in 53.Fallent. Seraphin.d.priuil.33.nume.202. proinde non poſſet Hebræo deferri, cui ſeruandus eſt rigor, Iaſ.in d.l.admonendi, nume.296. verſ.& de Iudæo. Menoch.de arbitrar.quæſtio. lib.2.Centur.2. Caſu 190. nume.15. vbi declarat. ſed de Hebræorum iuramento latius agetur infra particulariter, in q.7. primi effectus, in quarta parte tract. vide Catonem Saccum, in l.admonendi, inter Repetentes, nu.118.in 13.Limit. Seraph.d.priuil.33.nu.204.

44 Vigeſimooctauo datur generalis fallentia, † vt nunquam ſit deferendum, niſi iurans eſſet omnino omni exceptione maior, Bald. in l.qui accuſare, C.de eden. Cato Saccus, inter Repetent. in l.admonendi, nu.110.in 13.Limitatione. Soc.d.Reg.204.num.4. Grauat.conſi.82.num.53.inter conſi.matrimon. Rimin.iun. conſil.39. nume.41. lib.1. Menoch. de arbitr. quæſtio. lib.2. Centur.2. Caſu 190.num.12.

45 Ex huiuſmodi Limitatione infertur ad plura; Primò, quod tale iuramentum non defertur infami, Bald.vbi ſup. Socin.vbi ſup.nume.43.& 45. Socin.iun.conſ.88.nu.10.& ſeq.lib.2. Iaſ.in l.1.nu.43. C.de ſum.Trinit. num.45.& ſeq. Boſsius in pract. Crimin. titu.de Con-

Conuic.num.20.Viu.inter communes opinion.ſuper ver.teſtis eſ-ſe non poteſt periurus.

46 Secundò,nec † Vſurario Roland.in l.improbum, C.de his qui no.infam. quoniam eſt infamis ex diſpoſitione dictæ legis. Soc.in d.Reg.204.num.44.

47 Tertiò,nec ei qui † aliàs peierauit,c.non poteſt,2.quæſt.7.Cato Saccus vbi ſupra, loquens de omnibus tribus præmiſsis, num.110. in 13.Limitatione.Socin.vbi ſup.num.46.Iaſ.in l.admonendi, nu. 300.verſ.trigeſimooctauo,Soc.in conſi.136.nu.8.& 9.lib.1.

48 Quartò,nec † excommunicato,Bald. in c.inter priorem, de except.Soc.in d.Reg.204.num.47. Menoch.de arbitr.quæſtio. lib.2. Centur.2.Caſu 190.nu.14.

49 Quintò,nec † ei qui nimis eſt facilis ad iurandum, Bald.in l.qui ſub conditione,de condit.inſtit.Soc.in ſup.dicta Reg.204. nu.48. Vir enim multum iurans, (talis eſt enim is, qui facilis eſt ad iurandum)replebitur iniquitate,nec diſcedet è domo eius plaga,vt ſup. retulimus in 1.par.q.9.

50 Si † eſt Mulier, quæ ob ſexus fragilitatem non videtur omni exceptione maior, Ripa,in d.l.admonendi,num.179.qui tamen dubitat de huius dicti veritate. Iaſ.in d.l.admonendi, nu.299. Tiraq. de legib.connub.in 9.lege,num.60.Roland.conſ.7. num.13.lib.1. Dec.in l.fœminæ,num.35.de reg.iur.Cepol.conſ.crimin.32.nu.2. Dicas Mulieri poſſe deferri ſi ſit pluſquam ſemiplenè probatum, vt voluit Rota,referente Puteo in Deciſ.1.de iureiur.

51 Si eſt ruſticus † paruæ conditionis,habens mediocres facultates, & facilis ad iurandum,& deierandum.Soc.conſi.136.nume.8.verſic.ſecundò requirit,lib.1.viles enim perſonæ non ſunt omni exceptione maiores,Socin.iun.conſ.183.num.40.lib.2.Rolan.conſ.24. nu.64 lib.1.Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.Centur.2.Caſu 190.nume.16.vide inf.par.3.art.1.nu.4.

52 Septimo nota generaliter, † quod vbicunque quis repellitur à teſtificando,itidem repellitur à iurando,Iaſ.in d.l.admonendi,nume.296. in fine.

53 Proinde,† is, qui quotannis non confitetur peccata ſua, iuxta formam c.omnis vtriuſque ſexus,de pœnit.& remiſs. non admittitur ad iurandum,Plot.in l.ſi quando,nu.868.C.vnde vi.

54 Nec is, qui † eſt ſuſpectus de periurio, Iaſ.in l.videamus, nu.13. ff.de in lit.iur.& in l.admonendi, nume.296.in 37. Limitat. de iureiur. Pedemon. deciſ.66. nume. 5. Menoch. d. Centur. 2. Caſu 192. nume.3.

55 Nec † iuſiurandum defertur ſpurio.Duen.in Reg.358. Filio ſpurio.Rol.conſ.87. nu.4.lib.3.& conſi.79.nu.48.lib.4.Gram.conſ.ciuili 18.nu.5.Cur.ſen.inter Repeten.in d.l.admonendi,nu.74.

Vige-

56 Vigeſimonono, nec † defertur ei, qui ſua culpa incidit in difficultatem probationis, Bal. in c.fi.num.27.de iureiur. Soc.in d.Reg. 204.nume.48.Zaſ.in d.l.admonendi, nume.288. Seraphin. priuil. 33. nume.29.

57 Trigeſimo, nec † ei, qui de rei veritate non eſt informatus, vel de ea probabiliter dubitat, ex his quæ deduximus ſupra, in artic.5. Limit.4.num.9.& inf.in 7.par.num.3. Propterea non defertur hæredi, Alexan.conſi.39. num.9. lib.5. Paul.in l.rationes, nu.2. C.de probatio. Boerius, deciſ.105.num.5. Roland.conſi.82. num.24.& ſeq.lib.2.Rimin.iun.conſi.39.num.37.lib.1.Curt.ſen.inter Repetent.in l.admonendi, nume.170.in 59.limit. Seraph.d.priuileg.33. nume.217.latè Tiraq.vidend. de præſcript.glo. vni.in princ.col.1. & 2.ſed in hoc vide Menoch. qui declarat de arbit. quæſtio.lib.2. Centur.2.Caſu 190.num.5.6.& 9.Rolan.conſ.52.lib.1.

58 Trigeſimoprimò, ſi † teſtis vnde ſumitur ſemiplena probatio, non ſit omni exceptione maior, Ripa, d.l.admonendi, nu.179. vbi Iaſ.num.186.verſ.ſexto fallit. Soc. d.Reg. 204. num.54.Socin.iun. conſi.12.num.8.lib.2. Seraphin. d.priuil.33.num.42. Cato Saccus inter Repeten.in d.l.admonendi, num.107.in 11.limitat. vbi Cur. ſen.num.160.verſ.vigeſimoſexto fallit, & ibid.Purpur.nu.244.

59 Ex huiuſmodi Limitatione infertur ad plura, videlicet, † ſi teſtis eſſet fœnerator Cur.iun.d.l.admonendi, num.73. vel aliàs infamis, ſpurius, vel aliàs vitioſus, Cato Saccus, inter Repetent.in d.l.admonendi, num.108.& ſeq.in 12.Limit.& ibid.Curt.ſenior, num.157. verſ.octauo limitatur. Socin. vbi ſup.nume.55. Seraphin.priuileg. 33.nume.46.

60 Secundò, ſi † eſſet varius in dictis, Socin.d.Reg.204.num.57.Socin.iun.conſi.41.num.15.lib.2.Alciat.de præſumpt. in præſumpt. 19.num.7.Reg.2.vel ſuſpectus de periurio, Curt.ibid.inter Repetent.nu.157.verſ.nonò fallit, & nu.179.in Limit.63.

61 Si † interrogatus teſtis, non reddat cauſam ſcientiæ. Caſſad.Deciſ.3.num.7.de probation. & in his, quæ iudicio intellectus percipiuntur quam reddere debet etiam non interrogatus, Cato Saccus inter Repetent.in d.l.admonendi, nu.101. in 6.Fallent. & nu.106. in 10.Limitat.vbi Curt.ſen.nume.159.in 19.Limit.Socin.in Reg. 204.num.54.& in c.cum eccleſia, num.88.de cau.poſſ.& propr.Decius conſi.322.nu.6.

62 Si † eſt colonus, domeſticus, aut familiariſs. Socin.ibid.num.54. Soc.iun.in conſil.146.num.10.lib.1. Seraphin. d.priuil.33. nu.48. & inf.num.ſeq.

63 Si cohabitator † Put.Deciſ.7.incip.Dubitabatur etiam, lib.1.vbi declarat id procedere, ſi viuat expenſis Domini.

64 Si Ciuis † in cauſa ſuæ Vniuerſitatis, Felin. in c.inſuper, num.5.

vbi

vbi Dec.num.6.de teſtibus.Soc.in d.Reg.204.num.70. Afflict,deciſ.400.num.5.Pariſ.conſi.91.num.3.& ſeq.lib.4.Chiſanen. deciſ. 189.Alex.conſi.68.nu.4.& 14.lib.2.

65 Si eſt conſanguineus inducentis.Ripa, in d.l.admonendi,num. 178.vel affinis,vel ſimilis.Curt.ſen.inter Repetentes, in d.l.admonendi,nu.153.verſ.ideo fallit ſeptimò,& ibid.Purpurat.nu.249.

66 Si † eſt impubes,c.puer,22.q.5. vel pauper.Seraphin. d.priuileg. 33.nume.47.

67 Si † eſt multum amicus,Ripa,in d.l.admonendi,nume.177.vbi Purpurat.num.246.Limit.prima, verſ.exemplificat Barto.

68 Si † ſit Socius, Ripa, ibid.num. 179.in fine.

69 Si † compater,Ripa ibid.nume.151.Diſtinguit autem Ruin. in conſi.81.num.19.lib.3.vide Crau.conſi.169.in princ.Alexan.conſil.125.num.4.lib.4.Iaſ.in l.apertiſsimi,num.7.in fi.& num.9.C.de iudic.& in conſi.237.num.9.& 10.lib.6. cum congeſtis per Tiraq. in l.ſi vnquam,ſuper ver.ſuſceperit liberos,num.38.& 39.C.de reuoc.donat. & per Menoch. de arbit. quæſtio. lib.2. Centur.1. Caſu 100. Viu.opin.976. latè Maſcard. de probat. Concluſ.332. vbi latè. Quæſtio autem procedere videtur cum inducitur ad fauorem filij. Ruin. ibid.

70 Si Mulier,† vide Tiraquellum de legib.Connub.in l.9.num.60. vel perſona ignota,Curt.inter Repetent.in l.admonendi, nu.179. Limit.58.Seraph.d.priu.33.nu.216.in 34.Limit.

71 Si † mercenarius, Puteus Deciſ.7.incip. Dubitabatur etiam,lib. primo,vbi declarat verum, ſi ſit etiam familiaris, ſecùs autem ſi ſit mercenarius extra domum.

72 Si † deponit ſuper negatiua,quoniam eſt ſuſpectus,Alexan.conſil.41.num.10.lib.1. Ripa, in c.cum eccleſia,num.77. de cau.poſſ. & proprietat.

73 Quoad † clericos coram laico,vide Sylueſt.in ſumma,ſuper ver. iuramentum,quarto,nu.3.

74 Trigeſimoſecundò, limitatur † Regula prædicta, quod vbi tractatur de probanda fama, non defertur iuramentum in ſupplemẽtum,Ripa,in d.l.admonendi,nu.183.Seraph.d.priuil.33. num.34. vbi vide,& nu.ſeq. quia pleraque deducit in oppoſitũ, vide Curt. ſen.in d.l.admonendi,inter Repetentes,nu.193. verſ.quarto fallit, & nu.159.verſ.vigeſimoquarto.

75 Trigeſimotertiò, vbi † Actor plenè,Reus autem ſemiplenè probaſſet, quoniam non eſſet locus tali iuramento, Bald. in c.ſicut,in vlt.col.de probationibus.Socin.d.Reg.204.num.76. Sed iſta Limitatio ſanè eſt intelligenda: nam aut probatio Actoris & Rei tendunt ad idem probandum, & ſunt directò contrariæ, & tunc perfecta Actoris probatio, extinguit imperfectam Rei probationem,

& ve-

& verum eſt, non eſſe locum ad Rei fauorẽ iuramento ſuppletiuo.
Aut hæ probationes tendunt ad diuerſa, vtpote, ſi Actor plenè docuit de ſuo credito, Reus autem ſemiplenè probauit ſolutionem, aut aliam releuantem exceptionem, & tunc poteſt Reo deferri iuramentum ſuppletiuum, iuxta ſententiam communiter admiſſam, de qua Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 267. vbi Ripa, nu. 210. Curt. iun. ibid. num. 64. vide Seraph. in d. priu. 33. nu. 13.

76 Trigeſimoquartò, vbi poſſent haberi plures teſtes. Alexan. conſil. 109. num. 16. lib. quarto. Rimin. iun. in conſi. 39. nume. 39. lib. 1. vel potuit Actor plures habere, & fuit negligens, Seraphin. d. priuil. 33. num. 29. Curt. ſen. inter Repetentes, in d. l. admonendi, nume. 153. verſ. quartò fallit, & num. 159. verſ. vigeſimoquartò. Purpurat. in ead. l. nu. 256. in 2. Fallentia.

77 Trigeſimoquintò, vbi † fideiuſſor agat ad repetitionẽ pecuniæ ſolutę contrà principalem, quoniam ad probandum huiuſmodi ſolutionem, non admitteretur ad iurandum, Iaſ. in d. l. admonendi, num. 290. vbi Curt. ſenior, inter Repetent. num. 159. in 19. Fallent. vide Seraphin. d. priuil. 33. num. 92.

78 Trigeſimoſextò, † vbi tractatur de probanda dominio, Aymo, conſil. 157. num. 3. Seraphin. d. priuil. 33. nu. 185. Curt. ſen. vbi ſup. num. 162. in 34. fallentia.

79 Trigeſimoſeptimò, † quando adeſt vnus tantum teſtis concludens præſumptiuè, vtputa ſcire, quia Vicinus, Purpurat. in l. 1. num. 114. ff. ſi cert. petat.

80 Trigeſimooctauò, † non defertur in cauſa, in qua agitur de Homagio, Purpurat. conſ. 6. nu. 35. lib. 1.

81 Trigeſimononò quęro, quid † ſi Iudex appellanti dedit Apoſtolos reuerentiales, quo caſu appellans tenetur committere cauſam intra decem dies, aliàs appellatio deſeritur; Caputaq. Deciſ. 31. & ſeq. parte 1. in impreſſ. an ſit deferendum iuramentum in ſupplemẽtum, ad probandas diligentias factas pro expediẽda commiſsione, ad effectum euitandæ deſertionis; Et quia non eſt veriſimile, vt intra decem dies Commiſsionem expedire non potuerit, & apparet de nimia negligentia, Rota reſoluit, non eſſe deferendum. Rubeus Deciſ. 443. Iuramentum in ſupplementum, præſertim quod habebat remedium adeundi Regentem Cancellariæ, & obtinere fidem præſentationis, quæ ſufficit ad excuſandam deſertionem, Caſſado. Deciſ. 4. num. 2. de appellat. Creſcent. Deciſ. 61. lib. 2. in manuſcript. vide notata infra, in 4. parte, in effectu 129.

82 Quadrageſimò, † nec locus eſt huiuſmodi iuramento, quando agens ad reſciſsionem contractus, non plenè probaſſet læſionem. Pinell. in l. 2. par. 4. c. 3. nu. 13.

83 Et tandem notabis in hac materia, quod huiuſmodi ſuppletiuũ

G iura-

iuramentum deferēdum eſt à Iudice ſedente pro tribunali, ad Bal. in c.1.verſ.Item quia defertur, num.6. de iureiur. & cauſa cognita. Soc.conſ.136.nu.8.verſ.primo quia, lib.1. & parte præſente. Ang. in l.certum,§.ſi quis abſente,nu.4.ff.de confeſſ.

84 Solet etiam dubitari, quando † aliquis ſemiplenè probauit, & petit ſibi deferri huiuſmodi iuramentum,ſi pars aduerſa neget eſſe locum delationi,ſub prætextu, quòd agatur de cauſa magna, quis probare teneatur magnitudinem cauſæ? Diſceptat hanc quæſtionem Socin.in conſ.136.num.12.& ſeq.lib. 1. & concludit,arbitrio Iudicis admittendum qui neget,aut deferat, attentis cauſæ circunſtantijs,& qualitatibus perſonarum, abſque alia probatione,ſi cauſa magna vel parua comprobetur.

85 Quid autem † ſi concurrunt tantum aliquæ præſumptiones, an ſit deferendum iuramentum in ſupplementum? Dicendum eſt inprimis,ob ſolam præſumptionem non eſſe deferendum,l.3.§.1.vbi gloſ.in ver.ſi leuior,ff.de minorib.Si autem vna vehemens, vel plures,quæ facerent ſemiplenam probationem,concurrerent,tunc deferri poſſet,vt Iaſ.adnotauit in d.l.admonendi,nu.86. Grammat.cōſil.ciuili 18.nu.8.vide Menoch.de arbitr. quæſtio. lib.2. Centur.2. Caſu 190.num.3.Maſcar.de probationib.concluſ.957.nu.5.& ſeq. Seraphin.d.priuil.33.nu.38.

Sunt etiam aliqui caſus, quibus vnus tantum teſtis ſufficit abſq; alia ſuppletione iuramenti.Marſil.in Singu.433. Curtius in d.l.admonendi,num.68.qui alios citat.

86 Quid autem † ſi contra ſemiplenam Actoris intentionem extent aliquæ præſumptiones ad Rei fauorem? vide Maſcard. in d. Concluſ.957.nu.23.

87 Quadrageſimoprimò, non † eſt locus huic iuramento in ſupplementum, quando probatio reſultat ex teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriam,ad Curt.ſen.in Repet.l.admonendi,nume. 159.in fine,& num.ſeq.in 25. fallent. de iureiur. inter Repetentes. Seraphin.d.priuileg.33.nu.165.

88 Quadrageſimoſecundò limitatur, † non procedere, vbi per viā denunciationis Euangelicæ procederetur,Curtius ſen.in d.repetit. l.admonendi,inter Repetent.num.162.in 35.fallent.Seraph. d.priuileg.33.num.191.

89 Quadrageſimotertiò fallit, † niſi pars petat ſibi deferri, quia ea non petente, non eſt deferendum, de communi Caccialup. inter Repetentes,in l.admonendi, num.171. verſ. circa primum an partis,de iureiur.vbi Curtius ſenior, num.164. Limitat. 39. vide Seraphin.ibid.num.192.

90 An † autem Iudex parti etiam non petenti deferre valeat, tractatur ibid. nume.195. & vide Caccialup. concludentem pro negatiua

gatiua vbi ſupra, numero 171. verſic. igitur concludamus.

91 Quadrageſimoquartò, nec procedit, † vbi quis probare vellet ſe procuratorem in rem ſuam, Cato Saccus, inter Repetentes, in d.l. admonendi, nu.98. in 3. fallent.

92 Quadrageſimoquintò, vbi † agitur de aliquo probando, quod eſt extraneum à natura actus, de quo agitur, Saccus ibid. nu. 100. in quinta Limit. & inter eoſdem Repetentes in eadem l. admonendi, Curtius ſenior, num. 157. verſ. decimo fallit.

93 Quadrageſimoſextò, non procedit, vbi † Lex requirit de aliquo fidem fieri, vel quòd ſufficienter oſtendatur. Curtius ſenior, inter Repetentes, in d.l. admonendi, nu. 160. in 29. Limitat. vbi nonnulla adducit pro limitationis fundamento, & ſubiungit, eam ſibi non placere: prout nec nos eam amplectimur, quoniam Lex in omni caſu, vbi pars neget ex aduerſo allegata eſſe vera, requirit de eis fieri fidem ab allegante, vt ea legitimè probet, l. 1. C. l. 2. ff. de probat. cum alijs triuialibus: & nihilominus inter legitimas probationes admittit iſtam, quæ fit ex dicto vnius teſtis cum iuramento suppletiuo, dummodò teſtis ſit omni exceptione maior, vt diximus ſupra, num. 3. & dummodò iurans non patiatur exceptionem, vt deductũ

94 eſt ſupra, num. 52. & ſequent. Qua attenta ratione, nec † placet ea limitatio de qua ſupra, num. 25. in 10. Limitatione, dum ibi citantur Doctores volentes non eſſe locum iuramento ſuppletiuo, vbi Lex requirat legitimas probationes: quia negari non poteſt, quin hæc probatio per vnum teſtem omni exceptione maiorem, iuncto iureiurando partis non patientis aliquam exceptionem, ſit, & dicatur legitima probatio, cum ſi non eſſet, non aliàs admitteretur.

95 Quadrageſimoſeptimò fallit, † vbi ex tali iuramento ſequeretur fundatio iuriſdictionis Iudicis in aliquo caſu, verbi gratia: Ciuis accuſat Forenſem pro iniuria vel damno ſibi dato, & id probare intendit per vnum teſtem de viſu, & iuramentum ſuppletiuum: negat Forenſis ſe culpabilem, & inquit ſe non ſubiectum Iuriſdictioni cum ſit Forenſis: inquit Curt. ſenior, in l. admonendi, num. 162. in 36. Limitat. de iureiur. inter Repetentes, quod cum ex admiſſione huius iuramenti ſequatur Iuriſdictio eius Iudicis contra Forenſem, illi aliàs non ſubiectum, quod propterea plena probatio eſt neceſſaria, nec eſt locus delationi huius iuramenti.

96 Quadrageſimooctauò, vbi † teſtis licet plene ſuper facto deponat, tamen ſuper interrogatorio concernente factum non reſpondit, Curt. ſenior, inter Repetentes, d.l. admonendi, num. 164. in 43. Limitat. de iureiuran. ex eo ſiquidem, quod reſpondere noluit, ſit ſuſpectus, & fidem non meretur, vt vltra citata per illum deducit Decius in l. 2. nu. 43. C. de eden. Latè diſcutitur per Caputaquenſ. in Deciſ. 26. quæ incipit: Fuerat pronunciatum, lib. 2. in manuſcrip.

vbi vide. Licet Rota aliàs dubitauerit de validitate talis examinis, atteſtando, quod magis communis ſentẽtia inclinet pro nullitate; ſed Sacrum Auditoriũ ex æquitate illud ſolet ſuſtinere, nè culpa examinantis noceat parti,& ideo fore teſtem repetendum, vt habetur per Acorambon.in Deciſ.28. quæ incipit: fuerunt examinati, lib.1.in manuſcriptis. Quæ ratio militat, vbi fuerit omiſſa interrogatio, ſecùs autem, vbi interrogatus reſpondere recuſauerit, quia tunc militat ſuſpitio,per Decium,& alios ponderata.

Et quando non fuit interrogatus,an ſit locus iuramento, tangit ibid.Curtius num.176.in 47.Limitat.& nonnulla ad materia deducit Seraphin.in d.priuileg.33.num.196.

97 Quadrageſimonò limitatur, † vbi teſtis non reddat rationem ſui dicti: quia non facit ſemiplenam probationem, & conſequenter non eſt locus huic iuramento; quod magni facit Curt. ſenior, ibid. nume.178.in 48. fallent. Seraphin. dicto priuileg. 33. nume. 210.& ſeq.

Quod ita ſimpliciter pronunciatum, eſt valde periculoſum: reſtringe ergo & intellige hanc fallentiam procedere, quando teſtis deponit de his,quæ potius intellectu, quam ſenſu corporeo percipiuntur,vtpote ſi deponat ſuper valore, iure decimandi, ſuper iuriſdictione,& ſimilibus,vt optimè declarat Felyn. videndus in cap. cum cauſam,nu.3.verſ.& per hanc fallentiam, de teſtib. in his, niſi reddat cauſam ſcientiæ, nihil probat, vt ibi in eodem verſ. ſubiungit.& Iaſ.in eadem l.admonendi,nu.296.verſ.ex iſta ratione Baldi. Hancque diſtinctionem approbat Rota,vt in his, quæ ſenſu corporis percipiuntur,teſtis non reddens cauſam ſcientiæ, (quia non interrogatus) probet,& ſecùs in his,quæ intellectu,nõ corporeo ſenſu percipiuntur,ad Caſſador. Deciſ.3.num.7.de probat.

98 Quinquageſima eſt fallentia, † relata per eundem Curtium ſeniorem ibid.num. 178.in 51. Limitatione, ad docendum de mandato Iudicis exequentis; quia mandatum iudicis emendantis,& delegantis,eſt plenè probandum, nec datur iuramentum ſuppletiuũ; Et vltra ibi dicta per Curtium,potes aliam reddere rationem, quia agitur de probanda Iuriſdictione huius Iudicis exequutoris, quæ eſt plenè probanda, vt dictum eſt ſuprà, nu.94. in 47. Limitat. quę cum iſta reincidit.

99 Quinquageſimaprima eſt limitatio, † in Arbitris voluntariè aſſumptis,coram quibus non eſt locus huic ſuppletiuo iuramento, vt refert Curt.ſen.vbi ſuprà,in 55.fallent. num.179. ſed vti minus veram illam ibidem reprobat, quam tamen ſequitur Seraphin. d.priuileg.33.num.22.

100 Quinquageſimaſecunda fallentia datur, quando † quis fuiſſet proteſtatus contra teſtem à parte prius inductum, & poſtea ipſe reproduxit

produxit contra Aduerſarium, quia ex huius dictis non eſſet ei deferendum iuramentum in ſupplementum, ſtante dicta proteſtatione antea facta: quia non videtur teſtis omni exceptione maior. Curtius ſenior, ibid. nu. 179. in 56. Limitat. quam fundat in auctoritate Archid. in c. ſi quid veri, 37. diſtin. in quodam Singulari Ludou. Romani, quod corruptè allegat, ſed vult allegare in Sing. 687. ſequitur Seraphin. in d. priuileg. 33. nu. 208.

101 Quam fallentiam † putamus eſſe minus veram, & nullo iure probari. Primò, allegata gloſ. in cap. præſentium, potius probat totum oppoſitum, dum inquit per proteſtationem factam de obijciendo, videri, quod proteſtans noluerit teſti fidem fore adhibendam: nec ergo ad ſui fauorem eſt credendum; ſed reſpondet hunc intellectum non eſſe probabilem, quia licet proteſtando reprobem perſonam, non ideo videor reprobare dicta: ſolaque proteſtatio ſi vlterius non ſit proceſſum, non obeſt: quia licet deſiſtere ante ſententiam, ex iuribus quæ ibi citantur; Et ſubiungit, ſola proteſtatio non nocet, ſi non fuerit proceſſum ad vlteriora. & Archidiac. in d. cap. ſi quid veri, nume. 2. inquit, ſi vnus teſtis dicit pro illo, qui fuit proteſtatus de obijciendo contra eum, quod ex dictis huius teſtis non eſſet deferendum iuramentum in fauorem eius, qui de obijciendo fuerat proteſtatus; Et omiſſo an hoc ſit verum, de quo generaliter admiſſo valde dubito, quoniam ſi ſola adſit proteſtatio, & vlterius proceſſum non fuerit, pœnitere licuit, ex notatis in dicta gloſ. & alijs proximè deducendis.

102 Cum teſtis ſit approbatus ab Aduerſario, & † contra eum, qui induxit, faciat plenam probationem, iuxta receptam ſentẽtiam, de qua Socin. iun. conſ. 69. num. 14. lib. 1. Aymo, in conſ. 100. in fi. Cephal. conſ. 141. n. 14. lib. 1. Menoch. cõſ. 60. n. 18. lib. 1. Burſat. conſ. 87. num. 4. lib. 1. Deciſ. Ianuenſ. 13. nume. 15. Rimin. iun. conſ. 210. num. 31. lib. 2. Simon de Pret. conſ. 8. num. 3. Gabr. de teſtib. Concl. 1. num. 14. & ſeq. vbi de communi. Non video cur non ſit locus iuramento ſuppletiuo, quatenus velimus vt non faceret plenam probationem.

At huiuſmodi doctrinæ non faciunt ad propoſitam quæſtionẽ, quæ eſt, quando teſtis ex aduerſo inductus, contra quem proteſtatus fui de excipiendo, fuit à me ſubſequenter in eadem inſtantia re productus, & plenè depoſuit ad mei fauorem; an ex huius teſtis depoſitione mihi poſſit deferri iuramentum in ſupplementum.

Et quæſtio iſta minus eſt dubitabilis, quoniam ſumus in teſte ex aduerſo approbato, ex quo Aduerſarius illum pro ſe induxit; Pro-
103 inde taliter approbaſſe dicitur, quod † contra eius perſonam amplius obijcere nequit. Grammat. in Deciſ. 34. num. 11. Pariſ. in conſ. 88. numero 11. & 12. lib. 3. & tenuit Rota, vt bene deducitur à

R.P.D. meo Seraphino, in ſuis Deciſionibus manuſcriptis, Deciſ. 217. libro 1. quæ incipit: Cauſa fuit ter propoſita. vbi latè ad materiam.

104 Minusque refragatur † ea proteſtatio, quoniam dicitur ab ea receſſum, eo ipſo, quod illum teſtem pro me nominaui, & induxi, ad Boer. videndum in Deciſ. 245. num. 6.

105 Quinquageſimaſecunda datur limitatio, † vbi Reus conueniretur non ex proprio, ſed alterius delicto, in vim alicuius Priuilegij, vel Statuti, vtpotè diſponitur à Statuto, vt Communitas teneatur ad emendationem damni dati in ſuo territorio, tali enim caſu, vera probatio requiritur, nec ſufficit vnus teſtis cum iuramento, vt deducit Curt. ſenior, inter Repetentes, in d. l. admonendi, num. 179. in 57. fallent. Seraphin. dicto priuileg. 33. nume. 209. verſic. trigeſimoſecundo.

106 Quinquageſimatertia eſt fallentia, † vbi agitur de iuſto impedimento probando per citatum, quia tunc regulariter vnus teſtis nõ ſufficit, vt deferri poſsit hoc iuramentum in ſupplementum, ex citatis per eundem Curt. ibid. in 60. fallent. vbi tamen id relinquit arbitrio Iudicis. Sequitur Seraphin. d. priuileg. 33. num. 221. Verum his non leuiter obſtant notata infrà, in quarta parte, in effectu 54. præſertim num. quarto, quæ videas.

107 Quinquageſimaquarta, & notabilis eſt limitatio, † vt non deferatur iuramentum ſuppletiuum ex dicto vnius tantum militis ſtipẽdiarij, quoniam tales non ſunt approbatæ vitæ, vt deducit Curt. ſenior, ibid. num. 179. in 62. Limitat. vbi tamen declarat id procedere in militibus ſeruientibus in alio bello quam moto per Papam, aut Imperatorem, quod eſt illicitum.

Plures alias Limitationes data opera prætermiſi, vel quia ſunt impertinentes, vel cadunt potius ſub illationibus factis ad 28. Limitationem, de qua ſuprà num. 44. vel ad trigeſimamprimam, de qua num. 80. Quas omnes illationes alij pro particularibus Limitationibus adnotarunt; quod ſi facere voluiſſem, cumulare poteram 70. & amplius Limitationes.

SVMMARIVM.

1 *Triplex eſt iuramentum in litem, Singulare, Affectionis, & Veritatis.*

2 *Materia eſt perdifficilis & intricata.*

3 *Iuramentum huiuſmodi non in omnibus, ſed in bonæ fidei actionibus præſtatur, & etiam in actionibus ſtricti iuris, ex accidenti factis arbitrarijs.*

4 *Actiones nominatæ in §. bonæ fidei, Inſtit. de action. ſunt omnes bonæ fidei, & reliquæ ibi non nominatæ, ſunt ſtricti iuris.*

Actionum

5 *Actionum ſtricti iuris aliæ ſunt arbitrariæ, aliæ ſimpliciter ſtricti iuris. & num.6.*
7 *Actio ſtricti iuris efficitur arbitraria, vbi præcedit iuſſus Iudicis, & pars ſit contumax in parendo.*
8 *Tribus modis arbitrariæ exiſtimantur. & num.9.10.& ſeq.*
12 *Paul.impugnat vltimum modum, Author defendit.num.13.& ſeq.*
15 *In actionibus ex accidenti arbitrarijs lucri ratio habetur.*
16 *Duæque ſententiæ ſunt neceſſariæ quæ ibi declarantur.*
17 *Si delatum fuerit iuramentum affectionis, reuocari poteſt antequam iuretur.*
18 *Taxatio Iudicis præcedere debet.*
19 *Quid Iudex ponderare debeat in huiuſmodi delatione.*
20 *Taxatio an poſſit excedere duplum communis æſtimationis?*
21 *Iudicis arbitrio remittitur, an deferat huiuſmodi iuramentum.*
22 *Coram arbitratoribus non eſt locus huic iuramento.*
23 *Nec illi eſt locus in cauſa furti.*
24 *Nec eſt neceſſaria partis citatio in delatione eius.*

De iuramento in litem. Artic. VII.

1 IVRAMENTVM in litem, † in tres ſpecies diſtinxere Doctores, videlicet in Singulare, Affectionis, & Veritatis, vt omnes adnotarunt in Rubr.ff.de in lit.iuran.

2 Verum, quia † materia perdifficilis eſt, quam Fulgoſ. dum ſcholaris eſſet, nunquã ſe potuiſſe intelligere refert Iaſ. in ea Rubr. in princ.& Bart.l.in actionibus, in finalib. verbis, eod.tit. dixit eam materiam nunquam intellexiſſe, niſi tunc eam legem repetendo, & quam non minus Iuriſconſulti, quam Doctores materiam pertractantes ſatis obſcurè, & intricatè declararunt; ſiquidem Paulus de Caſtro, in d.l.in actionibus, nu.1.aſſeruit, eſſe ſatis tenebroſam, & quam Bartol.dum declarare voluit, mirabiliter, (vt inquit) infraſcauit; & Ioan.Fabri, in §.præterea quaſdam, num.6. verſ.præterea Petrus dicit, Inſtitut. de action. inquit ſe ſuper hac materia velle potius diſcere, quàm docere. Propterea, omiſſis ſcrupuloſis ſubtilitatibus, quæ nil releuant in praxi, illam (adiuuante Dei gratia) elucidare conabimur.

Et præmiſſis nonnullis in genere, ad intelligentiam materiæ cõferẽtibus, poſtmodum antedictas tres iuriſiurandi in litem ſpecies particulariter diſcutiemus, ita, vt quam facillimè etiam à nouitijs, & tyronibus intelligi poſſint.

3 Præmittimus igitur, quod † iuſiurandum in litem, non in omnibus, ſed in bonæ fidei actionibus proteſtari ſolet; vel in ſtricti iuris

ex accidenti factis arbitrarijs, vt deducunt omnes, in dicta leg. in actionibus.

4 Et ad faciliorem intelligentiã recenſemus, † quod omnes actiones, quæ enumerantur in §. bonæ fidei, Inſtit. de action. dicuntur, & ſunt actiones bonæ fidei: cæteræ omnes ibi non ſpecificatæ reputantur actiones ſtricti iuris. Vt vltrà Scribentes in d. §. notat Dec. in d. l. in actionibus, num. quarto, Iaſ. in l. ſi quis cum alter, num. 19. de verb. oblig.

5 Et earum † quæ ſunt ſtricti iuris, aliæ ſunt arbitrariæ, in quibus Iudicis officium valde operatur. Citatur paſsim in id §. præterea, Inſtitut. de action. qui ſecundum aliquos id non probat, ſed propoſitio vera eſt, vt patebit ex infrà dicendis: Dicunturque arbitrariæ quoniam in illis Iudex incidenter, & præter naturam actionis incipit habere arbitrium, & ideo ſolæ actiones ſtricti iuris effici poſsũt arbitrariæ: cum in actionibus bonæ fidei, Iudicis officium exuberet, & ex natura actionis poſsit Iudex deferre iuramentũ in litem, etiam pro fructibus, & vſuris, vt declarat Iaſ. in d. l. in actionibus, num. 3. & 5.

6 Aliæ quæ ex accidenti non fiunt arbitrariæ, ſunt ſimpliciter ſtricti iuris, in quibus ceſſat arbitrium Iudicis, vt adnotant omnes in d. l. in actionibus, præſertim Salyc. & Iaſ. de in lit. iuran.

Et quoad huiuſmodi iuramenti delationem, ſciendum eſt, om-
7 nem † ſtricti iuris actionem, effici arbitrariam, ſi precedat iuſſus Iudicis, & pars ſit contumax in parendo: Bart. in d. l. in actionibus, nume. 19. & ſequent. vbi Angel. in §. planè, num. 1. verſ. in eadem gloſ. ibi, ſeruus eſt. latè Paul. ibid. num. 4. & 6. diſtinguens tres caſus, quos vide. Salycet. ibid. num. 7. Iaſ. nume. 5. & bene declarat Io. Fabri, §. præterea, vbi latè de materia, Inſtit. de action. Ploт. l. ſi quando, nu. 563. C. vnde vi.

8 Tribuſque † modis arbitrariæ exiſtimantur.

Primò omnes reales actiones dicuntur arbitrariæ, quia conceditur arbitrium Iudici vt poſsit condemnare Reum, vbi in his realibus nulla Rei præſupponitur obligatio. Perinde de ſtricto iure nequiret Iudex eum condemnare ad dandum vel reſtituendum, ſed dumtaxat declarare Actorem eſſe Dominum, vel aliter ad eum rẽ pertinere; Ex mora autem Rei reſtituere renuentis, datur arbitrium Iudici, vt condemnare valeat. Proinde, ob dolum aut moram Rei, actio realis efficitur arbitraria. Io. Fabri, in d. §. præterea, nu. 4.

9 Secundò † modo efficiuntur arbitrarię, ſcilicèt ob dolum à principio commiſſum, vtpote, in actione de dolo, vel quod metus cauſa, quæ ſunt actiones ſtricti iuris, cum non enumerentur in d. §. bonæ fidei, quarum natura eſt, vt non fiat condemnatio, niſi tantum in eo, quod obligatio cantat: nam ſi dolo, vi, aut metu, me induxi-

ſti

ſti ad tradendum tibi equum, valoris ſcutorum 50. eumque non reſtituis, Iudex attento rigore condemnare nequiret, niſi ad equi, vel eius valoris reſtitutionem, ſi non extet: nihilominus attento dolo, condemnare poterit, quatenus in litem iurauero, ſecundum affectionem, vt deducemus infrà, dum agetur de iuramento affectionis.

10 Tertiò modo † efficiuntur arbitrariæ, ratione loci conuenti, vt potè, promiſiſti ſoluere centum Capuæ tali die, & non ſoluiſti, iudex attento rigore, non deberet condemnare niſi in ſolis ſcutis cētum, vt cantat promiſsio; Ratione autem loci, poteſt mea longe plus intereſſe: proinde ob moram tuam, iudex poterit condemnare etiam in intereſſe, l.3. §. nunc de officio, ff. de eo quod certo loco.

11 Tres huiuſmodi † modos, quibus ſtricti iuris actiones arbitrarię efficiuntur, proſequitur Paul. in d.l. in actionibus, num.3. de in lit.
12 iuran. Impugnat † autem ultimum modum ratione loci, ibid. in verſic. ſi autē ratione loci, dicens, id non reperiri bene expreſſum; Proinde, exiſtimat tali caſu intereſſe legitimè fore probandum per teſtes; Idemq; ſentit Iaſ. ibid. num.7. verſ. declaro, pone quod. Plot.
13 in l. ſi quando, nume. 564. C. vnde vi. Nos † autem ſumus in contraria ſententia, quod expreſſum ſit in iure, vt actio ſtricti iuris ratione moræ in non ſoluendo in loco conuento, fiat arbitraria, vt habetur in pluribus legibus eius tituli, ff. de eo quod cer. loco, & ſignanter in l.3. §. nunc de officio, vbi dicitur: quid ſi traiectitiam pecuniam dederit Epheſi recepturus, vbi ſub pœna pecuniam debebat, vel ſub pignoribus? Et diſtracta ſunt pignora, vel pœna commiſſa mora tua? vel animalia mortua, vel fiſco aliquid debebatur; & res ſtipulatoris viliſsimè diſtracta eſt? In hanc arbitrariam quod interfuit veniet; & quidem vltra legitimum modum vſurarum. Hactenus Iureconſultus.

14 Cumque in † huiuſmodi caſu, & mora Rei non ſoluentis in loco promiſſo, difficultaſque probandi intereſſe concurrat, cum ſit difficilis probationis, ad Dec. in l. fin. nume. 74. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. vbi Rebuff. ſuper glo. in ver. ſubtilitatem, nu.2. Iaſ. in Rubr. de in lit. iuran. in final. verb. & agatur actione ſtricti iuris facta arbitraria, ſequitur, vt ſit locus iuramento in litem, quod dicitur veritatis, ad Plot. in l. ſi quando, nu. 870. C. vnde vi. Paul. in d. Rubr. de in lit. iuran. nu. 12. verſ. tertio poteſt. Decius in l. in actionibus, nu. 31. eod. tit. Rimin. conſ. 54. nu. 1. lib. 1.

15 Notandumque eſt † in his ſtricti iuris actionibus ex accidenti arbitrarijs lucri rationem haberi, l.3. §. nunc de officio, ver. in hanc arbitrariam, vbi glo. ſuper ver. & lucri, de eo quod cer. loco, duaſ-
16 que † fore ſententias neceſſarias, condemnatur enim primo Reus

ad

ad exhibendum,reſtituendum,vel quid ſimile,vt caſus dabit; & ſi contumax erit in obediendo; tunc attenta contumacia,iudici datur arbitrium condemnandi in damna, & intereſſe, delato Actori iuramento in litem, fereturq; ſententia in qua Reum condemnabit in ſummam iuratam,vt declarat Iaſ.in d.l.in actionibus,num.6. de in lit.iuran.Io.Fab.in §.præterea,num. 12.vbi uideatur.Inſtitut. de action. qui notat vnum tantum ſufficere, & ibid. latè Iaſ. nume.30.& ſequen.vbi uideas. Seraphin.de priuileg. iuram.in priuileg.31.num.118.

17 Eſtque aduertendum, quod † ſi delatum fuerit iuramentum affectionis, poterit illud reuocari ante iuramenti præſtationem, & ſi iam iuratum fuerit illud non ſequi,ſi magna cauſa ſubſiſtat,vt inquit Vulpian.in l.uideamus,§.deferre,ibique notant omnes,de in lit.iuran.ſecùs autem in iuramento in litem,quod dicitur veritatis; quoniam poſt præſtitum iuramentum, iudex ei ſtare tenetur; Ratio redditur à Doctoribus, quoniam in iuramento in litem, quod eſt affectionis, Actor iurat habere rem de qua agitur charam pro centum. Proinde, ſi iudex illud retractaret, periurium aliquod nõ detegeret,ex quo Actor non iurauit ſuper veritate valoris,aut intereſſe,ſed ſuper eius affectione, quam ſi immoderata eſt, ſequi non tenetur: at in iuramento veritatis Actor iurat,vel ſuper vero valore, vel quod verè tanti ſua intereſt, ideo ſi iudex minus dare velit, oſtenderet ſuſpectam habere iurãtis fidem,quaſi peieraſſet,& ideo ſtandum iuramento.Paul.in d.l.videamus, §.differre,num.7. de in lit.iuran.vide Ang.ſimiliter, num.7.& Iaſ.nume.12. Rebuff. l.vni. gloſ.5.nume.91.& 92.C.de ſent. quæ pro eo quod inte. Seraphin. de priu.iuram.priuil.32.nu.5.& 6.

Præmiſsis autem obſtare uidetur, quod cum iuramentum præ-
18 cedere debeat taxatio iudicis,vt proximè deducemus,† poſtquam iudex ad certam vſque ſummam taxauit,quam iurãs excedere prohibetur, ceſſare videtur immoderata affectio, cum præſumendum ſit, quod iudex non fuerit iniquè arbitratus in taxatione, & cum iuxta eam iuratum ſit, ceſſat illa ratio Doctorum de immoderata affectione,quam iudex ſequi non tenetur, quoniam reprobare videtur ab ipſomet factam taxationem,iuxta quam præſtitum eſt iuſiurandum. Huiuſmodi obiectionem tollit textus in d.§.deferre, dum non ſimpliciter dixit, ſed adhibito moderamine, vt iudex ex magna cauſa & poſtea repertis probationibus à iuramento recedere poſsit,& tunc quia conſtaret de errore taxationis, non mirum ſi ab ea ſit recedendum.

19 Iudex † autem antequam ad huius iuriſiurandi præſtationẽ deueniat,diligenter omnibus ponderatis iuxta cauſæ,& facti, & perſonarum qualitatem & circunſtantiam, certam quantitatem taxare

re debet,ſtatuens modum præſtando iuramento,vt euitetur immē ſitas,vt habetur in præcitato §. deferre.vide Ruin. conſ.35.num.7. lib.quinto. Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg.31. nume.94. Quæ iudicis taxatio in hoc iuramento veritatis ſemper præcedere debet vbi in iuramento affectionis ſubſequi poteſt. Iaſ. in d.§.deferre.num.12.

20 Huiuſmodi † autem taxatio duplum communis æſtimationis excedere nequit, Decius in d.l.in actionibus; nu.8. de in lit.iuran. Iaſ.d.§.deferre,nume.4.& hodie per l.vnicam, C.de ſent. quæ pro eo quod inter.remanet indubitatum, cum ex ea limitentur omnes leges tituli, ff. de in lit. iuran. quod ſcilicet iuramentum in litem, quoad intereſſe, nulla caſu poſsit excedere duplum, vt poſt alios aduertit Rebuff.ibi.ſuper glo.1.nume.95.& in gloſ.ſuper ver.contractibus, num.6.

21 Sunt & † qui velint in mero Iudicis arbitrio reſidere an deferat Actori iuramentum in litem: ſed concurrentibus requiſitis, contraria ſententia videtur verior, ex notatis per Viuium in ſuis communibus,opin.60.num.4.

22 Notabis † tamen,quod coram arbitratoribus non eſt locus iuramento in litem, vt concludit Seraphin. poſt alios, in priuileg.31. num.75.de priuil.iuram. An autem coram arbitris deferri poſsit,vide Grat.in conſi.10.num.29. 30.31.& ſeq.& num.23.lib.2. Prout nec defertur in his, quæ iudicis officio veniunt expedienda, Grat. d.conſi.10.nu.21.& 22.

Et quod licet damnum paſſo ex forma ſtatuti competat iuramē-
23 tum in litem,non † tamen datur in cauſa furti, quoniam cauſa eſt criminalis,ad Viuium,opin.788.in princ.vbi multos inducit, licet aliqui contradicant,quos concordare conatur Seraph. vbi ſup.nu.64.vide Beroum,conſi.213.& conſ.ſeq.lib.3.

24 In delatione † autem huius iuramenti, quod eſt notabile, non eſt neceſſaria partis citatio, ad citata per Seraphin. in d. priuileg.31.num.93.

SVMMARIVM.

1 *Cur vocetur iuramentum Veritatis.*
2 *Aliàs vocatur iuramentum veræ æſtimationis.*
3 *Defertur duobus concurrentibus, dolo ſcilicet partis aduerſæ, & difficultate probationis.*
4 *Datur contra hoſpitem diſſigillantem valiſiam ſibi conſignatam.*
5 *Et contra tutorem omittentem omnia deſcribere in inuentario.*
6 *Datur Vxori, quæ plura bona mobilia detulit ad domum uiri,& probat delationem, nam cum hoc iuramento probat illorum ualorem, & contra*

contra uſufructuarium, qui non fecit inuentarium rerum ſibi relictarum.

7 Defertur contra non exhibentes ſcripturas, ad quas tenetur, & contra lacerantem ſcripturas.

8 Et contra ſocium aperientem capſam communem. Et quid in hærede negante res exhibere legatario etiam in inuentario deſcriptas. ſub num. eod.

9 Et contra creditorem non reſtituentem pignus debitori, offerenti ſatiſfactionem.

10 Et contra negantem mutuum ſibi factum, probato credito in genere.

11 Quid ſi non neget mutuum, ſed referat ſe ad apocam propria manu ſcriptam, quam aſſerit eſſe penes creditorem?

12 An in huiuſmodi iuramento, vt præſtetur, ſufficiat lata culpa Rei; vel requiratur, vt adſit etiam dolus, & nu. 13.

14 Mora ſola obligat ad damna, & intereſſe.

15 Damna & intereſſe contra moroſum hoc iuramento liquidantur.

16 Quid ſi peccatum ſit tantum in omittendo.

17 Dolus præſumptus an ſufficiat.

18 Tutor, & curator in cauſa pupilli vel minoris iurare poſſunt, ſed non compelluntur, & dummodo ſint informati.

19 Quæ & qualis ſit forma eorum iuramenti.

20 Non datur hoc iuramentum contra hæredem doloſi.

21 Pari iure nec defertur hæredi damnum paſſi, niſi ſit informatus.

22 An credatur hæredi, quod notitiam habeat & ſit informatus? & quid ſi iuret ſe ita credere?

23 In hoc iuramento inſpicitur tempus carioris valoris.

24 Et in vino, oleo, frumento, & ſimilibus, inſpicitur ſolum intereſſe reſpectu precij.

25 Depoſitarius moroſus in reſtitutione depoſiti, an ſi creditor ob carentiam pecuniæ incidat in notabile damnum, teneatur ad illud reſarciendum, & nu. ſeq.

27 Damna, & intereſſe, quæ ex cõuentione debentur, comprehendunt etiã ea quæ veniunt extra rem.

28 Qualis eſſe debeat difficultas probationis neceſſaria, vt competat iuramentum.

29 Hæcque facultas probandi damna, & intereſſe beneficio iuramenti in litem, competit tam maſculis, quàm fœminis damnum paſſis.

30 Vbi autem talis facultas non de iure communi, ſed vigore Statuti competeret, aliter eſſet dicendum.

31 Iuramento in litem non eſt locus, cum quis tenetur & conuenitur ex facto & dolo alterius, non autem ex proprio.

32 An contra probationem ex iuramento in litem factam, admittatur probatio in contrarium.

Iura-

33 *Iuramento in litem non eſt locus ſtante plena probatione.*
34 *Et an in ſpolio locus ſit eidem in fructuum valoris probatione, ex parte ſpoliati.*

De iuramento in litem quod dicitur veritatis. Artic. VIII.

HIs ad faciliorem intelligentiam præmiſsis, tractandum eſt modo de ipſius iuriſiurandi in litem ſpeciebus, quas tres eſſe Doctores adnotarunt, videlicet Singulare, Affectionis, & Veritatis, & quia merito veritas alijs eſt pręponenda, de ipſa primo loco tractandum erit.

1 Prima igitur † huiuſmodi iuriſiurandi in litem ſpecies, dicitur iuramentum Veritatis, quia deferri ſolet ad probandum veram rei debitæ quantitatem; & aliquando, omiſſo hoc nomine iuramenti
2 Veritatis, nuncupari ſolet † iuramentum veræ æſtimationis, vt inquit Salicet. in l. cum furti, num. 2. verſ. quapropter, ff. de in lit. iur.
3 Deferturque † duobus concurrentibus, dolo ſcilicet aduerſarij, & difficultate probationis. Decius in d. l. in actionibus, num. 31. ff. de in lit. iuran. Plot. l. ſi quando, num. 594. C. vnde vi. Rimin. conſ. 14. num. 1. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 43. num. 29. lib. 1. Natta, conſi. 545. num. 3. lib. 3. Cagnol. l. vni. nume. 130. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Maſcard. de probat. concluſ. 594. num. 13. Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. Cent. 3. Caſu 213. nume. primo. Pone exemplum.
4 Conſignaſti † valiſiam hoſpiti ſigillatam, qui reddit apertam, tunc quia hoſpes diſsigillando eſt in dolo, & militat difficultas probationis ſuper contentis, & incluſis in ea, quæ deficiunt, & ſuper valore, & quantitate, defertur Actori iuramētum huiuſmodi in litem. Ang. in d. l. in actionibus, §. planè, num. 2. vbi Iaſ. num. 41. Viu. opinio. 431. Paul. d. l. in actionibus, nu. 13. Salic. num. 9. Decius, nu. 31. & antè eos, Barto. num. 23. latè Pariſ. conſi. 74. num. 6. & ſeq. lib. 1. Cagnol. d. l. vnica, num. 130. Marſil. in Rubr. C. de probat. nu. 134. in fi. Clar. in pract. crim. in §. furtum, in verſ. pro complemento, Seraph. de priu. iuram. in priu. 31. nu. 107.

Circa huiuſmodi valiſiæ diſsigillationem multa confert Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. Centur. 3. Caſu 208. nu. 26. & pluribus ſeq. ibi vide, quia tranſplantare non placuit.

5 Vel pone quod † tutor non omnes res deſcripſit in inuentario, vel quod non confecit librum rationum, vel quod minus legitimè confecit; quia eſt in dolo, & militat probationis difficultas, poterit aduerſus eum iurari in litem. Socin. conſi. 46. nume. 3. & 4. lib. 1. Plot. l. ſi quando, num. 95. C. vnde vi, Burſat. conſi. 105. num. 5. &

plur.ſeq.lib.1.Menoch.d.Caſu 208.num.16.qui ibi, & nu.ſeq. dat plures declarationes.

6 Vel quod † vxor quæ diuerſa bona mobilia tulit ad domum viri,& veniente caſu reſtitutionis, probat illorum delationem, ſed non valorem, certè illum medio iuramento probare poterit, ut poſt Paul.firmat Seraphin.in priu.31.num.103.de priuil.iuramenti; prout ſimiliter huic iuramento ſtatur contra vſufructuarium, qui non fecit inuentarium rerum,quarum ſibi relictus fuit vſusfructus.Seraphin.ibid.nu.108. Et quale debeat eſſe tale inuentarium, docet Pariſ.videndus,in conſi.95.nu.62.& ſeq. lib.2. quod faciendum eſt,etiam ſi teſtator illud fieri prohibuiſſet,Boerius deciſ.61. nu.12.Bellon.in conſi.54.num.3.

7 Vel fortè † obligatus ad exhibendum inſtrumentum,recuſat,aſſerens ſe id non habere,& quia in dolo eſt,dabitur petenti iuramẽtum in litem,de eo quod continebatur in inſtrumento. Afflict.deciſ.330.num.3.vide inf. parte 4.effectu 127. prout datur contra lacerantem ſcripturam, ex notatis infra parte quarta, in d. effectu 127. in fine.

8 Vel fingas ſocium † aperuiſſe capſam communem,& pecunias, vel bona ſubtraxiſſe, datur enim ſocio pro ſubtractis pecunijs iuramentum in litem. Pariſ.conſil.75.per totum,lib.1. Vel quod hæres neget exhibere res in inuentario deſcriptas, utique poterit legatarius,cuius intereſt, illarum valorem ſuo iuramento probare. Paul. in conſi.212.num.quinto, verſ.tertium dubium,lib.1.ſequitur Seraph.in præcitato priu.31.nu.104.

9 Et ſi † creditor non reſtituat pignus ſuo debitori offerenti ſatiſfactionem,licet dicat, & offerat amiſsionem probare cum iuramẽto,dicitur eſſe in dolo,niſi legitimè probet amiſsionem,& de valore pignoris dabitur Domino iuramentum in litem.Plot.in repetit. l.ſi quando,nu.488.C. vnde vi.

10 Item † mutuaſti Mæuio centum,is requiſitus vt reſtituat, mutuũ negat. Vide etiam inf.par.4.effectu 109.tu probas per teſtes,qui dicunt ſe fuiſſe præſentes quando pecunias numerabas, & Mæuius eas recepit,neſciunt tamen quantitatem,tunc ob dolum partis negantis,& difficultatem probationis,quantitas liquidabitur iuramẽto.Dec.d.l.in actionibus,num.13.de in lit.iuran.Grat.conſi.66.nume.8.lib.1.Marſil.ſing.322. Bart.in l.admonendi, num.48. vbi Iaſ. num.202.de iureiur.Dec.in l.certi condictio, §.quoniam, num.7. ff.ſi cer.petat.& in c.1.num.33. verſ.tertio accedat,de probat. & in conſi.536.num.12.Peruſ.deciſ.100.Curt.ſenior inter Repetent.in l.admonendi,nu.166.verſ.& ideo circa hæc,de iureiur.Faciunt notata inf.par.4.in effectu 109.

11 Quid autem † ſi Reus mutuum non negauerit, immò confeſſus fuerit,

fuerit,aſſerens ſe de eo feciſſe apocam ſua manu ſcriptam,ad quam ſe refert, dicens ſe non recordari de prçciſa quantitate: Actor verò dicit vel apocam factam fuiſſe, vel, caſu eſſe amiſſam: proinde ſumus in caſu, in quo conſtat de crèdito in genere, ſed non liquet de quantitate,negante Reo tantam eſſe,quanta aſſeritur ab Actore,ſed fatente pecuniã ſe habuiſſe mutuo,an tali caſu poſſit Actori deferri iuramentum in litem?

In contingentia facti conſultus, reſpondi pro negatiua, quoniã in huiuſmodi caſu non concurrebat dolus, aut lata culpa in Reo conueto,ex notatis ab Aymone,de antiquit.tempor. §.videamus, & abundè, nume.15.verſ.reſpondetur.Menoch.conſi.81.num.11. & ſeq.lib.1.Ripa,in l.admonendi,num.18.in fine, de iureiur. arridet l.qui reſtituere, verſ.ſi verò nec poteſt, de rei vendic.

12 Reuocatur autem à nonnullis in dubiũ, an † in huiuſmodi iuramento veritatis in litem,ſufficiat lata culpa Rei, vel dolus requiratur; & dolum requiri voluit gloſ.in l.in actionibus, de in lit.iuran. ſentit Menoch.de arbit. quæſtio.lib.2. Centur.3. Caſu 208.nu.14. Barto.ibid.num.1.& vide nume.22. Ang.l.in nummis,nu.primo, verſ.in textu,ibi niſi forte, & in l.in actionibus,§.planè,num.1.verſic.in eadem gloſ.ibi,nec quantum.Rimin. conſil.54.per tot.lib.1. & eam gloſſam communiter approbatam teſtatur Decius,in d.l.in actionibus,num.17. Corn.conſil.81.litera O. verſic.cum dũtaxat, lib.4.Iaſ.conſi.174.num.3.ver.moueor,lib.2. vide Seraphin.de priuil.iuram. priuil.31.num.20.& ſeq. Plot.in l.ſi quando, num.764. C. vnde vi.

13 Econtra † ſufficere latam culpam, ſenſit Caſtrenſ. in l. in actionibus,num.12.verſ.quantum verò ad iuramentum, eod. tit. & expreſſè voluit Decius ibid.nu.12.in 9.notabili,& nume. 17. Burſat. conſ.105.num.8.lib.1.Rimin.iun.conſ.43.num.31.lib.1. Purpurat. conſ.368.num.44.lib.1.Bero.conſ.195.num.12.lib.2.

14 Cumque certum ſit,ex † ſola mora Reum teneri ad damna,& intereſſe,l.quod te,vbi omnes notant, ff. ſi cert. petat. & ea liquidari poſſe per iuramentum in litem, vt proximè deducemus, verior ea ſententia redditur, vt lata culpa ſufficiat, ex quo mora in eo conſiſtit,cum quis facere ceſſat quod ſcit, aut ſcire debet ſe teneri ad faciendum,ad gloſ.in l.mora,ff. de vſur. Curt.iun. conſ.25. num.1.& non implens id,ad quod tenetur, ſi id ſciat, vel ſcire debeat, eſt in dolo,l.ſi procuratorem,§.dolo,l.dolo,ff.manda. Alex. conſ.52.nu. 3.lib.6.cum alijs de quibus Aymo,conſ.6.num.56.& conſ.100. nu. 9.Rimin.conſ.419.num.22.lib.3. Socin.conſ.46. num.5. lib.1. Caputaq. Deciſ.119. num.6. par.2. in impreſſ. Hinc adnotatum eſt, à pleriſque moram committi ita per culpam, ſicuti per dolũ, vt poſt Fulgoſ.& Alexand.ab eo relatos,recenſet Iaſ.in l.quod te, num. 3.

ff.ſi cer.petat.& alludit vulgata Regula: quod lata culpa dolo æqui paretur,ad Decium,in d.l.in actionibus,num.17.de in lit.iuran.licet hoc nō procedat in criminalibus,l.lege Cornelia,ff.ad leg.Cornel.de ſicar.

15 Damna igitur, † & intereſſe contra moroſum,& doloſum liquidari poſſunt iuramēto veritatis in litem, ad Tiraquel. de pœn.temper.Caut.44.nu.28.Plot.in l.ſi quando,nu.90. C.vnde vi. Quamuis contrarium dicatur in Deciſ.Caputaq.183.in fine,par.1. in impreſſ.facit Catellian.in ver.damnum , in ſuis Memoriali. Excipe tamen moram ſine dolo,vtputa, quia iuſta cauſa impeditus, implere non potuit.Plotus ibid.num.611.Quæſtionis eſt autem,an id procedat dumtaxat,ſi dolus,aut culpa, conſiſtat in faciendo,vel etiam in omittendo?Et primo tantum caſu, ſibi locum vendicare voluerunt quamplures, & maximæ auctoritatis Doctores, relati ibidem per Tiraq.in verſ.iſtud tamen procedit.Seraph.de priuil.iura.priuil.31.nu.30.Quamuis non paucos ſucceſsiuè recenſeat nu.29.vt etiam ſi peccatū ſit in omittendo,locus ſit huiuſmodi iuramento; applaudit Socin. iunior,conſ.46.num.5.lib.1.Plot.in d.l.ſi quando, num. 612.Seraphin.ibid.nume.50.& 54. Quod verius arbitramur, cum
16 dolus † non tantum conſiſtat in eo,quod cum fraude, aut culpa faciendo committitur, ſed etiam in eo, quod doloſè, vel culpa fieri omittitur,dicta l.ſi procuratorem, §.dolo, ff. mandati, cum alijs ſuprà relatis.

His alludit Rimin.iunior,in conſ.43.num.31.lib.1. vbi dubitat,
17 an requiratur dolus verus, vel † ſufficiat præſumptus; & poſt relatos Corne.& alios in contrarium,firmat num.48. ſufficere præſumptum.Sequitur Couarru.variar.reſolut.c.14.num.6.lib.2. etſi contrarium voluerit Berous conſ.195.nu.12.

18 Notandum † eſt autem Tutores,& Curatores in litē iurare poſſe in cauſa minorum,ſed non debere cōpelli,ad l.videamus, vbi omnes notant,de in lit.iuran.Intellige tamen, dummodò ſint informati.Plot.in d.l.ſi quando,nu.942.C.vnde vi.

19 Qualis autem † ſit forma huiuſmodi iuramenti ab eis præſtandi,docet Salycet.in d.l.videamus,num.3.vbi Iaſ.num. 1. & generaliter qua forma iurandum ſit in litem, attendit Rebuff. in l. vnica, num.99.glo.1.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt.

20 Cæterum eſt aduertendum,quod † contra hæredem doloſi huiuſmodi iuramentum denegatur, ad l.alio iure, C. de in lit. iuran. Capit.Deciſ.91.num.2.Iaſ.in Rubr.ff.de in lit.iuran. verſ. tertiadecima.vide Salycet.l.in actionibus,num.11.ibid.Plot.d.l.ſi quando, num.772.Tiraquel.de retract.lignag.§.2.gloſ.2.num.3. & ſeq. Daretur autem,vbi auctor fuiſſet in dolo, & contra eum lis conteſtata fuiſſet. Burſat.in conſ.105.num.8.lib.1.

Parique

21 Pariq́ue iure † nec defertur hæredi damnum paſsi, niſi ſit informatus, vt latè proſequitur Plot. in d. l. ſi quando, num. 610. cum pluribus ſequentib. C. vnde vi, vbi Iaſon. numero 51. Granut. Theoremate 19. numero 28. Rolan. conſil. 12. lib. 1. Tiraquel. vbi ſupra. num. 3. & ſeq. & num. 9. & de præſcript. §. 2. gloſ. vnica, in prin. col. 1. & 2. Seraphin. d. priuileg. 31. num. 95. Menoch. de arbitr. quæſtio. lib. 2. Centur. 3. Caſu 208. nu. 12.

Sunt qui diſtinguāt, an facultas iurandi competat beneficio Legis, vel Statuti, & tunc tranſeat, ſecùs ſi ex diſpoſitione hominis. Tiraq. vbi ſuprà, num. 7.

22 An autem † credatur hæredi, quod notitiam habeat, vide Seraphin. d. priuileg. 31. num. 122. & in priuileg. 68. num. 18. & an ſufficiat ſi iuret ita ſe credere. Tiraquel. ibid. nu. 10.

23 Et in huiuſmodi † iuramento in litem inſpicitur tēpus, quo res de qua agitur carioris fuit valoris, & magis intereſt ipſius iurantis. Salycet. in l. cum furti, nu. 3. verſ. quæro quia textus, de in lit. iuran. Plot. d. l. ſi quando, nu. 871.

24 Et vbi agitur de † frumento, vino, oleo, & ſimilibus, conſideratur tantum extrinſecum intereſſe, reſpiciens pretium, & valorem poſtpoſito intereſſe extra rem, ſiue in lucro ſiue in damno conſiſtat, l. ſi ſterilis, §. cum per venditorem, vbi Paul. declarat, ff. de actio. empt. Iaſ. in l. nummis, nu. 3. ff. de in lit. iuran.

25 Ex quo infertur ad notandi caſus deciſionem. † Depoſui apud te ſaccos centum frumenti à me deſtinatos pro ſolutione certi Canonis Eccleſiæ debiti: requiſitus, in tempore non reſtituiſti, & interim dum ago pro cōſequutione, labitur terminus ſolutioni pręſtitutus, eccleſiaq́ue acceptata deuolutione cadere me fecit à iure emphyteutico, an iſtud intereſſe à te recuperare valeam. Et quoniam eſt extra rem, communi calculo firmatum eſt non deberi, Iaſ. in d. l. in nummis, num. 3. & 4. hanc appellat prout eſt, duram deciſionē: ſuper qua vide omnino Rebuff. in l. vnica, gloſ. ſuper ver. dupli, nu. 60. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. vbi ſecùs eſſe dicit in foro conſcientiæ, boniſq́ue mouetur auctoritatibus, dans exemplum in
26 eo, qui † Titio promiſit certam fœni quantitatem, quam cum tradere poſſet, facere recuſauit, & Titius, qui huiuſmodi promiſsione frętus, aliter non prouiderat, ob eius carentiam incurrit notabile damnum, cum perplura eius animalia fame perierint, concluditq́;, promiſsorem in foro conſcientiæ ad tale intereſſe teneri, licet ſit extra rem. In nummis autem venit extrinſecum intereſſe, Iaſ. in d. l. in nummis, in 3. notabili, ex quo ſimiliter infertur in praxi ad aliā deciſionem, de qua infrà, dum de ſingulari intereſſe tractabitur, in articulo 10. vide Viui. Opin. 390. vbi de communi, & etiam Opinio. 389.

27 Eſt autem aduertendum, quod † vbi ex conuentione deberentur damna, & intereſſe, tunc reſarciendum venit etiam extrinſecũ intereſſe. Rebuff. in d. gloſ. ſuper ver. dupli, nu. 72.

28 Et quoniam † vt diximus, vt ſit locus huiuſmodi iuramento in litem, vltrà dolum, latamuè culpã partis, neceſſario requiritur etiã probationis difficultas: Quæro, quando talis difficultas extare dicatur? & breuiter iuxta doctrinam Bart. communiter receptam, adeſſe dicitur, vbicumque res petita non extat, & nequit ad oculũ demonſtrari, vt refert Pariſ. conſ. 74. num. 7. lib. 1. vbi videatur. & declarat Rimin. iunior, conſ. 43. nu. 34. lib. 1. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. Centur. 3. num. 2.

29 Hæcque † facultas probandi damna & intereſſe medio iuramẽto in litem, competens de iure communi, procedit tam quoad maſculos, quam quoad fœminas damnum paſſos, ad Plot. in Repetit. l. ſi quando, nume. 645. verſic. trigeſimoprimo amplia, & num. ſeq. C. vnde vi.

30 Vbi verò † huiuſmodi facultas non iuris communis diſpoſitione, ſed in vim Statuti competeret, ad fœminas porrigeretur. Plot. vbi ſuprà, num. 862.

31 Tandem eſt notandum, non † eſſe locum huic iuramento in litem, contra eum qui non ex proprio, ſed alterius facto, & dolo tenetur, & conuenitur ad Bero. conſ. 195. num. 10. & ſeq. lib. 1. Vide tamen eundem in conſ. 213. num. 6. & pluribus ſeq. lib. 3. & conſi. ſequen. ibid. Menoch. de arbitrar. quæſtio. lib. 2. Centur. 3. Caſu 208. num. 9.

32 An autem † contra huiuſmodi probationem factam ex iuramẽto in litem, admittatur probatio in contrarium non tranſit abſque difficultate; pluraque hincinde congerit Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gloſ. 1. num. 28. & ſeq.

33 Vltimo noto, † non eſſe locum iuramento in litem, vbi adeſt plena probatio. Rimin. iun. conſ. 43. num. 53. lib. 1. faciunt notata ſupra, in 5. art. num. 32.

34 Quid ſi † probatum ſit ſpolium, & tranſportatio fructuum facta à ſpoliatore, an fructuum quantitas ſpoliati iuramento probari valeat? & Rota potius ęquitate mota, pro negatiua reſoluit, vt habetur in Deciſ. 597. in 3. par. Diuerſorum.

SVMMARIVM.

1 *Hæc iuriſiurandi ſpecies non cadit niſi in res, in quas cadit affectio.*
2 *Vtputa in libros apoſtillatos manu alicuius excellentis viri.*
3 *Cuius cauſa longe maioris valoris æſtimantur.*
4 *Quæ & quot numero requirantur vt ſit locus huic iuramento.*

Simplex

5 *Simplex affectio, vbi non ſit vtilitas, non curatur.*
6 *Proinde in catellum licet chariſſimum non cadit hoc iuramentum.*
7 *Et non præterita, ſed præſens affectio inſpicitur.*
8 *Culpa Rei, & aduerſarij conuenti non ſufficit ſed dolus neceſſario etiam requiritur.*
9 *In veritatis iuramento cur lata culpa intercedens ſufficiat, ſecus autem ſit in iuramento affectionis.*
10 *Voluntatis ſatisfactio magnum eſt intereſſe.*
11 *Sed non tamen æquipollet vero damno in bonis paſſo.*
12 *Vbi conuentus non habet rei tradendæ facultatem, nec dolo deſiit habere, ceſſat hoc iuramentum in litem affectionis.*
13 *Et attenditur in æſtimatione ſola affectio, circumſcriptis damnis.*
14 *Tutores, & Curatores hoc iuramentum ſubire non compelluntur.*
15 *Iudex taxare nequit, vt excedat duplum communis intereſſe.*
16 *Et non niſi ex magna cauſa Iudex præſtitum huiuſmodi iuramentum retractare poteſt.*

De iuramento affectionis. Artic. IX.

1 PRæmittimus † hanc iuriſiurandi ſpeciem cadere tantum in res quibus applicari valet hominis affectio, quæ tanta eſſe poteſt, vt Dominus rem adeo diligat, & tanti faciat, quod licet apud alios communiter eſſet parui valoris, apud eum
2 ſit in maximo pretio: habes exemplum † in libris, in quibus diuturnum ſtudium ſit adhibitum, factaque memoria localis, vel notatæ apoſtillæ. Idem dicitur in equis, & ſimilibus, in quæ hominum affectio facillimè cadit, ſi enim accõmodaui Sempronio librum patris mei docti viri, vel alterius excellentis Doctoris manu apoſtillatum, illumque reſtituere negat, ob dolum & contumaciam denegatæ reſtitutionis, dandum eſt mihi iuramentum in litem, quod nũcupatur affectionis, in quo, vltrà verum libri valorem æſtimatur af-
3 fectio in huiuſmodi librum, cuius † intuitu multo maioris precij æſtimabitur, quam æſtimaretur ceſſante huiuſmodi affectione. ad Paul. in Rubr. de in lit. iuran. nume. 2. Iaſ. ibidem nume. 2. Eſſeque tanta poſſet affectio, vt liber aliàs valoris ſcutorum quatuor, æſtimãdus veniret aureis centum, ad Plot. in l. ſi quando, num. 870. C. vnde vi, in quo tamen aduerte ad proximè deducenda, dum adnotabitur hodie ex diſpoſitione l. vnicæ, C. de ſent. quæ pro eo quod inter. intereſſe non poſſe excedere duplum.
4 Quæro igitur † quæ requiruntur ad effectum vt Iudex deferre debeat huiuſmodi iuramentum? Angel. in l. videamus, §. planè, nume. 3. de in lit. iuran. quatuor adducit. Primum, quod iam diximus,

vt agatur de re,quæ recipiat affectionem.Secũdò,vt ſimus in actione bonæ fidei, vel ſtricti iuris, facta arbitraria, quod qualiter eueniat,ſupra declarauimus in principio ſeptimi Articuli, verſ. tribuſq́ue modis.Tertiò,quod iuraturus ſit habilis ad iurandum,vt habetur in l. vulgo,ff.eodem tit. Quartò, quod adſit dolus in Reo conuento.Caſtrenſ.verò ibid.ſuper l.in actionibus, num. 10.longe plura requirit, quæ in effectu reincidunt in idem, ibi videre poteris. Salycet.ibid.num.12.& Iaſ.in Rubr.eiuſ.tit.num.3. Menoch.vbi infrà proximè citandus.

5 Aduertendumq́ue eſt, quod † ſimplex affectio abſque vtilitate non curatur, Decius d.l.in actionibus, num.3. verſ.reperio tamen. Rebuff.in l.vni.glo.1.num.94.de ſent. quæ pro eo quod inter. Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2.Centur.3.Caſu 207.nu.3.

6 Proinde infertur in praxi, quod ſi quis † amiſit catellum, qui ſibi erat in delitijs,vt plures nouimus ſine eo nec ſtare,.nec iter facere valentes,& is reperiatur penes Mæuium, qui doloſè reſtituere recuſet,quod non propterea huic iuramento in litem locus erit:cum licet maxima ſit affectio in eum catellum, & dolus adſit in Reo cõuento,ceſſat tamen vtilitas in illo, ſine qua non debet talis affectio attendi. Rebuff. vbi ſuprà,dat exemplum in zona, quam dono miſit Amaſia, cuius intuitu donatarius eum longe maioris æſtimaret,quam res valeret.

7 Inſpiciturq́ue † non præterita ſed præſens affectio quanti ſcilicèt tẽpore petitæ reſtitutionis ab Actore æſtimetur, ad l.3.vbi omnes notant,ff.commod. Plot.in d.l.ſi quando,nume.87. C.vnde vi.

8 Vtq́ue tali † iuramento ſit locus, non ſufficit Rei conuenti ſola culpa, ſed dolus eſt neceſſarius,per textum, vbi ab omnibus eſt notatum,in l.ſiue noſtrum,de in lit.iuran.Iaſ.in l.2.in princ.ibid.Dec. in l.in actionibus,nu.13.eod.tit.

9 Quæri † autem poſſet, cur in iuramento veritatis vt ſupra concluſimus,lata culpa ſufficiat, vt deferri poſsit iuramẽtum in litem, & in hoc affectionis,contrarium decidatur? Et putamus eam fore rationem:quoniam in iuramento veritatis, magis erat Actori ſuccurrendum, tractanti de recuperando vero valore rei ad ſe ſpectantis,doloq́ue,culpavè lata Aduerſarij non reſtitutæ:proinde agebatur de mero,& vero damno;in iuramento autem affectionis,tractatur de intereſſe vltra verum rei valorem,quod in voluntate,& affectione conſiſtit, quod non æquipollet damnis, & intereſſe verè &
10 realiter paſsis, ideo ſtrictius eſt prouiſum. Et † ſi replicetur, ipſa voluntatis ſatisfactio magnum eſt intereſſe, l.fin. ff. de vſu & habitat. cum congeſtis per Tiraquel.de retract.in præfat.num. 25. & quod ſatis dicitur aliquis damnum pati in eo,quod fit contra eius voluntatem,vt notatur ibid.per text.in l.hactenus,in fine,iuncta l.ſequẽti,

ti,de vſufruc.Reſpondemus,non negare vt aliquod, & conſiderabile intereſſe conſiſtat in ſatisfactione voluntatis, ſed tanti non eſt
11 faciendum, † vt æquipolleat vero damno in bonis paſſo: voluit enim lex odio doloſi hoc ex affectione cauſatum intereſſe, liquidari poſſe iuramento damnum paſsi,intuitu maioris culpæ,quę in doloſo concurrit; vbi autem culpa tantum citra dolum interuenerit mitius agere,& ex eo,quod deneget,hoc iuramentum in litem ceſſante dolo poſſe deferri, non propterea ſtatuit, vt culpoſus ad dãna,& intereſſe non teneatur,ſed decretum eſt,illa aliter fore probãda,quam per iuramentum affectionis.

12 Generaliter autem eſt notandum, quod † vbi conuentus non habeat rei tradendæ facultatem,nec dolo deſierit habere, non eſſe locum huic iureiurando in litem affectionis.Salycet. in l.in actionibus, num.4.verſ.vbi autem facultatem,de in lit.iuran. Plot.in d.l.ſi quando,num.565.C.vnde vi.

13 Et vbi huic in litem iuramento † affectionis ſit locus, æſtimatio fieri debet põderata affectione petitoris ad rem de qua agitur,nullo habito reſpectu ad dãna,& intereſſe,prout in iuramento veritatis,ad Paul.in d.l.in actionibus,num.11. verſic. quid autem veniat.

14 Tutores † autem vel Curatores huiuſmodi iuramentum affectionis ſubire non compelluntur,ad Iaſ.in l.videamus, num.15.de in lit.iuran.

15 Cæterum,aduertendum eſt, quod † Iudex ſummam ſuper qua iurandum eſt ſecundum affectionem,taxare nequit vt excedat duplum communis Intereſſe, ad Decium, in d.l.in actionibus, nu.8. Iaſ.in d.l.videamus,§.deferre, num.4. & hodie id expreſsè cautum eſt in l. vnica, C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. profer. vt ibidem notat Rebuff. ſuper gloſ. prima, numero 43. & pluribus ſequentibus.

16 Et † huiuſmodi iuramẽtum poſt eius præſtationem Iudex retractare nequit,niſi ex magna cauſa,vt ſuprà deduximus art.7. verſic. eſtque aduertendum.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe ſingulare quare ſic dicatur.*

2 *An huiuſmodi iuramentum quando ei locus eſt, deferatur cuiuſuis gèneris perſonæ.*

3 *Quando conſtat de veritate, petens iuramentum, non eſt audiendus.*

De iuramento in litem ſuper ſingulari intereſſe. Artic. X.

SVpereſt, vt de ſingulari intereſſe tractetur, de quo breuiter
1 agemus. Dicitur † ergo intereſſe ſingulare, quoniam venit & competit extra rem, quæ talis ſit in quam non cadat affectio: exempli cauſa. Depoſui penes te pecuniam, quã dum repetij in reſtituendo moroſus extitiſti, & quia interim non potui licere pignora, quæ habebam penes Hebræum, illa amiſi, vel in aliam pœnam incidi, Iudex in iſtis caſibus deferre mihi debet iuramentum in litem, quod dicitur ſingulare, & ego poſſum iurare in litem, tanti mea intereſſe, quia incidi in pœnam talem ob carentiam pecuniæ depoſitæ. ad Iaſ. in Rubr. de in lit. iuran. num. 4. Idem in l. nummis, num. 5. eod. tit. vide not. ſupra artic. 9. de iuramento in litem veritatis, verſ. & vbi agitur, nu. 24.

2 Nunquid † autem hoc in litem iuſiurandum ſiue de ſingulari intereſſe, ſiue affectionis, ſiue veritatis agatur, generaliter ubi ei locus eſt, veniat Actori deferendum? cuiuſuis conditionis ſit, ſeu potius requiratur, vt ſit omni exceptione maior, prout in iuramento ſuppletiuo ſuprà retulimus? & credimus id requiri, cum nulla detur ratio diuerſitatis; & credimus id requiri, cum nulla detur ratio diuerſitatis; & quia perſonis ſuſpectis, & nota affectis, à Lege iuramentum non defertur, & propterea fiet locus omnibus fallentijs, de quibus ſuprà eadem par. 2. art. 9. num. 44. & plur. ſequent. ad Rimin. iun. conſ. 39. nu. 21. & 22. lib. 1.

Multa alia ſuper his in litem iuramentis deduci potuiſſent, ſed quia de eis latiſsimè tractauit Plot. in repetit. l. ſi quando, C. vnde vi, iccirco ad ibi copioſè relata docteque cumulata, Lectorem remittimus.

3 Vnum tamen ſemper notabis, quod † ſi Iudici conſtaret de veritate, non eſt audiendus Actor uolens iurare in litem, Rimin. iun. conſ. 43. num. 52. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum purgationis quid ſit.*
2 *Præſtatur à Reo vbi etiam non adeſt ſemiplena probatio Actoris, ſed remanet aliqua ſuſpitio.*
3 *Præſtatur etiam aliquando ab Actore.*
4 *Præſtatur à marito ad effectum de quo hic, & nu. 5.*
6 *Limitatio prædictorum.*
7 *Præſtatur à ſacerdote, vt ſe purget ab infamia populari.*

Præſtatur

8 *Præſtatur ſe purgare volenti ſed non cogitur.*
9 *Forma huius Iuramenti purgationis remiſſiuè.*
10 *Quæ ſit purgatio vulgaris.*
11 *Tollit ſuſpitionem ortam ex fuga.*

De iuramento purgationis. Artic. XI.

1 SExtum eſt iuramentum, quod † in iudicijs præſtari ſolet, nuncupatum purgationis, quod aliquis ex collitigantibus plerumque ad purgandum ſuſpitionem aliquam contra eum vrgentem, quæ tanta non eſt, vt iudex ex ea moueri poſsit ad condemnandum, iuxta c.fin.§.ſanè, de iureiur. præſtare conſueuit.

2 Ad cuius † præſtationem deueniri poteſt, etiã quod Actor minus quam ſemiplenè probauerit, vt Reus eam ſuſpitionem remoueat ſcaturiẽtem ex Actoris probatione, vt poſt Dyn. quem refert, adnotauit Socin. in Reg.205.in fi. Curt.iun. in l.admonendi, nume.26.vbi Iaſ.num.201.de iureiur.Maſcard.de probat.Concluſio. 957. núm.29.

3 Nec † Reo tantum (prout in caſu prĕmiſſo) deferri debet, vt purget ſe ab ea ſuſpitione quæ inſurgit ex imperfecta Actoris probatione, ſed etiam Actori certo caſu deferendum venit, vt puta, ſi ipſe plenè probaſſet intentionem, concludenterque docuiſſet de credito, Reus autem vel ſemipleuè probaſſet ſolutionem, eſſemus tamen in caſu, quo non eſt locus iuramento ſuppletorio, qui multi ſunt, vt ſuo loco ſupra retulimus; vel etiam minus quam ſemiplenè, tunc enim Actor cogendus eſt ad huiuſmodi iuramentum, ad ſe purgandum, quod non ei fuerit ſatisfactum. Ripa, in d.l.admonendi, num.210.

4 Eritque locus huic iuramento in alio caſu, ſi maritus vxorem duxiſſet ad eius domum, & ea poſtmodum obijſſet, lucrumq; à Statuto delatum ſoluto ob coniugis obitum, matrimonio, lucrari vellet, quoniam marito aſſerenti de carnali copula eſt credendum, etiam ſi eam vxor negaſſet, ad c.continebatur, de deſponſ.impub.

5 Ad purgandam † autem omnem ſuſpitionem, maritus iurare debet cùm illa carnale commercium habuiſſe, vt poſt Butrium Cardinal. & alios, in d.c. continebatur, notauit Rimin.iun. conſil.388. num.2. lib.4.

6 Id tamen † ſanè Lector intelligat, vt procedat, niſi vel mulier ex inſpectione corporis ſe virginem approbaſſet, vt declarat glo.in d. cap.continebatur, ſuper ver. viri, vel niſi eius hæredes aliàs docuiſſent eam cognitam non fuiſſe, quod pluriſariam doceri poteſt, vt latè proſequitur Rimin.iun.in d. conſi.388.nu.64.& plur.ſeq.

7 Et vbicumque † Sacerdotes populari infamia opprimuntur, tūc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerre, vt habetur in cap. ſi quis presbiter, 2. quæſtio. 5. vnde Beatus Gregorius à Gratiano relatus in c. presbiter, ibid. ſtatuit, vt quicumque Sacerdos ſi à populo fuerit accuſatus, & certi teſtes non inducantur delicti veritatem atteſtantes, iuſiurandum in medio faciat, & illum innocentiæ ſuæ proferat teſtem, cui nuda & aperta ſunt omnia. Ibique in ſubſequentibus Capitulis plura huius ad ſe purgandum à criminibus obiectis iuramenti præclara exempla referuntur, quæ breuitatis ſtudio non recitamus, cum ibi facile videri poſsint.

8 Cæterum, huiuſmodi † iuſiurandum in iſtis terminis præſtandū eſt ſe purgare volenti, non tamen eſt iurare cogendus, ſi ſe purgare neglexerit, ad cap. quoties frater, in fine, & cap. ſequenti, ead. cauſa, & quæſt.

9 Verumtamen † in certis caſibus adhibita eſt quędam forma, quę ſeruari debet in huiuſmodi iuramento purgationis, quæ quoniam raro contingit in practica forenſium cauſarum, & facilè videri poteſt in pluribus Capitulis tituli extra, de purgat. Canon. vbi ea latè tractatur, à nobis omiſſa eſt; ſi quis ſcire velit, eo recurrat.

10 Aderat olim, & † purgatio vulgaris, quę duelli, vel candentis ferri periculoſo iudicio fiebat, quæ iure merito reprobata eſt, vt habetur extr. de purgat. vulg. per totum.

11 Reus etiam † fugitiuus ſi intra annum compareat, auditur, eamque ſuſpitionem quæ ex fuga inſurrexerat, purgat medio iuramento, aſſerens ſe iuſta de cauſa abfuiſſe, de hoc habes infra, in quarta parte, in effectu 102.

Huic purgationis iuramento alludunt omnes leges ſubſequentes, videlicet, l. Prætor ait, §. ſed & ſi ſeruus, ff. de eden. l. fin. §. licentia, C. de iure deliber. l. fin. in fi. C. de iur. dom. impetr. Auth. Nouo iure, verſ. ſed ſi datum, C. de pœn. iudi. qui male iudicau. l. fin. verſ. ſi autem dicat, C. de fide inſtrum. l. fin. §. cum autem, verſ. ſicubi, vbi glo. C. de his qui ad eccleſ. confug. l. 1. §. ſi quis argentum, ff. depoſi. c. atteſtationes, de deſponſ. impub. l. penult. C. de donat.

In quibus caſibus ad remouēdam ſuſpicionem Reus vel Actor iurare, & ſe expurgare tenentur; & nonnulla recenſet Seraphin. de priu. iuram. priuil. 6. num. 8. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertorium iuramentum quid ſit, & nu. 5.*

2 *An poſſit reſpicere futura.*

3 *Vnum, & idem poteſt reſpicere præterita, pręſentia, & futura, & numero ſequen.*

Et

6 *Et aſſertorium hoc iuramentum nullam recipit conditionem, neque ſub auditionem, & quare.*
7 *Fauorabilius ſuſtinetur Aſſertorium, quam promiſſoriũ iuramentum, & magis pro eo præſumitur.*
Ex eoque oritur præſumptio iuris, & de iure, ſub num. eod.
8 *Contra Aſſertorium iuramentum nulla fit à Papa diſpenſatio, ne detur anſa peiurandi.*
9 *In promiſſorio diſpenſatur.*
10 *An Aſſertorium iuramentum firmet contractum nullum, remiſſiuè.*
11 *Si falſum ſit id, quod Aſſertorio iuramento firmatum eſt, an liget iurantem, & cogat ad eiuſdem obſeruationem.*
12 *Quid iuris ſi minor ad alium decipiendum ſe maiorem iurauerit, & nume. 17. & ſeq.*
13 *Poſt delatum iuramentum nil aliud eſt quærendum.*
14 *Semper eſt obſeruandum, etiam ſi ſit illicitum, dummodò non præiudicet ſaluti, tam corporis, quàm animæ, idque propter reuerentiam ſacramenti.*
15 *Quid de iurante ſuper lapidem?*
16 *Quid de iurante per falſos Deos?*
19 *Quid ſi errore ductus aſſeruerit aliquid eſſe verum, cum falſum ſit, falſum iurauerit.*

De iuramento Aſſertorio. Artic. XII.

AGendum eſt modo in hoc Artic. duodecimo, de iuramẽto Aſſertorio, quod ita nuncupatur ab eius effectu, qui in iurata aſſertione affirmantis aliquid ita eſſe, vel non eſſe, conſiſtit.

1 Quæritur ergo primum, quid ſit † Aſſertorium iuramentum? Et præmittimus ad faciliorem intelligentiam dicendorum, huiuſmodi iuramentum regulariter ad præterita vel præſentia reſpectũ habere, vtpote, ſi alter ex contrahentibus de eo quod agitur, & tractatur, plenè ſe informatum medio iuramento affirmet, vel pecunias habuiſſe, & recepiſſe, vel ſe eſſe maiorem annis viginti, vel vt fieri ſolet in inſtrumentis, iuret, omnia, & ſingula in inſtrumento contenta fuiſse, & eſſe vera: in quibus, & ſimilibus, vt uides, ſem-
2 per iuramentum ad præterita, vel ad præſentia refertur; † poteſt tamen recipere futurum, ſed non abſque temeritate iurantis, vtpote, ſi quis iureiurando affirmet, quod craſtina die pluet, Papa equitabit, Mæuius morietur, & ſimilia, magna ſiquidem eſt temeritas id affirmare pro conſtanti, quod futurum eſt & contingens, cuius juxta Philoſophum non eſt determinata veritas. Soto de iuſt. & iu

re,lib.8.q.1.artic.1.col.3.verſ.haud enim futurum. Immò, uidetur
3 Aſſertorium iuramentum,† vnum & idem reſpicere poſſe, præteritum,præſens,& futurum, nonnulli exiſtimant, exemplo ſumpto ab ea promiſsione paſsim in inſtrumentis poni ſolitæ, qua contrahentes iureiurando aſſerunt,omnia,& ſingula in inſtrumento contenta vera fuiſſe, & eſſe, & contra ea non venire aliqua ratione, vel cauſa.
4 Verius † eſt autem, in huiuſmodi clauſula duplex extare iuramentum, & dum dicitur aſſerta fuiſſe, & eſſe vera, præſens & præteritum tempus reſpicere,& aſſertorium eſſe iuramentum,quo affirmat ea, quæ aſſeruntur de præterito fuiſſe, & de præſenti etiam eſſe vera.Pariſ.conſ.96.nu.92.lib.1.Ruin.conſi.169.nu.23.lib.2.

Et dum non contrauenire promittitur, quod reſpicit in futurũ, ad Pariſ.d.conſi.96.num.96.Ruin.d.conſi.167.num.23. eſt potius promiſſorium,quam Aſſertorium iuramentum, cum futura reſpiciat,quod pertinet ad promiſsorium,vt proximè demonſtrabitur.
5 Reſpondetur modo ad quæſtionem, quod † Aſsertorium iuramentum eſt iurata aſsertio ad præteritorum,vel præſentium confirmationem,iuxta Diuum Thomam,relatum à Soto, de iuſt. & iur. lib.8.art.1.q.1.in 2.Concluſ.
6 Et Aſsertorium † hoc iuſiurandum nullam recipit cõditionem neque ſubauditionem, quoniam pars ſimpliciter affirmat rem, de qua agitur,ita fuiſse,vel eſse prout aſserit, ad glo. in cap.quemadmodum, ſuper ver.conditio, de iureiur. Summa Angelica, in verbo,iuramentum 4.num.5. Sylueſt. in Summa,ſuper ver. iuramentum 3. num.1.
7 Et fauorabilius † ſuſtinetur Aſſertorium, quam Promiſsorium iuramentum,& magis pro eo præſumitur. Alciat. in c.cum contingat,nu.203.de iureiur. nam vt inquit Pariſ.conſi.97. nu.113.lib.1. ex eo oritur præſumptio iuris, & de iure.
8 Nullaque † contra huiuſmodi iuramentum fit diſpenſatio,quoniam daretur anſa peierandi,cum Papa nequeat diſpẽſare, vt mendaciter id quod non eſt,pro vero affirmes,vt poſt D.Thom. ibi relatum, notatur in Summa Armilla, ſuper verbo iurare, verſ. in iuramento, num.2.
9 Diſpenſatur † autem in promiſsorio,vt notatur ibid. De hoc vide Dom.Soto,latè materiam declarantem, in lib.8.de iuſt. & iure, quæſt.1.artic.9.
10 Quæſtio autem ſatis controuerſa eſt,† an iuramentum huiuſmodi Aſsertorium firmet contractum nullum, de quo ſuo loco agemus,idque in 4.par.Tract.q.3. in primo effectu.
11 Controuertitur etiam à Doctoribus, an † ſi id quod aſserendo iuratur falſum ſit,iurantem liget, & ueniat obſeruandum? Et Fulgoſio

goſio placuit ſententia negatiua,in conſi.90.col.penult.verſic.non obſtat quod iuramentum, quem plures ſequuti ſunt. Ruin.conſil. 162.num.23.lib.2.Socin.conſi.40.nume.7.lib.1.Barto. l.cum quis decedens,§.Titia,num.2.& 3.de leg.3. Pariſ.conſi.54. nu.50.lib.1. Soc.iun.conſi.3.num.31.lib.2.Rimin.iun.conſi.5.num.130. lib.1. Bald. conſi.398.num.4.lib.1. Hinc Diuus Thomas relatus à Soto, de iuſt.& iure,in lib.8.quæſt.3.col.2.verſ.nam,vbi adnotauit,quod vbi non eſt veritas, iuramentum euacuatur ſua ſubſtantia, & medulla,licet contrarium voluerit Pariſ.in conſi.97.nu.113.lib.1.

12 Quam ſententiam Pariſ.veriorem exiſtimamus, ex eo,quod † ſi minor ad alium decipiendum iuret ſe maiorem,corporaliter tactis ſcripturis, licet falſum iuret, cum verè minor ſit,contrauenire nequit, & cogitur obſeruare promiſſa, l.3. C. ſi min. ſe maior. dix. Quod tamen intellige, vt proximè declarabimus infra, & ex eo, quod ſi alicui deferatur iuramentum litis deciſiuum,& is falſum iuret,non poteſt amplius queri de falſitate iuramenti, & illi prorſus
13 ſtandum eſt. † Delato enim iuramento,non aliud quæritur,quam an iuratum ſit remiſſa quæſtione an debeatur: quaſi ſatis probatũ ſit iureiurando,l.non erit,§.dato,de iureiur. vt loco ſuo ſup. deduximus,hac eademmet par.2.art.5.nu.43.& ſeq.

14 Ratio † eſt propter reuerentiam Sacramenti, quod ſemper eſt obſeruandum, etiam ſi fuerit illicitum, dummodo non contineat aliquid corpori,vel animæ inſidioſum,ut ſup.deductũ eſt in 1.par. tract.quæſt.6.& ibid.q.5.prope finem.

Hinc Sanctus Auguſtinus in cap.ecce dico,22.quæſtio.1.inquit
15 multos in hoc falli,qui † ſuper lapidem falſum iurant,& putant ſe crimine periurij non teneri, quia per id,quod ſanctum non putãt, falſum iurant, ſi tu illud ſanctum non putas, putat ille cui iuratur, non enim tibi,aut lapidi,ſed proximo tuo iuras, homini iuras ante lapidem, ſed nunquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem, ſed punit Deus te fallentem; hactenus Auguſt.

16 Et † quid iniuſtius quam per falſos Deos iurare? & nihilominus taliter iurans debet obſeruare promiſſa. Audi eundem Auguſtinum,relatum in cap.mouet te,22.quæſt.1.quærentem, vtrum eius fide vtendum ſit, qui per dæmonia iurauerit? & inquit: volo te cõſiderare, ſi quis per falſos Deos iuret ſe datam fidem obſeruaturũ, & eam non ſeruauerit, non tibi videtur bis peccaſſe? ſi enim promiſſam ſeruaret fidem,peccaſſe videretur, quia per falſos Deos iurauit: illud autem nemo reprehenderet, quia fidem ſeruauit: nũc verò, & quia iurauit per quos non debuit,& contra pollicitam fidem fecit,bis vtique peccauit.

Alludit Sapient.cap.14. in fine, dum dicitur: dum enim confidunt in Idolis, quæ ſunt ſine anima, malè iurantes nocere ſe non

ſperant:

ſperant: vtraque ergo illis euenient dignè, quoniam malè ſenſerũt de Deo, attendentes Idolis, & iurauerunt iniuſtè in Idolo contemnentes iuſtitiam.

17 Eſt autem aduertendum, dum ſupra diximus † de minore falſo maiorem ſe aſſerente, requiri ſpeciale iuramentum ſuper aſsertione maioris ætatis, & generale non ſufficere, vt adnotauit Barbat. in
18 conſ. 53. nume. 6. & ſequen. lib. ſecundo. Et rurſus, ſi † huiuſmodi iuramentum reſpiciat commodum alicuius propinqui, veriſimiliter informati de vera ætate iurantis, tunc iuramentum ei non ſuffragatur, & minor volens contrauenire, auditur. Barbat. ibid. nu. 1. & 2. Barto. l. cum quis decedens, §. Titia, num. 2. & 3. de leg. 3. Pariſ. conſi. 97. nume. 75. lib. 1. Ruin. conſil. 135. num. 9. in fi. & num. ſeq. lib. 1. Soc. iun. conſ. 45. num. 83. lib. 1.

19 Quid autem † ſi quis errore ductus, aliquid aſseruerit eſse uerum, & non ſit, an ob id iuramentum erroris allegatione excludatur? habes inf. 4. par. quæſt. 9.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit promiſſorium iuramentum, remiſſiuè de materia.*

De iuramento promiſſorio. Artic. XIII.

1 SVpereſſet ad perficiendam huius Secundæ partis materiam, agere de promiſſorio iuramentum, quod † nil eſt aliud, quã iurata ſponſio adimplendi promiſſa. Cæterum, quia omnis huiuſmodi materia tractanda venit in quarta parte Tractatus, in qua diſcutientur effectus huius, & etiam Aſsertorij iuramenti idcirco ne bis eadem repetantur, Lectorem ad ibi dicenda remittimus.

De varijs iurandi formis.

REcenſendæ ſuperſunt in fine huius Secundæ Partis variæ iuriſiurandi ſpecies, & formæ, quæ ſparſim habentur in corpore Iuris, breuiter, & compendioſè eas referendo, contenti monſtraſse loca vnde cupidus Lector latius ſi volet materiam haurire, & ponderare valeat. Et quo facilius vnuſquiſque inueniat tractandas huiuſmodi ſpecies, & formas, earum ſeriem tabulæ inſtar in operis huius principio adamuſſim vnà cum aliarum partium Rubricis collocatam inuenies.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum Imperatoris quale ſit.*
2 *Otho Saxonum Rex, Imperiali diademate redimitus à Ioanne XII. Pontifice Romano.*
3 *Ioannes XII. ab Othone deiectus à Sede ob eius demerita voto Synodi Epiſcoporum præambulo, & Leo VIII. ſuffectus.*
4 *Benedictus V. vti minus legitimè electus, & ſciſmaticus inter Pontifices non numeratur.*
5 *Imperatoris iuramentum latius extenſum.*

De iuramento Imperatoris. Artic. XIIII

IVrat Imperator ante coronationem, prout habes in c. tibi Domino, 63. diſtinct. vbi † Otho Saxonum Rex Ioanni eius nominis XII. & anno ſalutis 962. in circa, nam de præciſo anno diſcrepantia reperitur inter ſcribentes, iurauit per Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, ſignumque viuificæ Crucis, & Sanctorum reliquias, quod ſi Romam venerit, ſanctam Romanam Eccleſiam, ipſumque Ioannem illius Rectorem, iuxta vires ſuas exaltabit; nec eo authore, ſuove conſilio, aut hortatione, detrimentum aliquod patietur, & quidquid ad eius poteſtatem peruenerit ſpectans ad Romanam Eccleſiam, illi reddet, & cuicumque Italiæ regimen committet, iurare faciet, vt ſit eius adiutor, defenſorq; terræ Sancti Petri.

2 Venit † Otho Rex ad Vrbem, & à Ioãne præfato Imperiali dia-
3 demate redimitus fuit, à quo † etiam ſucceſſu temporis, & de uoto Synodi Epiſcoporum in Vrbe conuocatorum, à Sede ob eius demerita eſt deiectus, eiuſque loco ſuffectus Leo VIII. licet non-
4 nulli ponant Benedictum V. qui † vtpotè minus legitimè electus, & ſchiſmaticus, non eſt inter Rom. Pontifices numerandus. Vide præmiſſa latius vltra Platinam in vita Ioannis, Honufrium Panuinium in Epito. Pontif. Romano. in eiuſdem Ioannis vita.

5 Lapſis poſtmodum permultis annis † iuramentum Imperatoris ante coronationem latius eſt extẽſum, & multo plura comprehendit, vt uidere poteris ex Clem. 1. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Fidelitatis iuramentum præſtatur vel ratione feudi, vel habitationis in alterius iuriſdictione.*
2 *Quid iurare debeat, qui ſub alterius iuriſdictione cõmoratur, & nu. 6.*

Iura-

3 *Iuramentum fidelitatis quid contineat, ſi eſt reſpectu feudi, & nu.4.*
5 *Fidelitatis iuramentum ſpeciem quandam ſeruitutis importat.*
7 *An ratione bonorum, quæ quis habet in alterius territorio, ſi ibi non habitet ſubditus dici poſſit, & fidelitatem Domino iurare teneatur.*

De iuramento fidelitatis. Artic. XV.

1 Fidelitatis † iuramentum aliquando præſtatur ratione feudi, & quandoque quia habitatur ſub alterius iuriſdictione.
2 Is, qui † non feudi, ſed habitationis ratione iurat Domino fidelitatem, prçciſè iurare tenetur, vitam, membrum, mentem, & rectum Domini honorem cuſtodire, vt habetur ad literam, in c.1.in fine, qualit.iura.debe.vaſſ.dom.fidel.declarat Bertr. conſ. 219.nu.4.lib.3.in nou.Purpurat.conſ.40.lib.1.

3 Qui verò † iurat ratione feudi, iurare debet ad ſancta Dei Euangelia, quod erit Domino fidelis, nec ſibi commiſſa nomine fidelitatis in Domini præiudicium reuelabit, d.c.1.in princ. Habereque ſemper debet in memoria iſta ſex ſubſequentia, videlicet, incolume, tutum, honeſtum, vtile, facile poſsibile, quorum explanationem habes in c.1.de forma fidelit.

4 Eſt & alia † forma iuriſiurandi, declarata in c.1. de noua forma fidelit. quæ nulla eget inductione, quia vt inquit ibi textus, poſita eſt clara inibi interpretatio, propter ſimplices, & nominis ſignificationis ignaros.

5 Quod † iuramentum fidelitatis, ſpeciem quandam ſeruitutis importat, vt inquit Soc.iun.in conſi.102. nu.37.lib.2. Cephal.conſil. 177.num.28.lib.2.

6 Iuramentum † verò, quod ratione dumtaxat habitationis Domino præſtatur, vocatur propriè iuramentum aſſecurationis, & differt ab antedicto iuramento fidelitatis, quod ratione feudi præſtatur. Guid.Papæ Deciſ.307.Capic. Deciſ.9.nu.6. cum congeſtis per Cephal.in conſil.177.nume.20.33. & 34. lib.2. Rol. conſil.52.nume.12.& ſeq.lib.3.

7 Quæritur autem, † an ex eo tantum, quod quis bona poſsideat in alieno territorio, non tamen habeat ibidem habitationem, ſubditus dici poſsit, & Domino fidelitatem iurare teneatur? vide Aymonem in conſi.201.nu.10.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Quid iurare debeant Procuratores, & Aduocati.*
2 *Hæc iurandi formula receſſit ab aula.*

Procu-

3 *Procuratores hodie iurare coguntur de calumnia.*
4 *Vbi plures Procuratores iurarunt, ſi vnus deficiat, non eſt alius eius loco ſubrogandus.*

De iuramento Aduocatorum, & Procuratorum. Artic. XVI.

SAnxit Imperator in l. rem non nouam, §. Patroni autem, C. de iudic. † Patronos cauſarum, cum lis fuerit conteſtata, in qualicumque Iudicio etiam apud Arbitros, tactis ſacris Euangelijs, iuramentum præſtare, quod virtute ſua, quod verum, & iuſtum exiſtimauerint, clientulis ſuis inferre procurabunt, & cognita cauſæ iniuſtitia, deſiſtent à patrocinio, & mendacibus allegationibus non vtentur.
1

2 Quæ † iurandi formula receſsit ab aula; & vtinam iudices illos cogerent ad huiuſmodi iuramentum, cuius religione forſan quam plures abſtinerent ab impio cauſarum patrocinio.

3 Coguntur † hodie Procuratores dumtaxat ad iurandum de calumnia, vt dictum eſt ſupra, in Artic. primo, num. 18. in hac Secunda parte.

4 Notandum eſt autem, quod † vbi plures adhibiti ſunt Patroni, & vt præfertur iuraſſent, ſi vnus in proceſsu cauſæ amplius patrocinari recuſaret, quod recuſantis loco non liceret alium ſubrogare, d. l. rem non nouam, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Iudices olim iurabant, ſe cum veritate, & legum obſeruatione iudicaturos.*
2 *Iuramentum iſtud à Iuſtiniano reformatum eſt.*
3 *Ex Authenticorum iure hoc iudicum iuramentum immutatum fuit.*
4 *Hodie officiales iurant ſe terrarum Statuta ſeruaturos.*
5 *Officialis ſi iurauit ſeruare Statuta, & fuit periurus, an amittat emolumenta Officij.*
6 *Statutum ſi mitiorem pœnam quam ius commune alicui delicto imponat, an exigi poſſit pœna iuris communis, & nu. 7. & ſeq.*
9 *Officialis ſi in die feſto iurauit obſeruare Statuta, an iuramẽto ligetur?*
10 *Quod dicitur iurari non debere in die feſto, qualiter ſit intelligendum?*
11 *Tutor, & curator dari poſſunt in die feſto.*
12 *Intellectus ad cap. 1. de ferijs.*
13 *Conſuetudo contraria d. c. 1. de ferijs, & nu. ſeq.*

15 *Inſtrumentum licet ſit nullum, ſeruari tamen debet in eo appoſitum iuramentum.*
16 *An iuramentum de obſeruandis Statutis extendatur etiam ad Statuta inualida.*
17 *Officialis an ex noua, & iuſta cauſa recedere poſſit à Statuto, quod obſeruare iurauit.*
18 *An tale iuramentum extendatur ad Statuta nouiter edita poſt iuramentum.*

De iuramento iudicum, & officialium. Artic. XVII.

1 IVdices † antiquitus iurare ſolebant ſeſe omnimoda cum veritate, & legum obſeruatione iudicaturos, vt habetur in l. rem non nouam, C. de iudic. in principio.

2 Vetuſtæ † huic obſeruantiæ Iuſtinianus addidit, ibidem cuiuſuis generis iudices etiam compromiſſarios non aliter litis primordium accipere, niſi prius ante ſedem iudicialem Sacroſanctæ ſcripturæ deponantur, quæ permaneant durante lite, vt attendentes ad eas Dei præſentia conſecrati, maiori præſidio lites dirimant, ſcituri, quod non magis alios iudicant, quam ipſi iudicantur, & magis ipſis, quam litigantibus eſt terribile iudicium, ſiquidem partes ab homine, ipſi autem Deo inſpectore adhibito iudicantur. Hocque iudiciale iuſiurandum mandat ab omnibus obſeruandum, cũ periculo illorum, qui contempſerint. vide Tiraquell. de præſcript. §. 1. gloſ. 8. in ver. Adde quod cum, vbi refert Aegyptiorum Reges ſua ipſorum lege iudices ad iurandum compellere, ne quid iniuſtè, etiam ſi Rex ipſe præciperet iudicarent.

3 Quod † immutatum fuit ex iure Authenticorũ, vt habetur ibid. in Authent. Hodie, C. de iudic. vbi dicitur: Hodie iurant ſe facturos, ſecundum quod eis viſum fuerit iuſtius, & melius, exceptis Ciuitatum Defenſoribus, qui iurant ſe omnia iuxta Leges, & Iura facturos. Qui ſint autem hi Defenſores, habes latè in Authent. de Defenſor. Ciuitat. vide infrà articulo 26. aliam formam iuriſiurandi magis terribilem.

Nulla eſt hodie Ciuitas, &, vt puto, nulla quamuis exigua terra,
4 quæ ſua non habeat particularia Statuta. Proinde † mos inoleuit, vt ſemper nouis officialibus antequam admittantur, ad exercendũ officium, detur à Syndico, vel alio deputato iuramentum de Statutis obſeruandis, & de officio fideliter exercendo. Et quoniam huiuſmodi materia quotidiana eſt, non ab re viſum eſt, nonnulla adnotare ad illius exornationem.

Et

5 Et primum quæro, † ſi poſt præſtitum iuramentum de officio fideliter exercendo, in aliquo delinquat, ob quod fiat periurus, an perdat emolumenta officij, in vim l. ſi quis maior, C. de tranſac. & Curt. iun. poſt alios, in l. diem functo, nume. 44. de offic. aſſeſſ. ſentit pro affirmatiua, niſi poſt commiſſam culpam fuerit toleratus, quia tunc remiſſa videtur.

6 Secundò quæro, Statuto † imponitur minor pęna alicui delicto, quam de Iure Communi Officialis, qui Statuta ſeruare iurauit, an poſsit condemnare delinquentem in maiori pœna Legali, vel dũtaxat in minori, inflicta per Statutum? Caſus huiuſmodi contigit annis præteritis in notabili Cauſa. Nobilis quidam (cuius nomen honoris cauſa taceo) vendiderat precioſa quædam ſtabilia libera, pro certo pretio, quod manualiter receperat. Lapſis poſtmodum annis, cum valor in duplo, & amplius accreuiſſet, ſeduxit Notariũ de venditione rogatum, vt apponeret (prout falſo adiunxit) in Originali promiſsionem de retrouendendo, in certo tempore pro eodem pretio, & ſucceſsiuè mota lite contra emptorem, pro illorum bonorum redemptione, in vim dicti pacti, quod is falſum eſſe ſciebat, cũ liberè emiſſet, litem emptor criminalẽ inſtituit cõtra venditorẽ & Notarium, illiſque de falſitate conuictis, cum de maximæ pœnæ impoſitione tractaretur, Reorum defenſores produxerunt Statutum Vrbis, lib. 2. c. 48. quo pœna fabricantis aut fieri facientis falſa inſtrumenta, ſi fuerit nobilis taxatur in ducatis auri 400. & relegatione ab Vrbe per quinquennium; Si verò plebeius fuerit, fuſtigatus prius per Vrbẽ, tranſmittitur ad triremes, & Notario dextera manus amputatur: cumque eſſemus in viro Illuſtriſsimo ac nobiliſsimo, dicebatur, pœnam excedere non poſſe taxationem Statuti.

7 Prætendebat fiſcus † ex quo Statutum non prohibet maiorem pœnam, vt ſtante enormitate delicti, Nobilis ille longè maiori pœna plecteretur, ex conſ. Guido. de Suzaria, 1. in lib. 1. conſil. Crimin. vbi id decidit in terminis. vide cumulatos per Clar. in pract. crimin. quæſt. 85. verſ. debet etiam iudex.

8 Oppoſitum fuit iudicatum, & credimus iudicem motum fuiſſe ex doctrina Bart. in l. 1. verſ. quæro Statuto cauetur, ff. vi bonor. raptor. Hæcque ſententia verior eſt, eamq; in practica ſeruari per totum orbem teſtatur Alberic. de Statut. par. 1. quæſt. 8. Bald. in l. qui ſepulchra, in fi. vbi Salycet. num. 8. Paul. l. 1. §. dixerit aliquis, num. 6. ff. de publica. Corn. conſ. 114. col. 1. verſ. & fiat de iure, lib. 1. Decius in cap. de cauſis, num. 14. ver. ſed breuiter, de offic. delega. cum alijs de quibus Clar. in pract. crimin. quæſt. 85. verſ. debet etiam iudex. in ver. contrariam autem, & latè Marſil. in practica, §. quæritur modo, in princ. Rol. conſ. 35. nu. 48. lib. 2.

Proinde Nobilis ille iuxta formam Statuti pecuniariam pœnam ſoluit,& in proximam Vrbi Ciuitatem relegatus fuit.

9 Tertiò quæro de notabili caſu,† Officialis fecit ingreſſum ſuum in die feriata,& ea die iurauit obſeruare Statuta,& Conſuetudines Ciuitatis,cuius officium ſibi eſt demum datum; poſtmodum iuxta cautelam Ferrat. in ordine tertiam, cœpit prætendere non teneri ad obſeruantiam illorum,quia cum iuraſſet die feſto, iuſiurandum non ligat, quia in diebus feriatis eſt iurare prohibitum,cap.1.de ferijs.Et hinc Ferrat.docet hanc Cautelam, vt quicumque teneri nolit ad obſeruantiam iuramenti illud præſtet in die feſto: quod ante eum adnotauit Lanfranc. Repetit.c.quoniam contra, num. 50. de probation.Plot.in Repetit.l.ſi quando,nu.755.C.vnde vi. Borgni. Deciſ.9.num.31.par.1.vbi extollit hanc Cautelam.Alphan. in ſuis Collectaneis,num.483.

At huiuſmodi Cautelam & periculoſam, & prorſus refellendã

10 exiſtimo: Quod enim dicitur † in diebus feſtis iuramenta præſtari non debere,intelligo,de iureiurando iudiciali,quod in contentioſo iudicio præſtari ſolet, vtpotè de deciſiuo, ſuppletiuo, & ſimilibus,& de iuramento teſtium,quod die feriata recipi nequit.Felyn. in c.1.col.fin.verſ.ego reduco.vbi Butri.nu.10.de feri.omnes enim actus contentioſæ iuriſdictionis,feſtis diebus ſilere debent,l.actus, l.fin.C.eod.tit.Actus autem voluntarij, qui citrà aliquam contentionem, & iudicij ſtrepitum exercentur, ipſis etiam feſtiuis diebus celebrari queunt,d.l.actus,& l.fin.& bene aduertit Guid.Papæ,Deciſ.215.latè proſequitur Maran.in ſuo Spec.par.6.12.actu iudic.nu. 31.& ſeq.Menoch.de arbitr.quæſt.lib.1.quæſt.30.num.14. & ante eos Specul.de ferijs,lib.2.§.ſequitur videre, num.7.Alludit c.decreuit,22.quæſt.5.quod videatur.

Quamobrem cum officialis voluntariè ad officium admittatur, & Vniuerſitas eius commiſſa regimini ſponte recipiat, illeq; vltroneè ceſſante quouis iudicis ſtrepitu,iuret conſuetudines, & ſtatuta ſeruare, nulla ratio redditur, cur huiuſmodi iuramentum ſeruare non teneatur.

11 Quod ſi † valet feſto die datus à iudice Tutor, aut Curator, ad Speculat. & Maran. in locis ſuprà relatis, ſi ſuſtinentur emancipationes,& manumiſsiones, d.l.actus,C.de ferijs,ſi admittantur tranſactiones,& pacta,d.l.fin.C.ibid. cur ſponte præſtita iuramenta nõ ſeruabuntur.

12 Quod ſi † obijciatur textus ſupra citatus in c.1.de ferijs, prohibens generaliter in diebus feſtis Sacramenta præſtari, reſpondetur, vel eſſe reſtringendum ad iudicialia iuramenta, vel contraria notoria Cõſuetudine,quam allegare ſufficit, eſſe abrogatum, cum paſſim contractus celebrentur in diebus feſtis,in quibus omnibus, vt

notum

notum eſt lippis, & tonſoribus iuſiurandum apponitur.

13 Quodque † contraria conſuetudo vigeat eius c. 1. derogatoria non poteſt in dubium reuocari, quippè, cum in dicto c. 1. ſtatuatur Dominicam diem à Veſpera ad Veſperam obſeruandum proinde incipiet à Veſperis Sabbati, & in Veſperis diei Dominicæ terminabitur, & nihilominus totum oppoſitum obſeruatur, quoniam tota dies Sabbati pro non feriata reputatur, fiuntque tota die opera ſeruilia, & in Tribunalibus, & cōtentioſis iudicijs iura redduntur niſi eademmet die aliquod feſtum accurrat, & iuxta idem cap. 1. lapſis diei Dominicæ Veſperis, exerceri poſſent opera ſeruilia, & iudicia exerceri; & nemo eſt qui neſciat, totam diem Dominicam cuſtodiri, & in ea ab operibus, & iudicijs abſtineri.

14 Quapropter † veluti in id conſuetudo alterare potuit eius c. 1. diſpoſitionem, ita & in iuramentis voluntarijs potuit immutare. Quare concludimus, in die feſto præſtita iuramenta fore inuiolabiliter obſeruanda, ne aliàs peierando, in ſempiternas inferni pœnas anima præcipitetur, à quibus huius Cautelæ magiſtri illam ſubleuare non valebunt, quidquid dixerit Carocius de iuram. deciſiuo, in 4. quæſt. 13. quæſtio. principalis.

15 Quod ſi iuramentum in inſtrumento nullo, & per Statutum reprobato appoſitum, eſt obſeruandum, vt videbimus infrà, in 4. parte, in 3. effectu, cur non idem dicendum in hoc officialium iuramēto, quamuis etiam eſſet nulliter præſtitum in die feſto, cum in huiuſmodi caſu nullitas non cauſetur ex defectu conſenſus, quo ſuppoſito, iuramentum ligat, etiam data nullitate, quæ proueniat aliundè, ex deductis in d. effectu 3. vbi videas.

16 Quartò quæro: An ſupradictum † iuramentum de Statutis obſeruandis extendatur ad Statuta inualida, & iniqua, & pro negatiua vide Crauet. de antiquit. tempor. §. videmus modo, num. 6. verſ. dixi Statutum.

17 Quintò quæro, an † huiuſmodi officialis non obſtante iuramēto poſsit ex noua cauſa recedere à Statuto, quod obſeruare iurauit? & poſſe decidit Boerius poſt alios ab eo relatos in Deciſ. 204. num. 25. & idem generaliter dicas eſſe permiſſum ex magna cauſa, vtputa, imminentis periculi, vel euitandi ſcandali, poteſt enim in huiuſmodi caſibus iudex Statuta tranſgredi, nec diceretur periurus, multa in id congerit Felyn. in c. 1. nu. 51. & ſeq. de conſtitutio. quem omnino videas. Gram. Deciſ. 36. nu. 3. & ſeq.

18 Sextò quæro † quid ſi poſt præſtitum huiuſmodi iuramentum, edantur noua Statuta, an iuſiurandum extendatur etiam ad hęc nouiter edita? & Bart. & alij relati à Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, num. 12. de verb. obligat. pro affirmatiua concludunt, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum illorum qui ſacris initiantur.*

De eorum iuramento qui ſacris initiantur. Artic. XVIII.

1 QVi cœleſtibus diuiniſque miniſterijs ſeſe dedicant, dum ſacris initiantur, † Catholicam fidem ſyncera contritione cuſtodire, ac iuſtam, & piam ducere vitam, nulliſque eorũ operibus, Canonicis ſanctionibus contradicere, ſuperioribuſque ſuis debitam præſtare obedientiam iurare tenentur, vt habes in c. quamquam, 23. diſtinct.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcoporum iuramentum quid contineat.*

De Epiſcopi iuramento. Artic. XIX.

1 IVrare debent epiſcopi, † ſe futuros fideles Sancto Petro, Sanctæ Romanę Eccleſiæ, Summo eius Pontifici, ſibi commiſſa nõ reuelare, Papatum adiuuare, Sanctorum Patrum Regulas tueri, vocatos ad Synodum venire, Sedis Apoſtolicæ Legatum euntem, & redeuntem honorificè tractare, & in ſuis neceſsitatibus adiuuare; Apoſtolorumque limina ſingulis annis per ſe, vel certũ nuncium viſitare, vt latius habes in c. ego. N. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Accuſati ſe expurgantis, & expurgatorum iuramentum.*

De iuramento accuſati ſe expurgantis, & expurgatorum. Artic. XX.

1 EPiſcopus † de Simonia accuſatus, vbi de crimine factæ non fuerint probationes, tertia manu ſui ordinis, & quatuor Abbatum, & Religioſorum Sacerdotum expurgare ſe debet, & talis erit expurgatorij iuramenti forma. Ego N. Epiſcopus, ſuper ſacroſanctis his Euangelijs iuro, quod pro conceſsione

ne talis Eccleſiæ facta Ioanni, nec ille per ſe, ſubmiſſamvè perſonã, neque alius pro eo me ſciente, pretium recepit. Et iurabunt expurgatores ſuper Sanctis Dei Euangelijs, quod ſicut ipſi credunt, Epiſcopus veritatem iurauit, vt habetur in c. quoties frater, 2. quæſt. 4.

SVMMARIVM.

1 *Curatores, & Tutores iurant vtilia facere, & inutilia prætermittere.*
2 *Quinque requiruntur, vt adminiſtrare poſſint.*
3 *Plura Tutoris officio incumbentia, remiſſiue.*
4 *An in ſpecie ſit neceſſarium promittere Minorum defenſionem.*

De iuramento tutoris, & curatoris. Artic. XXI.

1 DEbent † tutores, & curatores inter cætera requiſita, vt adminiſtrare valeant, res minorum, aut eorum quibus Curatores dantur iurare, quod vtilia facient, & inutilia prætermittent, §. ſi verò tantum, in Authent. Vt hi qui oblig. ſe habere perhib. l. de creationibus, C. de epiſcop. audientia.

Nec ſolum huiuſmodi iuramẽtum ſufficit vt Tutor adminiſtra-
2 re valeat: ſed † quinque requiruntur; Primò quod res recipiat cum decreto Iudicis. Secundo, quod faciat inuentarium. Tertiò, quod iuret vt ſupra, de vtilia faciendo; Quartò, vt ſatiſdet de fideliter adminiſtrando, & ratione reddenda. Quintò, vt expreſsè promittat pupilli defenſionem, vt declarat Bart. in l. legitimos, num. 1. & 7. de legit. tuto. Capell. Tholoſ. Deciſ. 63. Aufrer. in addit.

3 Pluraque † officio Tutoris incumbentia enarrat Roman. in cõſ. 425. per totum, omiſsis alijs locis vulgaribus.

Quæro autem de notabili quæſtione; Statuit Imperator in §. omnem autem, C. de adminiſt. tutor. vt omnes Tutores, & Curatores, omnimodo promittant minorum defenſionem ſuſcipere. Quid ſi
4 in † ſpecie id non fuerit expreſsè promiſſum, ſed per æquipollens, vtputa, quia promiſerunt vtilia facere, & inutilia prætermittere: an propterea ſit ſatisfactum Legis diſpoſitioni? & Bartol. in d. l. legitimos, nume. 8. de legitim. tutorib. pro negatiua concludit, atteſtans vidiſſe propterea caſſari multas tutelas. Et ſequitur Curt. ſenior, conſ. 75. num. 7. Socin. iun. conſ. 22. num. 4. lib. 2. Iaſ. l. 1. num. 20. & ſeq. ff. de lib. & poſthum.

Et licet Capel. Thol. in prçallegata Deciſ. 63. dicat fuiſſe deciſum contrarium, Aufrer. ibi, in addition. tenet oppoſitum, cum alijs hic citatis in margine.

SVMMARIVM.

1 *Quale ſit Synodale teſtium iuramentum.*

De Synodali iuramento teſtium. Art. XXII.

NOtabile eſt iuramẽtum iſtud Synodale, quod epiſcopus in Synodo reſidens honeſtioribus, & veracibus ex eius plebe viris ſibi benè viſis ad ſe vocatis, præſtare debet, eoſque ad iurandum compellere, ſub huiuſmodi for-
1 ma.† Quidquid in antea norint, aut audiuerint, quod contra Dei voluntatem, & totam Chriſtianitatem factum fuerit, ad epiſcopi notitiam pertinens, quod nec amore, pretio, vel timore celabunt, ſed ab epiſcopo, uel eius miniſtro interrogati, patefacient, vt declaratur in c. epiſcopus, 35. quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 *Quid iurare debeant inducti ad probandam conſanguinitatem.*

De iuramento eorum qui inducuntur ad probandam conſanguinitatem. Artic. XXIII.

1 IVrare debet † accuſator, quidquid ſcit, aut audiuit, à vicinis ſiue propinquis antiquioribus, ſe nullo ingenio, non timore, non amore, non præmio, aut intuitu propinquitatis celaturum, vt habetur in c. de parentela, il primo, 35. quæſtio. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum coniugum ſi inuicem ſeparantur, quid contineat.*

De iuramento coniugum, qui inuicem ſeparantur. Artic. XXIIII.

1 IVrat cõiux † ab iſta die ſeparationis citrà, nullo ingenio ſe ſociabit huic cõiugi, à qua ſeparatur propter conſanguinitatem, nec in cõiugio, nec in adulterio, nec cum illa ad vnam mẽſam manducabit, & bibet, nec ſub vno tecto manebit, niſi in Eccleſia

aut

aut loco publico, vbi nulla mala ſuſpitio eſſe poſsit, nec aliam accipiet, niſi fortè poſt actam pœnitentiam licentia ab epiſcopo fuerit impertita, & ſic Deus adiuuet, &c. vt habetur in c. ab iſto die, il I. 35. quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum coniugum ſe reconciliantium.*

De iuramento coniugum ſe reconciliantium. Artic. XXV.

1 MAritus † qui iniuſtè dimiſit vxorem, rediens in gratiam, iurare debet, ab iſta die in antea, coniugem ſuam, quam iniquè dimiſerat, ita tenere ſicut maritus vxorem habere debet in dilectione, & debita diſciplina, eamque à ſe non remouere, quouis malo ingenio, nec illa viuente aliam ducere: prout in c. ab iſto die, il ſecundo, eadem Cauſa 35. quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum adminiſtratoris, qui habet adiunctam iuriſdictionem.*

De iuramento adminiſtratorum habentium adiunctam iuriſdictionem. Art. XXVI.

LEgiſſe non memini ſalubrius, honeſtius, & terribilius iuramentum, quam deſcriptum in Authent. iuſiurand. quod præſt. ab his, quod ibi longius extenſum in ſumma continet infraſcripta † Iuro ego N. per Deum Omnipotentem,
1 Filiũ eius Vnigenitum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, & Spiritum ſanctum, Glorioſam Dei Genitricem Mariam Virginem, & per Euangelia, quæ in manibus teneo, ſanctoſque Archangelos Michaelem, & Gabrielem, me pura conſcientia, Dominis meis ſeruiturum, occaſione mihi traditæ poteſtatis, & communicator ero Sanctiſsimæ Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, & nullo modo aduerſabor ei, nec alium iuxta vires aduerſari permittam. Iuro quoque, quod purè me exhibebo circa ſubiectos, cõtentus ijs quę mihi ſtatuta ſunt de fiſco Annonis, omnemque prius habebo curam circa fiſcalia, non ob hoc lucrum conſiderãs, aut per gratiam, aut odium exigens, & ęquus in cauſis vtrique parti, & in publicis

diſciplinis ero, nullique citra quam iuſtum eſt præſtabo, exequar vniuerſa delicta, & omnem æquitatem ſeruabo; Quod ſi hæc omnia non ſeruauero, recipiam hic, & in futuro ſęculo in terribili iudicio magni Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & habeã partem cum Iuda, & cum lepra Giezi, & tremore Cain.

SVMMARIVM.

1 *Execratio mulieris de adulterio ſuſpectæ ad ſe purgandum.*

De execratione mulieris de adulterio ſuſpectæ ſe expurgantis. Artic. XXVII.

1 NEc minus † tremẽda eſt execratio deſcripta in c. in libro, 2. q. 4. vbi mulierẽ ſe expurgare volentẽ de obiecto adulterio, ita ſacerdos alloquitur, tenens in manibus aquas amariſsimas, in quibus cum execratione maledicta congeſsit. Adiurabitq; illam dicens, ſi non dormiuit Vir alienus tecũ, ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non afficient te aquæ iſtæ amariſsimæ. Si autem declinaſti à viro tuo, & polluta es, his maledictionibus ſubiacebis. Det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo ſuo, putreſcere faciat femur tuum, & tumẽs vterus tuus diſrumpatur, ingrediantur aquæ maledictæ ventrem tuum, & reſpondebit Mulier, Amen, Amen.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eorum qui redeunt ad Eccleſiam relicto ſchiſmate.*

De iuramento à ſchiſmate redeuntium. Artic. XXVIII.

1 EGo † N. ciuitatis illius Epiſcopus, ad vnitatem Apoſtolicæ Sedis (diuina gratia duce) reuerſus, ſub ordinis mei caſu, & anathematis obligatione, promitto tibi N. & per te Sancto Petro, atque eius Vicario Beatiſs. Papæ, & ſucceſſoribus eius, me nunquam aliorum ſuaſu, ad ſchiſma, vnde Dei gratia ſum ereptus, me reuerſurum, ſed ſemper in vnitate Sanctæ Catholicæ Eccleſiæ me permanſurum, vt iuratus hoc dico, per Sancta hęc Euangelia, quæ in manibus meis teneo, vt clarius habes in c. quoties cordis, 1. q. 7.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Examinatores quid iurare debeant in examine promouendorum.*

De iuramento examinatorum. Art. XXIX.

CLerici ad regendas Eccleſias prouidendi, debent prius ex ſtatuto ſacri Tridentini Concilij diligenter examinari, an habiles ſint ad committendi eis officij exercitium, & exequutionem, ſed quia fauor, aut humana gratia forſan operari poſſet, vt minus idoneus digniori, & magis habili præferatur,
1 ſancitum eſt in c. 18. de refor. Seſsio. 24. † vt examinatores electi iurent ad ſancta Dei Euangelia, ſe quacumque affectione poſtpoſita, fideliter munus exequuturos, & cauere debent nè quicquam prorſus occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt accipiant, alioquin ſimoniæ vitium, tam ipſi, quam dantes incurrant, à qua nequeant abſolui, niſi dimiſsis beneficijs, quæ etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur.

SVMMARIVM.

1 *Quid iurare debeant, qui Vniuerſitatibus, aut ſtudijs generalibus præficiuntur.*

De iuramento eorum qui Vniuerſitatibus & generalibus ſtudijs præſunt. Artic. XXX.

SAncitum eſt in Concilio Tridentino, cap. 2. Seſſ. 25. de refor
1 mat. vt omnes ij, ad quos † Vniuerſitatum, & generalium ſtudiorum viſitatio, & reformatio ſpectat, diligenter curent, vt ab illis Canones, & Decreta ſacri Concilij recipiantur, & ad eorum normam Magiſtri & Doctores ea doceant, & interpretentur, quæ ſunt Catholicæ fidei, ſeq; ad hoc inſtitutũ initio cuiuslibet anni ſolenni iuramento adſtringant.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum profeſſorum, promouendorum, & aliorum.*

De iuramento profeſſorum, promouendorum, & aliorum. Artic. XXXI.

1 LAtius prouidit fel. record. Pius Papa IIII. in quadam eius Bulla ſuper ordinatione, & promotione Doctorũ, ſub datum Ro-

mæ de anno 1564. Pontificatus ſui anno 4. in qua ſpecialem iuramento formam edixit ab omnibus Regentibus, Magiſtris, Profeſſoribus, & quibuſcunque ad quemuis Doctoratus, vel alterius dignitatis gradum promouendis obſeruandam.

Quæ etſi quamplura particulariter, & ſanctiſsimè cõprehendat, in ſumma hæc continet. Credo ego N. & profiteor, omnia & ſingula, quæ in Symbolo fidei, quo Sancta Rom. Eccleſia vtitur, continentur, Apoſtolicasque & Eccleſiaſticas traditiones, & reliquas eiuſdem Eccleſiæ obſeruationes, & conſtitutiones amplector, & admitto, Romanoq; Põtifici vti Chriſti Vicario obediẽtiam ſpondoe, & iuro; ſic me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eorum, qui ad impediendam pallij traditionem crimina obijcere volunt.*

De iuramento volentium obijcere crimina ad impediendam Pallij traditionem his, qui ad Metropolitanarum, vel aliarum Eccleſiarum regimen aſſumuntur. Artic. XXXII.

1 PAllij † traditionem his, qui ad Metropolitanarũ, ſeu aliarum regimen eccleſiarum aſſumuntur impedire volentes, corporali præſtito iuramento affirmare debent, ſe id malitioſè non agere, ſed credere ea quæ obijciunt, eſſe vera; offerentes, de obiectis facere promptam fidem, & vlterius obligari debent ad pœnam talionis, ſeu extraordinariam arbitrio ſuperioris; & nè dubitari contingat, quæ ſit iſta prompta fides, & quomodo intelligatur, declaratum eſt eam intelligi, ſi intra duos menſes legitimè probauerint id, quod opponunt; ita cauetur in Extrauag. vnica, de author. & vſu pallij.

SVMMARIVM.

1 *Litigantes quid iurare teneantur.*

De iuramento præſtando à litigantibus in exordio litis. Artic. XXXIII.

SAncitum eſt à Iuſtiniano in Authent. vt litigantes iurent; quod principales litigantium perſonæ iurare debeant in exordio litis, ſe nihil prorſus Iudicibus, aut alijs pro ea lite dediſſe, vel promiſiſſe,

ſiſſe, neque ſe daturos, aut promiſſuros fore, exceptis his, quæ proprijs Aduocatis pro patrocinio præſtant, alijsque perſonis, quibus ex legis permiſsione dari permittitur, imponiturq; pœna contrafacienti, vt ibi latius habetur; data forma, vt coram iudice, tactisq; ſacris Euangelijs præſtetur huiuſmodi iuramentum. Quod quia receſsit ab aula, & prȩſtari non conſueuit, aliam diſcuſsionem non requirit.

SVMMARIVM.

1 *Pares Franciæ ſuper litibus ſubortis inter dominos & vaſallos, qualiter iurent.*
Et qualiter item Syndici Ciuitatum, Tabelliones, Nummularij, & quamplures alij.

De iuramenti varijs ſpeciebus & formulis. Artic. XXXIIII.

ET ne longior in his iurandi formis fiat progreſſus, omiſſa particulari ſingulorum enarratione, & de pluribus ſimul
1 agendo, vt facit Tiraq. infra citandus, iurant † Pares Franciæ ſuper litibus, quæ inter Dominum, & vaſſallos ſuborientur, ſe rectè iudicaturos; iurant defenſores ciuitatum, & quicũque Reip. adminiſtratores, & hi quibus vacantium bonorum cura committitur, ciuitatum Syndici, Tabelliones, Nummularij, & quicumque ex his quibus ſcripturæ faciendæ committuntur; milites item armatæ militiæ, calculatores ad computa reuidenda, vel ſolidanda deputati: hique, qui ad faciendam comparationem litterarum eliguntur; periti vocati in his, quæ eorũ artis peritiam concernunt; item Obſtetrices, Medici, & ſimiles: necnon orphanotropi, ideſt educatores eorum, qui parentibus carent, Rectoreſque Hoſpitalium, Communitatum, ac publicæ annonæ adminiſtratores, quique ſtipendia ſoluunt, Teſtamẽtorum exequutores, venditores alienorum bonorum de mandato Iudicis; hi qui mittuntur ad inſpiciendos fines agrorum, ipſorumque aſsignatores, Nuncij publici, carcerum cuſtodes, & hi qui ad captiuos è manu Turcarum redimendos deſtinantur; vt de his omnibus, & ſingulis ſimul agit, & ſingulariter, breuiterq; proſequitur Tiraquel. de præſcript. in §. 1. glo. 8. in verſ. adde quod cum; vſque ad verſ. ſed redeundo.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus PARS TERTIA,

In qua agitur, quibus perſonis deferendum aut denegandum ſit iuramentum.

SVMMARIVM.

1 *In voluntarijs iuramentis ſtatur aßertioni etiam perſonæ inhabilis.*
2 *In iuramento ſuppletiuo, vel in litem, inhabili non datur fides.*
3 *Nec illi, qui ex facti qualitate vehementi habet contrariam iuris præſumptionem.*
4 *Vilium perſonarum iuramento an ſit ſtandum, & num. 5. 6. 7. & 8.*
8 *Viles perſonæ quæ dicantur, & nu. 9. 10. & 11.*
12 *Calceolarij an dicantur viles perſonæ, & nu. 13.*
14 *Notarius an dicatur vilis perſona.*
15 *An Procurator ſit perſona vilis, & vile ſit eius officium.*
16 *Nicolaus Papa III. eiecit ex Vrbe vti peſtiferos omnes Procuratores, & Notarios.*
17 *Notarij, Procuratores, & Aduocati, pauperum excoriatores, & numero 18.*
19 *Pulchra fabula contra Procuratores, & Aduocatos in infernum properantes.*

Præmißa

20 *Præmiſſa non militant in Procuratoribus in magnis Curijs militantibus, vt in Curia Romana & Regia.*
21 *Nec in Procuratoribus Illuſtr. perſonarum.*
22 *Tunc vile officium reputatur, cum exercetur extra Curiam Principis*
23 *Econtra Procuratoris officium laudabile, & honeſtum, quod confirmatur, nu.24. & pluribus ſequen.& num.36.& 37. & nu.48.& vide num ſequen.*
25 *Procuratores aſſumuntur ad dignitates.*
26 *Infames non poſſunt eſſe Procuratores.*
27 *Ex quibus irrogetur infamia, & multis num.ſeqq.*
33 *Notarius Principis dicitur habere dignitatem.*
34 *Dignitatum collatio pendet à Principis beneplacito.*
35 *Coquus Principis habet dignitatem.*
38 *Vile qualiter quid dicatur.*
39 *Attenta Conſuetudine, Procuratores ſunt viri honorati.*
40 *Procuratorum Collegij ſacri Palatij priuilegium.*
41 *Celebres viri, qui fuerunt eius Collegij, & eorum laudes, nu.42.*
43 *Author ſcriptus in eo Collegio, & nu.ſeq.*
45 *Celebres Procuratores extra illud Collegium ad ſummas dignitates euecti.*
46 *Procuratores aliqui aſſumpti ad Summum Pontificatum.*
47 *Ridicula Fabri opinio.*

De his qui habiles, aut inhabiles ſunt ad iurandum. Artic. I.

TRIVIALIS eſt ea doctrina ex cognitione, alterius ex contrarijs, alterius notitiam reſultare.

Proinde agemus de his, qui ad iurandum inhabiles reputantur, quibus cognitis, infertur reliquos omnes habiles exiſtimari, ad §.1.verſ.videamus, Inſtitut. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.

Primum igitur aduertendum eſt, quod ſi loqui-
1 mur † de iuramentis voluntarijs, ſiue in iudicio, ſiue extra præſtan-
dis, etiam quod iurans ſit aliàs inhabilis ad iurandum, ex quo pars
conſenſit, ſtandum eſt huiuſmodi iuramento, ad §. qui iuraſſe, ff.
de iureiuran.
2 Vbi verò partis deficit conſenſus, ſi ſimus † in iuramento ſupple-
tiuo, vel in litem, inhabiles ſunt Mendaces, Periuri, Infames, Vſura-
rij, Excommunicati, cæterique ſupra adnotati in parte 2. c. 1. art. 5.
num.44. & pluribus ſequentib. vbi percurre vſque ad finem, quia
plura ex eis inſeruiunt.

Repelli-

3 Repellitur † is etiam, qui ex facti qualitate vehementi in oppoſitum præſumptione laborat. Roman.conſ.481.nu.11.Pedemont. Deciſ.71.nu.3.Iaſ.in l.admonendi.nu.295.de iureiuran.

4 Quæro autem, an † vilibus perſonis deferendum ſit iuramentũ, vel potius inhabiles ad iurandum reputentur? & dicendum videbatur inter inhabiles eos connumerari, ex doctrina Baldi, in Authent. Cui relictum, nume.9.verſ. Attende hic, C.de indic. viduit. tollen.aſſerentis, quod vilium perſonarum dictum,& iuramentum nullum habet pondus, & quaſi pro nihilo reputatur apud bonos, & graues viros.Marſil.in l.maritus,nu.40.ff.de quæſt.Roland.conſ. 24.num.65.lib.1.

Pro ſolutione diſtinguendum, de qua iuriſiurandi ſpecie tractetur; nam † ſi quæſtio ſit de ſuppletiuo, tunc cum perſonæ viles non 5 ſint omni exceptione maiores,locus non erit delationi,vt ſuprà deduximus in 2.parte,art.6.num.51.verſ.ſi eſt ruſticus.

6 Si quæritur † de iuramento deciſiuo,ceſſat difficultas: quia cum id ſponte deferatur,ſtandum eſt iuramento etiam perſonæ inhabilis,vt ſupra diximus,ob l.qui iuraſſe,de iureiuran.

7 Si verò † quæſtionem intelligamus de iuramento teſtibus deferendo,an ſcilicet vilibus perſonis, qui in teſtes inducuntur deferendum ſit iuſiurandum,ad effectum, vt eis ſit adhibenda fides: tunc reſpondemus,ex eo ſolo,quod teſtis ſit perſona vilis, à teſtimonio non repelli,ſed minorem fidem facere.Socin.iunior, conſ.183.nu. 40.lib.2.de Communi Roland.in conſ.24. num.64.lib.1.

Hic autem cadit opportuna quæſtio,qui ſcilicet dicantur perſonæ viles.

8 Et † generaliter viles dicuntur omnes, qui ſordidis vacant exercitijs,vtpotè fœneratores,Cœtarij,Lanij, Coci, Farctores, Piſcatores,Vnguentarij,& ſimiles,quos declarat Alciat. in l.mercis, la ſe-

9 conda,ff.de verb.ſignifi.vbi addit,& † mercatores tenues, & Venalitiarios, qui à mercatoribus emunt, vt ſtatim reuendant, factores

10 item † qui rem alicuius priuatam adminiſtrant, necnon & † pæda-

11 gogos, qui menſtrua mercede pacta in aliena domo conducti deſeruiunt,item & præcones,prout ibidem in vltima columna.

12 Quid de Calceolarijs?& ſiquidem Vrbem, aut alium inſignem locum incolant,non eſt dubium eos pro vilibus iuxta populi exiſtimationem haberi; vbi verò incolerent caſtra, & parua loca, secùs eſſe; Rota determinauit in cauſa Nullius Caſtri Montis Portij,corã R.P.D.Marcello Bubalo, ſub die 7. Nouembris 1583. in qua cum Comites Montis Veteris contra bonæ memoriæ Cardinalem Riarium,tunc Abbatem Sancti Laurentij in Campo,agentem pro recuperatione dicti Caſtri tanquam nulliter alienati, plures teſtes ad eorum exceptiones probandas induxiſſent,& contra illos nobis,ac

alijs

alijs Aduocatis pro Cardinali informantibus, opponeretur, quod erant ruſtici, Calceolarij, vileſque perſonæ, quibus non erat danda fides, vel ſaltem cum magna diminutione: fuit in Deciſione reſponſum, per hæc formalia verba: videlicet. Minus etiam placuit oppoſitio, quod eſſent viles perſonæ, quia non probatur. Nec dici poteſt quod exercens artem Calceolariæ, vel agriculturę in iſtis Caſtris, dicatur vilis perſona.

13 Viles † etiam dicuntur pomorum, & paſcuorum cuſtodes, gloſ. per illum text. in l. ne quis, ſuper ver. vni. C. de dignitat. lib. 12.

Item vendentes oleum, ſal, & cœpas, gloſ. ibid. ſuper verſic. ſtationarijs.

14 Quid de † Notario? & licèt eius officium vile ſit, Roland. conſ. 66. num. 39. lib. 1. imò viliſsimum, vt notatur in addit. ad Guid. Pap. Deciſ. 89. vide Tiraq. de nobilitat. c. 30. num. 9. tamen hodie pro negatiua concluditur. Alciat. in d. l. merces, la ſecunda, propè finē, de verb. ſignif. Couar. pract. quæſt. cap. 19. nume. 5. verſ. & ſanè cum tabellionibus. Et vt liberè dicam quod ſentio, longè alienam à veritate reputo eam ſententiam, quod ſit vile officium, immò eſt honeſtum, & dignum, vt bene defendit Luc. de Penna, in l. vniuerſos, colum. 2. verſ. Tabellionatus verò, C. de Decurion. lib. 10. citat text. Eccleſiaſt. c. 10. in verſ. Rex inſipiens, vbi dicitur: In manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem Scribæ imponet honorem ſuum. Et alia deducit ſatis oportuna, ibi vide. Addo text. in l. laudabile, C. de aduocat. diuerſ. iudic. qui Notarios vocat Clariſsimos; ex quo textu inquit ibi Salycet. exultare Notarios.

15 Quid dicendum † de Procuratoribus, & eorum officiū inter vilia numerari aſſeruit gloſ. final. in l. ſi quis procurationem, C. de Decurion. lib. 10. Bald. in l. Caſsius, num. 6. C. de Senator. Roland. cōſi. 66. num. 38. lib. 1. Quod etiam infamibus permittitur, Iaſ. in Rubr. C. de procurat. num. 6. §. fin. vbi not. Inſtit. de except. Et viliſsimum eſſe poſt Bar. in d. l. ſi quis procurationem, notatur in addit. ad Guido Pap. d. Deciſ. 89. Viui. Opin. 647. Et quod mirandum admodū eſt, non defuerunt, qui id officium infamiſsimum reputarint; Dyn. in Regula infamibus, in final. verbis, in 6. vbi id officium infamiſsimum, & viliſsimum appellauit, Tiraquel. qui etiam alios refert, de Nobilita. c. 30. in princip.

16 Addere poterant vlterius in vilipendium, quod † Nicolaus Papa eius nominis III. omnes procuratores, & Notarios veluti peſtiferos & pauperum ſanguine viuentes, ab Vrbe expulit, vt Platina refert in vita illius Pontificis.

17 Adducereque † inſuper Iaſ. in §. tripli verò, num. 57. Inſtitu. de action. dicentes impios procuratores, Notarios, & Aduocatos eſſe pauperum excoriatores. Ac Bart. in l. omnes populi, quæſt. 5. principali,

cipali, de iuſtit. & iure. iſtos nuncupantem Canes Curiarum, & Ciuium deuoratores, & non tacere Viuium plura contra eos referentem, opin. 38. & Roland. conſ. 86. num. 33. lib. 2. & Iaſ. in §. ſed iſtæ, num. 102. Inſtit. de action. referentem Bald. dicentem, quod Aduocati præſumuntur paruæ conſcientiæ, & nonnulla refert etiam Grauat. ad Veſtri. lib. 6. Rom. Prax. c. vlt. nu. 12.

Et tandem referre Roſar. Buſti. par. 2. Sermo. 29. ſuper litteris A. & B. le ſeconde. in verſ. Octauum documentum, & verſ. ſeq. vbi valde inuehitur in Aduocatos,
18 † quorum appellatione comprehendi affirmat procuratores, qui, vt ibi dicitur, ad infernum deſcendunt, quia ſæpè claudicant in expeditione cauſarum, & plerumque in nō leue clientum præiudicium colludunt; & refert Author ibidem
19 quandam † fabulam de Ioanne Parente Florentino, qui cum eſſet iudex in Ciuitate Caſtellana, ſtaretque ad feneſtram domus, vidit quendam Porcorum cuſtodem laborantem vt illos clauderet in quodam ſtabulo, & ob eos hinc, & inde fugientes id facere nequeuntem, cumque ferè inſaniens diu fruſtra conatus claudere nō poſſet, clamare cœpit, O maledicti Porci, intrate ſtabulum, ſicut Iudices, & Aduocati intrant in infernum: quo dicto, Porci protinus introierunt in ſtabulum: quo viſo, Iudex ille timore perculſus ſęculo renunciauit profeſſa Religione Fratrum Minorum.

20 Limitant autem prædicti Doctores, id non procedere in procuratoribus in magnis Curijs, vtputa in Romana, vel Regijs.

21 Nec etiam in procuratoribus Illuſtrium perſonarum. Tiraquel. d. cap. 30. num. 4. & 6. Bald. d. l. Caſsius, nu. 6. de Senatorib.

22 Et tunc † vile aſſerunt reputari, cū extra Curiam Principis exercetur, Couarru. practicar. quæſt. c. 19. col. 37. ſecundum paruam impreſsionem, in verſ. ſed & idem reſpondendum.

Cagnol. autem in l. 2. §. poſt originem, num. 216. de orig. iur. bo-
23 nos procuratores, & cauſidicos defendens, † illorum offitium nō inter vilia numerandum, ſed pro neceſſario honeſto, & laudabili arbitratus eſt, nihil tamen allegat.

Cuius ſententia probabilis, & verior eſt, quam legibus, rationibus, & Conſuetudine comprobamus.

Si ad ius Commune reſpicimus, procuratorum vſus, vt inquit
24 Vlpian. in l. 1. in fine, ff. de procurator. per quam † neceſſarius eſt, vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe non poſſunt, aut nolunt, ſaltem per alios poſsint agere, vel conueniri, & licitum eſt illorum officium, l. litem, C. de procurator.

25 Et cum † procuratores aſſumi, & promoueri poſsint ad dignitates, l. filiusfamilias, §. procuratorem, in fine, ff. de procurator. exploditur abſurda illorum opinio, quod eorum officium ſit infame, cū infamibus portæ non pateant dignitatum, l. 2. & l. ne quis ex vlti-

mis,

mis, C. de dignitat. lib. 12. ad c. infamibus, de reg. iur. in 6. & quibus quamplures procuratores ornati fuerint dignitatibus, paulo inferius referemus.

26 Et quod † infames non poſsint eſſe procuratores, nec cauſarum patroni, de Iure Canonico eſt text. clarus, in c. infamis, 3. q. 7. & de Iure Ciuili conſonat l. 1. verſ. ſecundo loco, & verſ. rurſus autem, & verſ. hoc edicto, ff. de poſtulan.

Et licet gloſ. in l. 1. C. de infam. lib. 10. dicat infamem eſſe poſſe procuratorem, Nicol. de Neapoli ibi dicit, id procedere in infamia facti, ſecùs autem eſſe in infamia iuris.

Si rationes attendimus, plures concurrunt eam erroneam opinionem, quod procuratoris officium vile ſit, & infame, confundentes.

27 Infamia † ſi quidem irrogatur, vel genere delicti per ſententiam declarati, vel genere pœnæ illatæ, vel ex improbi facti qualitate, vtpotè fœnoris exercitio, vel ſimili, ad text. in c. infames, verſic. porrò infamia, 3. q. 7. in officio procuratoris ceſſant pœna, & delictũ: Nec dici poteſt exercitium improbatum, cum ſit licitum, d. litem, C. de procurator. ergo ceſſat infamia.

28 Præterea, † nil eſt aliud infamia, quam lęſæ dignitatis ſtatus, Legibus, & moribus ex defectu delinquentis improbatus; vt probatur ex l. cognitionum, à contrario ſenſu, in verſ. infamia verò, ff. de var. & extraordi. cognit. per quem ita eam deſcribit Bart. in l. 1. num. 1. verſ. infamia verò, ff. de his qui notant. infam. Eo enim ipſo (ſubiungit Bar. ibid. num. 39.) quod quis aliquid facit ex prohibitis, ius ſententiam profert, & infamiam irrogat. Procurator autem nil prohibitum facit, procurando pro alijs, quod nec Legibus, nec moribus eſt improbatum, imò, vt prędiximus, expreſsè permiſſum, ergo ceſſat infamia.

29 Inſuper † infamia ſegregat infames ab honeſtorũ commercio, l. 2. C. de dignitat. lib. 12. Procuratores autem paſsim admittuntur à Iudicibus, Cardinalibus, & Principe, cum quibus aſsiduè tractant, & conuerſantur, ideo, &c.

30 Confunditur † etiam contraria ſententia ineuitabiliter, admittitur enim ab eius aſſertoribus, quod in Romana, & alijs magnis Curijs tale officium non ſit vile, ſed tunc tantum, cum extra Curiã Principis exercetur: prout nec vile confirmant, ſi ſint procuratores Illuſtrium perſonarum, ſic itaque arguimus: Aut vtilitas eſt in perſonis, aut in officio: & in vtroque capite eorum ſententia confunditur, ſi vtilitatem ponunt in perſonis, tũc eorum opinio, quod officium procuratoris ſit vile, non habet fundamentum, quia arguunt perſonas, nõ officium, & quæſtio eſt de officio in abſtracto; an ex ſui natura vile ſit, & abiectum, non autem ſi vilitas cauſetur

ex prauitate perſonæ officium exercentis. Male ẽt arguunt à vilitate perſonarum, cum paſsim videamus procuratoris officium à viris honeſtis, nobilibuſque exerceri, qui ex vitæ, & morum integritate, & generis claritate hilari vultu à Iudicibus, & ſuperioribus ad audientiam admittuntur, & ad magnas dignitates in dies exaltantur, vt proximè deducitur.

31 Sin verò vilitatẽ † aſſerũt eſſe in officio, & tunc ſi verũ eſſet quod officium ſui natura vile ſit, ſemper erit tale, ſiue Principis, ſiue Illuſtrium, ſiue vilium perſonarum ſint procuratores, & ſeu extra, ſeu in Curia Principis exerceatur, cum ex loci mutatione, qualitas officij, quæ eadem eſt in quocunque loco, non alteretur; & infamia, quæ officio inhæret, vbique ſequatur eum officialem quocumque vadat, veluti lepra leproſum; cum enim vitium ſit reale, non perſonale, ipſam rem afficit, à qua nunquam ſeparatur.

32 Nec dicatur † longe differre procuratorem Principis à procuratore priuati, vt patet ex pluribus priuilegijs à iure indultis procuratori Fiſci; Quoniam dicimus, circũſcriptis priuilegijs, officium eſſe idem, & ſi eadem priuilegia indulta forent procuratoribus priuatorum nulla inter eos, & procuratorem Principis foret differentia, cum eiſdem nomine, & officio reſpectiuè fungantur, & nominentur; quo procuratoris nomine Principes abſtinuiſſent in ſuis agẽtibus, ſi illud vile reputaſſent, cum non defuiſſent alia nomina, quibus eorum procuratores nuncupare potuiſſent.

Et iuxta eorum lecturam ſequeretur, quod officium aliàs ſui natura vile, & abiectum, ſi collocetur in perſona Curialium, & familiarium Principis, eſſet honorificum, & conſequenter læno priuatorum, aliàs infamiſsimus, ſi ſit lęno, & familiaris Principis, eſſet honoratus, & dignus, quo nil abſurdius dici poteſt.

Quod ſi obijciatur de Notario, cuius officiũ eſſe vile paſsim aſſe-
33 ritur à Doctoribus, vt ſupra retulimus, † qui ſi ſit Notarius Principis, dicitur habere dignitatem, l. vnic. C. de mandat. Princip. Tiraq. de nobil. c. 30. nume. 9. Vel obijciatur de coquo, cuius officij vilitatem nemo diſsimulat, & nihilominus ſi ſit coquus Principis, dicitur habere dignitatem, vt notat Roman. ſingul. 649. Cott. in memorial. ſuper ver. coquus Imperatoris. Fely. in Rubr. de offi. delega. num. 3. in fi. Tiraq. de nobilit. cap. 30. num. 10. Boer. Deciſ. 222. nu. 10. Mandoſ. ad 6. Reg. Cancellar. quæſt. 3. num. 3. Reſpondemus, quod id euenit, quia ſpecialiter his caſibus eis indulgetur huiuſmodi dignitas, quæ ſi non eſſet expreſſa, officium remaneret in ſui natura, prout remanet in lęnone, cum, quod non mutatur, in ſuo ſtatu remaneat, l. ſancimus, C. de teſtament.

34 Et † dignitates conferre, & cui libuerit aſsignare pendet à mero beneplacito Principis, à quo veluti à fonte profluũt, vt inquit Bal.

in c.1.in prin.verſ.nota quod omnes dignitates.Quis dicatur Dux, Marchio, Comes,in vſib.feudor.

35 Aduertendum eſt autem, quod dum dicitur † coquum Principis habere dignitatem,nullum habet aliud fundamentũ,niſi quod omnes id aſſerunt,ex doctri.Baldi,quam ſingularem dicunt,in c.1. quis dicat.Dux,vel in c.1.de feudo guard. & Bald. in libro meo,in neutro illorum capitulorum id dixit: ſed bene id diciturin addit. ad Bald.in Rubr.de feud.guard.ſuper ver. Rubrica; quæ nullibi id fundat,& nil prorſus citat.vide Boer.in Deciſ.222.nu.9.

36 Nec facit, † plures ex noſtris maioribus paſsim id procurationis officium vile nuncupaſſe: quoniam eorum opinio ſaluari poteſt,ſi vile intellexerint comparatiuè ad digniora officia,vt loquitur text. pro fundamento contrariæ ſententiæ paſsim adductus, in l.ſi quis procurationem,C.de Decurion.lib. 12. vbi vile id officiũ dicitur, comparatiuè,ad dignitatem Conſiliariorum Principis, & Curialiũ maiori dignitate fungentium; Et ita reſpondit Couarru. in d.c.19. pract.quæſt.nu.4.verſ.hactenus Cæſarea.

37 Nec ignoramus illum text.aliter poſſe euitari, cum loquatur de procuratore ad negocia, nõ autem de procuratore ad lites,de quo eſt diſputatio,vt refert Tiraq.in d.cap.30.de Nobilit.in princ. Probantque clara verba textus ita cantantia. Si quis procurationem facultatum ſuarum Curiali crediderit eſſe mandandam,totius dignitatis exceptione depulſa,grauiſsima pœna plectetur. Loquitur ergo text.de procuratione ideſt cura bonorum ſuorum, ideſt deputatione factoris pro adminiſtrandis bonis ipſius deputantis; & quid cõmune habet deputatio factoris ad curã bonorum cũ cõſtitutione procuratoris ad lites? abhorruit enim Princeps, vt ſui Curiales, qui ſunt in dignitate, vt is textus probat,euadant factores aliorum, & pœnam impoſuit deputanti,in principio Legis,& ipſi Curiali acceptanti in finalibus verbis; & quod is text.loquatur de hoc vili officio factoris,apparet ex alijs ſubſequentibus verbis, videlicet,dum ſubditur: Ille verò, qui immemor libertatis & generis, infamiſsimam ſuſcipiens vtilitatem,exiſtimationem ſuam ſeruili obſecundatione damnauerit, exilio tradatur. Ecce, verba clara, loquentia de Curiali, qui onus factoris acceptauit, quod ſeruile appellat, quod prout quadrat officio factoris, ita alienum eſt à munere procuratoris. Ex quibus ceſſat prorſus omne fundamentum huius erroneæ, & irrationabilis opinionis; At quia, vt diximus, tot Doctores,& quidem grauiſsimi vile procurationis officium reputarunt, dum extra Curiam Principis exercetur,vt eos,quantum fieri poteſt tueamur, dicemus illam ſententiam procedere poſſe comparatiuè ad officia digniora,veluti dixit Horatius.

Vilius argentum eſt auro, virtutibus aurum.

Vbi argentum, & aurum, quæ ſunt precioſiora metalla, precioſioribus comparata, vilia nuncupauit.

38 Nam † ſi vile pro paruipenſa re ſimpliciter intellexerunt, vt plerunque accipitur, iuxta Salluſtij verba in bello Catilinario, fidem, fortunas, pericula, vilia habere, & Cicero in Flacco, etiam ſi honos noſter vobis vilior fuiſſet, ſalutem certè charam futuram putaui, & tunc falſa eſt aſſertio, cum procuratores vbique non in mala, ſed honeſta exiſtimatione, tenti, reputatique fuerint, & ita temporibus noſtris teneantur, & reputentur.

39 Si ad † Conſuetudinem ſe conuertant, iam diximus ex communi omnium exiſtimatione procuratores vbique honorari, & inter perſonas honeſtas, & laudabilis reputari, & horatim ab Illuſtribus viris, magniſque Prælatis, eorum domos frequẽtari, & non exiguis eps honorarijs decorari videmus, & eſt notorium.

40 Ab huiuſmodi † aũt diſcuſsione eximuntur Collegij Sacri Palatij procuratores, in quo non niſi graues viri I.V.D. & qui ob diutinam in cauſarum patrocinijs præſtitam operam, nominis honeſtam famam ſint conſequuti, præuioque rigoroſo examine corã R.P.D. Rotæ Decano, factaque prius diligenti inquiſitione de vita, & moribus cum voto eiuſdem Domini Decani admitti poſſunt; cuius ordinis ſemper aliqui cum magna nominis celebritate claruerunt.

41 Et † tempore meo celebres fuere, Antonius Maſſa, Octauianus Veſtrius, Hercules Seuerolus, Franciſcus Turzanus, Vergilius Boccacius, quorum nominis celebritatem, & quanti in cauſis patrocinandis eſſe potuerint, ipſa eorum opera impreſſa, Primi ſcilicet, tractatus de Camerali obligatione, aliaque opuſcula. Secundi, tractatus de Rom. Praxi; Tertij, tractatus de Remiſſoria. Quarti, Cõmunes Opiniones inter alias communes impreſſæ. Quinti, varia opuſcula omnibus ea legentibus patefaciunt, è quorum numero ſemper à Summis Pontificibus quamplures aſſumi, ad maioreſque dignitates promoueri cõſueuerunt. Et vt de promotis tempore meo tãtum verba faciam, ex huius ordinis viris, infraſcripti ad ſubſequẽtes dignitates ſunt euecti.

Petrus de Monte ad Epiſcopatum Lucerinum, & per aliquod tẽporis interuallum Papæ fuit Vicarius in Vrbe.

Hercules Lamia ad Epiſcopatum Alexanenſem.

Petrus Duxina Prælatus ad officium Sanctiſsimæ Inquiſitionis.

Aſcanius Libertanus ad idem officium, & ſucceſsiuè ad Epiſcopatum Callienſem promotus.

Dominicus Tuſcus Signaturæ Iuſtitiæ Referendarius, deinde ad Epiſcopatum Tyburtinum promotus, & demum Vrbis Gubernator, & nouiſsimè meritiſsimus Cardinalis.

Hercules Seuerolus Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator.

Octaui-

Octauianus Veſtrius ad Aduocationem Cōſiſtorialem electus, licet morte præuentus ſolitas diſputationes ante admiſsionem perficere nequiuerit.

Ioannes Bernardinus Piſcina Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius, & deinde Montaneæ Nurſiæ Præfectus.

Natalis Rondoninus Fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ Procurator.

Paulus Caperchius Generalis Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarius, & demum Conſiſtorialis, & Fiſci etiam Aduocatus.

43 Non mirum † ſi Grauat. in addit. ad. Veſtrium, ſuper titu. de procurato. Sacri Palatij adnotauerit, in illo Collegio ſemper præſtan-
43 tiſsimos adfuiſſe Iuriſconſultos; intra † quem ordinem amicis inſtantibus de anno 1568. cooptatus fui, & libenter aſſenſi, quamuis ab anno 1551. citrà, quo menſis Martij die 9. Lauream Doctoream fueram aſſequutus, continuè in Forenſium cauſarum patrocinio
44 vtrumque † Aduocati ſcilicet, & Procuratoris officium profitendo, non ſine honeſti nominis, & facultatum auctione me exercuiſſem.

45 Nec ex † ſolo dumtaxat huius Collegij corpore floruerunt excellentes in Vrbe procuratores, ſed etiam extra illud quamplures non mediocris nominis viguerunt, & vigent, qui & ipſi ad varias erecti ſunt ita poſtulantibus eorum meritis, dignitates.

Prodeat in primis Illuſtriſsimus bonæ memoriæ Ioan. Baptiſta Cardinalis Caſtrucius Signaturæ Iuſtitiæ præfectus, qui publicam per plures annos procurandi profeſsionem exercuit.

Ioãnes Antonius Lazarus, & ipſe per multos annos procurator, tandem Epiſcopus Amerinus electus eſt.

Omneſque infraſcripti procurationis munus in Vrbe diu profeſsi, tandem ad infraſcriptas dignitates euecti ſunt.

Iulius Ottinellus primo Epiſcopus Caſtrēſis, deinde ad Sereniſsimum Sabaudiæ Ducem Nuncius Apoſtolicus, hodie vero Epiſcopus Fanenſis.

Sebaſtianus Vantius pulcherrimi tractatus de nullitatibus Author, primo Locumtenens A. C. & vtriuſque Signaturę Referendarius, & tandem Epiſcopus Vrbeuetanus.

Ioannes Baptiſta Rota, diu procurator, poſtremo iuxta cognomen Rotæ Auditor.

Iulianus Pergolellus Romanus Nurus meæ Patruus Locumtenens A. C. in ciuilibus, primo regnante Iulio III. & rurſus ſub Pio IIII. & vtriuſque Signaturæ Referendarius nemini ſecundus.

Ioannes Baptiſta Curtus, Horatius Marchianus, Rodulphus Bōfiolus ſinguli officium Commiſſarij Cameræ Apoſtolicæ adepti ſunt, & Bonfiolus fuit etiam Generalis theſaurarius, & Troilus Bōcompagnus Epiſcopus Ripanus.

Sed quid tantum immorandum in dignitatibus,quibus honeſti
46 nominis † procuratores ornati, ſi vſque ad maximam omnium, & ſupremam Romani Pontificatus dignitatem prouecti ſunt? Innocentius ſiquidem eius nominis VI. vt Platina refert in eius vita,procurator fuit; & tempore noſtro Hugo Boncompagnus, qui poſtea Gregorius XIII.eſt nuncupatus,cum primum venit ad Vrbem,procurationis officium exercuit, licet exiguo tempore,quoniã electus fuit primus Collateralis Curiæ Capitolij; deinde creatus Referendarius, & A. C. in Ciuilibus Locumtenens, poſtmodum Epiſcopus Veſtanus,exinde Cardinalis,& demum Pontifex Maximus.

His in gratiam procuratorum quorum fui ſemper amãtiſsimus, deductis,Legibus, Authoritatibus, & Cõſuetudine comprobatis,
47 quis nõ † abſtineat à riſu, ſi fortè incidat in verba Io.Fabri,in §.prę terea, qui eſt vltimus in ſua lectura,nu.4.Inſt.de exception.dum refert quorundam opinionem, dicentium, quod omnis procurator eſt infamis,& vilis perſona,per d.l.ſi quis procurationem, ſupra inductam,C.de Decurion.lib. 10.quæ, vt oſtendimus, non loquitur de procuratore ad lites,ſed de factore ad negocia,& poſtea ſubdit, quod recipere procurationis officium,eſt res vilis, & infamis homini exiſtenti in dignitate,ſecùs autem, homini pauperi:inferens Doctores, & Licentiatos videri infames, ſi onus procurationis acceptent.& Angel.in §.præterea,il ſecondo,num.8.verſ.an autem miles,ibid.quærit, an Doctor, vel Aduocatus poſsit eſſe procurator, refertque prædicta verba Io.Fabri,vt facit etiam in §.eas verò exceptiones,num.2.verſ.Aduertas tamen,concluditque Doctores, Licentiatos,& Milites,qui onus procurationis recipiunt, videri infames,ſequitur Matthę.Brun.de ceſsio.bonor.in 10. quæſtio.4.quæſtio.principalis,num.15.

Nonnè digna ſunt riſu? cum nimis abſint à veritate, prorſusque
48 taceri debuiſſet à talibus viris;Cum † procuratoris officium vt latè deductum eſt,ſit vtile Reipubl.honorificum,Legibus, & Conſuetudine comprobatum, illudque exercentes paſsim ad diuerſas, & maximas etiam dignitates promoueantur.

49 Nec dicatur † id verum eſſe tantum in Romana Curia, & ſecùs eſſe extra illam,præſertim in paruis Ciuitatibus,& oppidis, quoniã in his terris procuratores,& Notarij ſunt de primarijs, & nobilioribus, vt eſt notorium,pulchrumque exemplum habes de Calceolarijs,qui in paruis terris non dicuntur perſonæ viles,vt Rota firmauit, relata ſupra,in verſ.quid de Calceolarijs,num.12.

S V M M A R I V M.

1 *Regulariter omnes iurare coguntur.*
Et quibus caſibus quis iurare non compellatur, num.10. & ſeqq.

Præ-

2 *Præſertim de calumnia omnes iurare coguntur.*
3 *In iuramento deciſiuo plures excuſantur.*
4 *Quid in iuramento ſuppletiuo.*
5 *Quid de iuramento in litem.*
6 *Quid de iuramento purgationis, & nu.7.*
7 *Quid in iuramento aſſertorio.*
9 *Quid in promiſſorio.*
11 *Patronus cogi nequit à liberto.*
12 *Nec coguntur pupilli, Procuratores, & Defenſores.*
13 *Qui nequit conueniri, nec cogi valet ad iurandum.*
14 *Nec cogitur is, qui habet exceptionem, quæ impedit litis ingreſſum.*
15 *An cogi poſsit qui iurauit nunquam teſtificari, neque iurare, & ſi quis iurauit domo à decem diebus non exire, nu.16.*
17 *Mulier prægnans an cogi poſſit ad iurandum.*
18 *Quid in tertio à partibus electo ad aliquid faciendum?*
19 *Quid in parte, quæ ſuam intentionem fundauit.*
20 *Excuſatur à iurando is, qui ſibi præiudicare poſſet in actione euictionis.*

De his qui à iurando excuſantur. *Artic. II.*

1 LIcet autem † regulariter omnes iurare compellantur, plures iuſtis ex cauſis excuſantur, quos breuiter adnotabimus. Et ne ſæpius eadem repetantur, diſtinguimus caſus iuxta ſpecies iuramenti.

2 Si enim ſumus † in iuramento calumniæ, omnes illud præſtare tenentur, vt ſupra docuimus parte ſecunda, artic. 1. præter paucos ibidem adnotatos.

3 Si agitur de † iuramento deciſiuo, plures à iurando excuſantur, fusè relati ſup. parte ſecunda, art.3. à num.7. & pluribus ſeq.

4 Quod † ſi agatur de iuramento ſuppletiuo, tunc non tractatur de excuſatione iurantis, quoniam illud non defertur niſi petenti, & vbi adſit petitio iurare volentis, ceſſat materia excuſationis.

5 Idemque dicimus † vbi tractetur de iuramento in litem, quod non niſi petenti, vbi alia requiſita concurrant, præſtari ſolet, vt latè deductum eſt ſupra, par. ſecunda, artic.7. Proindè ceſſat in his terminis excuſatio.

6 Quod ſi tractetur † de iuramento purgationis, regulariter in id nõ cadit excuſatio, quoniam vt ſupra diximus, par. ſecunda, artic.11. defertur huiuſmodi iuſiurandum ſe purgare volenti, ſed non eſt cogendus, ſi ſe purgare neglexerit, ad c. quoties frater, in fine, & c. ſeq. 2. quæſt. 5.

7 Pleriſque tamen in caſibus † eſt locus compulſioni, vt ibid. adnotauimus, ideo non replicamus.

8 Ceſſat etiam † excuſatio in aſſertorio iuramento, quoniam ea aſſertio fit ſpontanea voluntate iurantis, vt liquet ex his quæ ſupra deduximus, par. ſecunda, artic. 12.

9 Idemque dicimus † in iureiurando promiſſorio; cum obligationes cadant in vltroneam voluntatem ſpondentis.

10 Cadit igitur † excuſatio, de qua agitur, ne quis iurare cogatur in caſibus, de quibus infra.

11 Patronus † enim inſtante liberto iurare non eſt cogendus, l. ſi patronus, ff. de iureiur.

12 Pupillus, † item Procurator & defenſor, iuxta terminos eius legis, nec compelluntur, l. iuſiurandum, §. pupillo, ibid.

13 Et generaliter † nemo ex his qui conueniri nequeunt, ad iurandum compelli poteſt, l. tutor pupilli, §. fi. eo. ti.

14 Is etiã † licitè recuſat iuramentum, cui competit exceptio impediens litis ingreſſum, Iaſ. l. ſi patronus, nu. 4. & ibi ante eum Paul. & Alex. de iureiur.

15 Quæritur † opportunè ſi aliquis nunquam iurare, vel teſtificari iurauerit, & nominetur in teſtem in aliena cauſa, an citatus cogi poſsit inuitus medio iuramento ad perhibendum teſtimonium veritatis. Et pro affirmatiua reſoluit Speculat. relatus à Iaſ. in l. qui iurato, num. 10. ff. qui ſatiſd. cogant. & vide in num. 15. & 20. vbi alios citat. Vbi etiam habes nu. 11. quod ſi taliter iurans cum alio litem agat, & conuentus petat Actorem iurare de calumnia, quod iurare cogatur non obſtante priori eius iuramento, de non iurando, cum id faciat de mandato Superioris, cuius authoritatem ſemper exceptam interpretamur.

16 Hinc eſt, † quod ſi quis iurauerit per decem dies è domo non exire, ſi de mandato Iudicis citetur, comparere debet, nec dicitur iuramento contrauenire. Anchar. in cap. ſi verò, num. 7. de iureiur. & plures caſus in quibus excuſatur quis ob iuſſum Superioris recenſet Iaſ. in d. l. qui iurato, nu. 11. & pluribus ſeq.

Cæterum, non ineptè videndum eſt de cuiuſdam vulgaris, & frequentis in ore mulierum ſententiæ veritate, qua paſsim dicere
17 conſueuerunt, quod mulier † prægnans ad iurandum cogi non poſsit. Quæ vana eſt fœminarum opinio, cum cogi debeat ad iurandum, & teſtificandum ſicut omnes alij; hoc eis indulto priuilegio, vt non cogantur ire ad Tribunalia, ſed tranſmittatur Notarius Actuarius ad iuramentum & examen recipiẽdum, vt declarat Foller. in pract. crim. ſuper ver. capiatur informatio. nu. 31. facit text. in l. 3. verſ. vnde Marcellus, de iureiur. Paul. per illum tex. in l. 2. §. ſi nõ propter, ff. ſi quis caution.

Quid

18 Quid in † eo qui cõcordantibus partibus electus eſt ad aliquid
explicandum, prout eius arbitrio viſum fuerit: vel ad aliquid iux-
ta eius peritiam æſtimandum, vel liquidandum? & plerique exiſti
marunt his in caſibus iuramentum non fore neceſſarium; tutior
autem viſa eſt contraria ſententia, quæ placuit Couar. lib.2.variar.
reſol.c.13.num.3.verſ.tertia concluſio.vide Decium, in cap.propo
ſuiſti, nu.15.vbi Fulg.nu.9. Abb.nu.4.de probat.

19 An † ſi pars ad reſpondendum interpellata habeat fundatam in
tentionem ex inſtrumentis, aut teſtibus iurare cogatur, vel potius
à iureiurando excuſetur; vide ſupra in ſecunda parte, capit.1. ar-
tic.4.num.32.

20 Excuſatur † etiam à iurando is, qui ſi iuraret, pararet ſibi præiu-
dicium in actione euictionis, vide ſupra in artic.5.nu.15. Limit.8.
par. ſecunda.

FINIS TERTIAE PARTIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus PARS QVARTA,

In qua agitur de effectibus Iuramenti.

NVNC quarta ſit obuia pars principalis, quæ non immerito vocari ſolet mare magnum, & ſpacioſum nimis, ob tot notabiles Effectus iuxta receptas ſententias à iureiurando ſcaturientes, vt nemo vnquam excelſus, & admirabilis Gygas tantis à natura viribus fuerit dotatus, quantis à communi ſchola ſcribentium dotatum eſt Iuramentum. Hinc Marſil.in Singul.402.exiſtimauit poſſe illud herbæ Betonicæ æquiparari, quæ ut inquiũt Medici virtutes innumerabiles habet; at exigua apparebit virtus Betonicę comparata ad effectus iuriſiurandi, vt videbis proximè referendos: eia igitur hilari animo ad illorum enumerationem deueniamus.

Primus Effectus.

PRimus igitur generalis maximuſq; occurri Effectus, quod iuſiurandum ſemper ſeruari debeat, vbi fieri poſsit abſque diſpendio ſalutis æternæ, c.cum contingat, & c.ſi verò, de iureiur.cap.licet mulieres, eod.tit.in 6. vel corporis periculum non immineat, c.fin. verſ. iuramentum itaque, 22.quæſtio.4.

Hincq;

Hincque infertur, quod ſi quis iurauerit, aut vouerit ſe nunquam carnes comeſturum, prout Fr. Cartuſienſes, vrgente graui infirmitate, & medicis aſſerentibus ad euitandam mortem eſum carnium fore neceſſarium, quod illas licitè comedere poſsit, vt notabiliter voluit Abb. in c. ſi verò, nu. 2. vbi Fely. id extollit, nu. 3. de iureiur.

Datque Abb. ibidem aliud exemplum in Vltramontano iurante ſe Romæ moraturum per totum menſem Auguſti: nam ſi propter aeris intemperiem infirmetur, & timeatur de eius obitu, recedere licebit.

Hanc autẽ ita arctam iuriſiurandi religionẽ (quod ſemper ſit inuiolabiliter obſeruanda) ita demum procedere viſum eſt innumeræ turbę Doctorũ, ſi iuramentũ ſecum comites habeat Iuſtitiã, Iudiciũ, & Veritatem: de quibus fusè dictũ eſt ſuprà, q. 5. in 1. par.

Adduntur ab alijs quamplures aliæ modificationes, de quibus arbitror expedientius fore particulariter agere: proinde ad huius primi Effectus vberiorem dilucidationẽ intraſcriptas Quæſtiones excutiendas proponimus.

Quæſtiones Primi Effectus.

I. Quid iuris vbi dolo præſtitum eſt iuramentum.

II. Quid ſi contineat enormem læſionem.

III. Quid ſi contractus ceſſante iuramento ſit ipſo iure nullus.

IIII. Quid ſi iuramentum ſit interpoſitum in contractu per ſtatutum reprobato.

V. Quid ſi pars antea iuraſſet nunquam ſe facturum talem contractum, vtpotè, non fideiubere, non alienare, & ſimilia, & poſtea contraueniens medio iuramento ſe obligauerit, an ſecundum præualeat, vel prius iuramentum.

VI. An ex noua cauſa liceat abſque periurio contrauenire?

VII. Nunquid iuſiurandũ pariter liget Hebręos, veluti Chriſtianos.

VIII. An contractus nulliter à minore celebratus iuramento firmetur, ita vt periurij metu ſit obſeruandus.

IX. Quid iuris ſi per errorem præſtitum ſit iuramentum.

X. An liceat illud authoritate propria in melius commutare?

XI. Quid ſi interpoſitum ſit in contractu ſimulato?

XII. Quid ſi ob metum aliquis compulſus fuerit ad iurandum?

XIII. Quid ſi minor iurauit non contrauenire contractui ratione minoris ætatis; & quid ſi non contrauenire ſpopondit ratione minoritatis, nec alia quacunque de cauſa?

XIIII. Quid ſi minor in inſtrumento iurauit ſe maiorem?

XV. Quid ſi curatorem habens, abſque eius auctoritate contrahat, an iuramento obligetur?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum dolo præſtitum non ligat.*
2 *Et procedit ſiue dolus re ipſa, ſeu ex propoſito interuenerit.*
3 *Quid in muliere renunciante bonis, & iuribus ſuis.*
4 *Quid ſtante enormi læſione.*
5 *Intellectus ad Authen. Sacramenta.*
6 *Quæ dicatur enormis læſio, remiſſiuè.*

Primi Effectus Quæſtio Prima.

1 FAcilis eſt huius primæ quæſtionis reſolutio: quoniã † vbi dolo inductus eſt aliquis ad iurandum, iuſiurandum non tenet, c. cum contingat, de iureiur. c. quamuis, de pact. in 6. Siquidem, nec Ius Ciuile, neque Canonicæ Sanctiones aſſiſtunt iuramento, vbi dolus adſit. Butr. conſi. 45. num. 1. verſ. vnde quamquam. Pedemon. Deciſ. 41. num. 3. Aym. conſil. 142. nu. 27. cum latè congeſtis infrà, quæſt. ſeq. Soc. iun. conſi. 3. nu. 34. lib. 2.

2 Idque † procedit, ſiue dolus re ipſa, ſiue ex propoſito interueniat. Decius, conſi. 180. num. 6. & 7. & conſi. 551. num. 2. 3. & 4. Ancharan. conſi. 180. in fi. & conſi. 330. num. 10. Cur. iun. conſil. 141. num. 6. vbi de magis communi, & conſi. 83. nu. 10. & ſeq. Pariſ. conſil. 75. num. 19. lib. 3. Pedem. Deciſ. 41. num. 3. Cagnol. in l. 2. nu. 98. & ſeq. C. de reſcind. vendit. Iaſ. conſi. 133. num. 8. lib. 4. Caſſad. Deciſ. vnica, num. 1. de empt. & vendit. Alber. conſ. 81. num. 49. & ſeq. Crot. conſi. 120. num. 23. & 25. Rimin. iun. qui hanc ſententiam veriorem & cõiorem appellat, conſi. 506. num. 41. 42. & ſeq. lib. 5. Rimin. ſen. conſi. 39. num. 13. lib. 1. Couarr. var. reſolut. cap. 4. num. 5. lib. 1. Socin. iun. conſi. 144. num. 12. lib. 1. Roland. conſi. 7. num. 44. lib. 3. Corn. cõſi. 258. col. 4. litera I. verſ. dolus enim & metus, lib. 4. Pariſ. conſi. 12. num. 82. & de magis communi, conſi. 29. num. 108. lib. 1. Caldas. in commenta. l. ſi curatorem, ſuper ver. læſis, col. 3. verſic. dolus autem. C. de in integ. reſtit. minor. Ripa, lib. 3. reſponſo. c. 15. num. 6. & 10. prope princ. cum congeſtis in addit. ad Alexan. conſi. 42. num. 6. ſuper ver. ſed re ipſa. lib. 1. Port. conſ. 101. num. 33. vbi de communi, & conſi. 89. nu. 7. Cephal. conſi. 305. nu. 32. lib. 3.

Quam concluſionem optime probat textus cõmuniter ab omnibus in id citatus, in l. ſi quis cum aliter, de verbor. oblig. & alius non ita paſsim citatus, in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cred.

Et licèt aliqui diſſentiant, oſtendere conantes, quod dolus ex propoſito, dolusque re ipſa inſurgens, non ſint in omnibus æquiparati, prout Iaſ. in d. conſi. 133. num. 3. lib. 4. qui alios citat, & Ne-

uizan.

uizan.in cõſ.22.nu.32.& quamplures alij quos breuitatis ſtudio referre,omitto.vide Cur.ſen.in conſ.65.n.25.prope finẽ;attamen,antedicta eſt verior,ęquior,& receptior ſnīa,vt patet ex tot Docto.in margine allegatis,& firmat Seraph. de priuil.iura.in priuil.83.n.99.

Et quamuis non ſint in omnibus æquiparati, ſatis eſt parificari in hac materia iuramenti, quoad contractus inualiditate, vt notarunt Soc.iun.d.conſ.144.num.12.lib.1.Neuizan.d.cõſ.22.nu.33. Pariſ.conſ.20.nu.108.lib.1.Decius conſ.551.nu.4.

At præmiſsis valde obſtat clarus textus Ioſue,c.9. vbi cum Ioſue, & Principes Populi dolo inducti fuiſſent à Gabaonitis ad fœdera cum eis ineunda,& iurandum,nè eos occiderent, aſſerentes ſe eſſe populum remotum & valde longinquum, cum paulo poſtea comperti eſſent vicini, & iuxta præceptum Domini de medio tollendi, dicit text. & non percuſſerunt eos, eo quod iuraſſent eis Principes multitudinis in nomine Dei Iſrael,& idcirco non poſſumus eos cõtingere;ſed hoc faciemus eis:Reſeruentur quidem,vt viuant,nè cõtra nos ira Domini concitetur, ſi peierauerimus, ſed ſic viuant, vt in vſus vniuerſæ multitudinis ligna cedant, aquaſq́ue comportent: vocauit Gabaonitas Ioſue, & dixit eis: cur nos decipere fraude voluiſtis,dicentes procul habitamus,cum in medio noſtri ſitis?Itaque ſub maledictione eritis,& non deficiet de ſtirpe veſtra ligna cedẽs, aquaſq́ue comportans in domum Dei mei;Fecit ergo Ioſue,vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Iſrael, vt non occiderentur. Idem habes in c.venerabilem, prope finem,vbi hæc hiſtoria refertur,de electio.& in c.Innocens,22.q.4.

3 Cæterum,† non mediocris eſt difficultas, ſi mulier medio iuramento renunciet bonis,aut iuribus ſuis, iuxta c.cum contingat, de iureiur.& c.quamuis, de pact.in 6. an talia iuramenta effectualiter adſtringant iurantem ad obſeruantiam, ita, vt nullo modo contrauenire valeat, etiam obtenta abſolutione à iuramento, vel ſtante enormi lęſione,ex qua dolus arguatur,petere poſsit abſolutionem, & ea obtenta,contrauenire? & quod de mulieribus dico, idem de alijs intelligo,vbi adſit talis lęſio,ex qua dolus præſumatur, & Imola poſt alios ab eo relatos,in d.c.cum contingat, num.12. & pleriq; alij,de quibus Decius conſ.180.num.3.dixerunt,quod illæ Decretales modicum operarentur, vanæq́ue ſine effectu remanerent, ſi promiſſoribus obtenta abſolutione à iuramento contrauenire permitteretur: quoniam ſemper abſolutio peteretur, quæ allegata læſione non denegatur,vt infra deducetur in 6. parte,in prin.num.4.

Pluraq́ue in hanc ſententia adducit Neuizan. conſ.22. num.26. & paſsim per totum conſilium; & quam plura congerit Gabr.de iudot.concluſ.1.num.5. Decius conſ. 180. num.3.Milis in ſuo Repertor.ſuper verſ.iuramentum,an confirmet contractum.Curt.ſenior,

conſ.65.num.25.verſ.prima in ordine vbi hanc communem, & veriorem ſententia affirmat.

4 In contrariã ſententiã frequentius eſt itũ † ꝙ ſcilicet ſtante enormi læſione,& conſequenter dolo præſumpto,peti poſsit abſolutio, & iuramento cõtraueniri, de communi Iaſ.conſ.133.nu.8.vbi latè ad materiam, lib.4.idem Iaſ.in Authen.Sacramenta, nu.42.& plurib.ſeqq.C.ſi aduerſ. vendit. & vide not.infra quæſt. 8. & proximè notata in ſeq.quæſt.2.Portius conſi.10.nume.33. & conſ. 19.num. 32.Seraphin. de priuil.iura.priuil.83. nu.103.vide infra in 6.parte, quæſtio.4.

Nec communis hęc ſententia quicquam impugnare videtur antedictas Decretales,nec facit illas eſſe vanas, & parum operari: immò contrariæ ſententiæ aſſertores, facerent eas longè plus operari, quam fuerit intentio compilatorum, qui ſatis expreſsè ſtatuerunt, vt tunc tantum iuramenta ſeruentur,cum non vi,dolovè,aut metu præſtita ſunt; Euidenter igitur excipiũtur dolo partis præſtita iuramenta, ſed ne ab ipſis Legum authoribus via periurijs aperiretur, prudenter prouiſum eſt, vt non propria iurantium authoritate cõtraueniri poſſet: ſed conſulto ſuperiore, petita ab eo prius abſolutione ab huiuſmodi iuramentis,ad c.ſi verò,de iureiur.aliter etiam reſpondet Pariſ.conſ.75. nume.28.lib. 3. quod tunc operabuntur, cum ceſſabit enormis læſio.

Nec obſtat argumentum Imolæ,in d.c.cum contingat,num.12. verſic.præterea Papa, quod ſi Pontifex voluiſſet in terminis eius c. poſſe contraueniri, petita abſolutione, id expreſsiſſet,prout expreſſit in d.c.ſi verò,quoniam huiuſmodi obiectio bene procederet,ſi Innocentius III. author eius Decretalis, generaliter & ſimpliciter ſtatuiſſet iuramentum ſemper fore ſeruandum, vbi non vergit in diſpendium ſalutis æternæ; ſed prudenter, & temperatè loquutus eſt,videlicet iuramenta ſine vi,& dolo præſtita,ſemper eſſe ſeruanda;Non mirum ergò,ſi ſtante dolo concedenda ſit abſolutio, & cõtrauenire liceat,ne aliàs iuſiurandum cõtra eius naturam remaneat vinculum iniquitatis.

Tacendus autem non videtur Paul.de Caſtro, in conſ. 339.nu-
5 mero 11.lib.1.volens † dictam Authenticam, & dictos Canones, ſancientes iurantem eſſe compellendum ad obſeruantiam, procedere tantum in actibus in quibus opus eſt adire Iudicem, & ſecùs eſſe in contractibus in quibus Iudicis decretum non requiritur, quia tunc licet iurans male faciat contraueniendo, actus tamen factus contra iuramentum tenet, & idem firmat in conſilio 361.num.9.

Et Ancharan.in conſ. 180.prope finem, aſſerit illam Authent. confirmare contractum nullum, ratione omiſſæ ſolennitatis, non

autem

autem ſi de dolo aut euidenti iniquitate re ipſa contractus arguatur; ſequitur Decius conſ.103.nume. 21. cum alijs ſupra, in principio deductis.

6 Qualis † autem dicatur enormis læſio, ob quam dolus præſumitur, in ſequenti quæſtione latè diſcutietur.

SVMMARIVM.

1 *Stante enormi læſione an ſeruandum ſit iuramentum, & nu. 2.*
3 *Variæ opiniones ſuper enormi læſione vſque ad nu. 10.*
10 *Enormis læſio eſt, cum excedit dimidium valoris rei, & num. 11.*
12 *Cur permiſſa læſio vſque ad dimidiam.*
13 *Statutum Vrbis ponderat læſionem in 3. parte.*
14 *Deceptionem inter contrahentes vſque ad precij dimidium admitti, quo m odo intelligendum ſit.*

Primi Effectus Quæſtio Secunda.

1 QVæritur ſecũdo loco circa primum hunc Effectũ, an † ſeruandum ſit iuramentum vbi contineat enormem læſionem? & licet ex proximè ſupra deductis quæſtio huiuſmodi ſoluta videatur: attamen non mediocris eſt difficultas in diſcernendo, quæ lęſio requiratur, cum non quælibet habilis ſit, vt propterea liceat iuramento contrauenire. Et decido quę-
2 ſtionem, quod vbi † detur enormis læſio, iuramentum non liget, ex deducendis infra quæſtio.8. vbi vide. Sed hic diſcutiendum eſt, quæ in iure dicatur enormis læſio.

3 Et adeo † diſcreparunt Doctores in hoc definiendo, vt diſſonantes eorum opiniones referre pudeat, ſitque de tanta varietate dolendum.

Siquidem quamplures, & celebris authoritatis, exiſtimarunt
4 tunc enormem adeſſe læſionem, quando † contrahens læditur in ſexta parte debitæ quantitatis, ad Dec. conſ.39. nu.7. Gabr. de emptio. & vendit. Concluſ.1. nu.7. vbi de Communi; conſonat Soc. iun. conſ.48. num.22. lib.1. dicens hanc eſſe vnam ex probatioribus opinionibus in materia læſionis, quod rurſus firmat in conſ. 144. num. 14. ibid. Curt. iun. conſ.79. in fine, cum alijs de quibus Rolan. conſ.7. num.54. lib.3. Rimin. iun. conſ.13. nume.35. lib.1. & conſ. 144. num.31. lib.2.

5 Alijs viſum † eſt enormẽ eſſe læſionem, ſi aſcendit ad tertiam partem veri valoris. Alex. in conſ.92. num.5. lib.2. Pariſ. conſ.85. num. 49. qui alios citat, li.1. Menoc. de arbit. q. li.2. Cent.1. Caſu 74. nu.3.

Non-

6 Nonnulli † cenſuerunt, tunc poſſe dici enormiter aliquē læſum, cum læſio contingit in dimidia iuſti precij, Guido Pap. Deciſ. 170. in princip. vbi addit, vel eam excedit. Iaſ. in Auth. Sacramenta, nu. 43. C. ſi aduerſ. venditi. Alex. d. conſ. 92. num. 5. Socin. iun. conſ. 144. num. 14. lib. 1. vbi inquit hanc eſſe aliam ex principalioribus in hac materia opinionibus. Quam cōmunem afferit Corn. conſ. 214. litera A. col. 2. verſi. nec obſtat reſponſioni, lib. 3.

7 Plerique † in aliam ſententiam iuerunt, diſtinguentes enormem ab enormiori, & enormiſsima læſione, vt facit Innocent. in c. cum contingat, num. 16. de iureiur. & quamplures refert Seraphin. in priuileg. 83. num. 16. & plur. ſequent. de priuileg. iuram. Enormem reputantes, ſi quis læditur in ſexta parte, ex ſuprà deductis, enormiorem verò cenſentes, quæ excedit dimidiam iuſti pretij, & enormiſsimam, quæ in totum lædit, Gabr. dicta Concluſ. 1. de emptio. & vendit. num. 8. & 9. vel niſi prorſus in totum, ſaltem quaſi totum auferat, Simon de Pret. conſ. 1. num. 10. vel quando non datur tertia, aut quarta pars veri pretij, ibid. & Menochius conſ. 1. num. 494. lib. 1. affirmat communi omnium calculo recipi, enormiſsimam læſionem dici, quæ multum excedit dimidiam partem; cui conſonat Aym. conſ. 192. num. 3. dicens, quod vbi dimidiam excedit, dicitur nimis exceſsiua, & ſubiungit numero 8. eam tunc eſſe enormiſsimam.

8 Quibuſdam † alijs viſum eſt, nullam eſſe differentiam inter enormem, & enormiſsimam læſionem, eamque de iure non probari, in qua ſententia fuit Pinell. in l. 2. par. 3. cap. 1. num. 8. C. de reſcind. vendit.

Qui ſanè eſt intelligendus, ſcilicèt, quod celebris ille Doctor nō intellexerit attenta proprietate verborum nullam fore differentiā inter enormem, & enormiſsimam lęſionem, cum iuxta naturam ſuperlatiui, ex Grāmaticis regulis enormiſsima ſit multo maior enormi, ſed eius ſenſus is fuerit, vt illa quam modo enormem, aliquando enormiſsimam appellamus, ad effectum iuramenti de quo agimus, ſit vna, & eadem læſio, nec in iure diſtinctus hic gradus læſionum reperiatur; & negari non poteſt, quin noſtri Doctores his vocabulis vti idem importantibus vſi fuerint, & ea ſæpiſsimè tam in Lecturis, quam in Conſilijs confundantur, vt patet ex Aymo. d. conſi. 192. num. 3. iuncto num. 8. nam loquitur de vna, eandemque læſione, quam nunc enormem, modo nimis exceſsiuam, & poſtea enormiſsimam nuncupauit. Poſſent alij deduci, ſed potius eſſet laborioſum, quā ſubtile, vide tamen deducta per Sfort. Odd. de reſtit. in integ. par. 1. q. 4. art. 13.

9 In † aliam tandem ſententiam à multis frequentius eſt itum, vt Iudicis arbitrio æſtimanda ſit læſio, attentis cauſæ, & perſonarum circun-

circunſtantijs,& qualitatibus. Abb.in c.1.num.8.de reſtit.in integ. Guid.Papæ Deciſ.170.in fi.Gabr.Concl.1.num.10.de empt.& vẽdit.Socin.iun.conſ.48.num.22.lib.1.Sim.de Pret. conſi.1.num.10. Burſat.conſ.260.num.34.lib.2.Rol.conſil.7.nu.55.lib.3.Menoch. de arbitr.quæſt.lib.2. Centu.1.Caſu 74. nume.4. Rimin.iun. conſil.13.num.36.lib.1.Caldas in repet.l. ſi curatorem,ſuper ver.læſis, 1.& 2.col.C.de in integ.reſtit.minor.

Quid ergo in tanta ſententiarum varietate dicendum?

Et ſalua ſemper ſaniori aliorum ſententia, reſidemus in ea opi-
10 nione, vt ea † tantum enormis læſio uocari poſsit, cum contrahentes vltra dimidium veri valoris decipiuntur: nam videtur permiſſa circunuentio in precio rerum,l.in cauſæ, quæ eſt l.6. §.idem Pomponius,ff.de minori.l.item in precio,§.fi.ff.loca.dummodo circunuentio læſiua dimidiã iuſti precij non excedat,l.2.l.ſi voluntate, in fi.C.de reſcind.vendit. idemque iuris eſt etiam de æquitate Canonica,ad c.cum dilecti,& c.cum cauſa,de empt.& vendit.& hoc paſſim ab omnibus eſt admiſſum.

11 Quo ſuppoſito,ſequitur,† qđ omnis illa læſio,quæ ad iuſti valoris dimidium non aſcendit,dici nequeat enormis, cũ iure permittente fieri potuerit, & pro qua ius commune nullam lęſis actionẽ indulſit; proinde cum habeamus leges claras,declarantes tunc minus iuſto precio rem cenſeri diſtractam, quando circunuentio veri valoris dimidium excedit, dicendum eſt,tunc enormem extare læſionem, quando contrahens vltrà dimidium iuſti precij circunuenitur.

12 Et ſi obijcias,quod hac concluſione retenta,ſequeretur † quod cum læſio vſque ad dimidium ſit de iure permiſſa, quod tanquam talis non videtur conſiderabilis: Proinde, ſi parum quis læderetur vltra dimidium,tunc non foret cenſenda enormis, ſed modica læſio,cum ponderandum dumtaxat uideatur id modicum,quod excedit. Reſpondemus, quod licet permiſſum ſit à legumlatoribus, ad tollendas litium amaritudines, & nè humana commercia impedirentur,vt licita ſit circumuentio, vſque ad dimidiam partem veri valoris, & pro ea denegauerint agi poſſe, non quod ita iuſtum eſſet,vt poſt alios refert Cagnol.in d.l.2.num.7.non propterea ſequitur,quod ea lęſio citra dimidiã,non ſit cõſiderabilis, immò eſt tanti ponderis,vt in foro conſcientiæ quis ad reſtitutionem teneatur, licèt iure fori cogi non poſsit, vt benè huiuſmodi quæſtionem diſcutiens,determinauit Soto,videndus de iuſt.& iure,lib.6.quęſt.3. artic. 1. vbi latè ad materiam, citans illam Diui Pauli ad Theſſalonicenſes authoritatem; nè quis in negocio ſuo fratrem circumueniat,quoniam de his omnibus vindex eſt Dominus, de qua meminit Cagnol. in l.2.nume.18. C.de reſcind. vendit. ibi igitur omnis

L fráu-

fraudulentia damnatur. Hincque ſtatutum fuit, vbi dictus adſit exceſſus, vt non ſolum id quod dimidiæ parti, ſed totum, quod iuſto precio deficit, ſatisfiat, d.l.2.C.de reſcind.vendit.vide Tiraquel. in 9.l.connubiali, nu.7.& plur.ſeq.vbi more ſuo innumeros cumulat, & materiam exornat.

13 Huic ſententiæ conſonat † Statutum Vrbis, cap.159. lib.1. dum prudentes eius conditores ſtatuerunt, in omnibus contractibus, vbi læſio reperiatur vltra tertiam partem, eſſe locum reſciſsioni, & iuramentum vti dolo extortum, non operari: ſenſerunt enim, difficultatem, quod de iure communi læſio requirebatur in dimidia: & quia ea attenta contrahentes nimium lædebantur, ſancire voluerunt, vt tertia ſufficeret, quod nó ſtatuiſſent, ſi reputaſſent eam de iure communi ſatis eſſe, petita abſolutione ad contractus reſciſsionem.

14 Vnum addimus † quod licet deceptio vſque ad dimidium veri precij permittatur, id ſanè intelligendum eſt, niſi doloſè id fiat, aliquid machinando aduerſus contrahentem, vt declarat Rota, Deciſ.2.nu.5.de pact.in antiq. Cagnol. d.l.2. nu.15.& ſeq. Benuenut. de mercat.par.2. nume.6.& ſeq. & in tract.de ſponſio. §.14. incip. item quæro. Vinc.nu.3.Gabr. de empt.& vendit. Concl.1. nu.82. Calcaneus, conſi.28.num.23.Tiraq.in 9.l.connubiali, nu.22.Bero. conſ.168.nu.5.lib.1.

Aliam limitationem tradit Rota ibid. quam ex teipſo videre poteris, vt tandem huic quæſtioni finem imponamus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum appoſitum in contractu nullo, eſt inualidum.*
2 *Contractus nullus iuramento non confirmatur.*
3 *Vbi iuſiurandum non reperit ſubiectum confirmabile, impoſſibilis eſt confirmatio, & nu.5.*
4 *Contractus nullus, quamuis iuramento non firmetur, eſt ſeruandus ob reuerentiam iuramenti.*
6 *Aut iuramentum interponitur in actu prohibito à Iuſtitia poſitiua, & commutabili, & eſt ſeruandum.*
Aut ſuper actu prohibito ratione peccati, & non eſt ſeruandum.
7 *Si prohibitus eſt contractus ratione rei vel materiæ, iuramento non firmatur.*
8 *Regulariter iuramentum firmat inualida.*
9 *Tantæ eſt potentiæ, vt prorſus inualida valere faciat.*
10 *Verius eſt, vt contractus iuris diſpoſitione inualidus iuramento non firmetur.*
11 *Quod etiam de iure Canonico procedit.*

Iurans

12 *Iurans ſoluere vſuras, iuramento ligatur, licet ſolutas repetere poſſit, & num. 14.*
13 *Longe differre an contractus iuramento firmetur, vel iurans ad obſeruantiam ſit compellendus.*
15 *Contractus alterius contemplatione fieri prohibitus, ſi fiat, iuramento non confirmatur.*
16 *Quid iuris ſi contractus plures contineat nullitates? an omnes vnico iuramento ſanentur, nu. 17. & ſeqq.*

Primi Effectus Quæſtio Tertia.

TErtio quæritur, an iuramentum ſit inuiolabiliter obſeruandum, ſi appoſitum ſit ſuper contractu, qui eſt ipſo iure nullus?

Nec in huiuſmodi articulo in eandem ſententiam pari plauſu eſt itum, ſiquidem Bart. in l. non dubium, nu. 4. C. de legi.
1 aſſeruit † iuſiurandum in contractu inutili appoſitum, eſſe nullum. Ruin. conſi. 135. num. 12. lib. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam, ſuper ver. reuertatur, num. 373. C. de reuoc. donat. Sim. de Pret. conſil. 111. nume. 13. Seraphin. qui alios citat, in priuil. 61. nu. 1. verſ. contrariam ſententiam, & per tot. & priuil. 64. num. 5. 6. & ſeq. & in priuil. 116. Rimin. iun. conſi. 5. nu. 137. lib. 1.

Applaudit Soc. iun. qui alios citat, in conſi. 3. num. 41. lib. 2. volens, vbi cõtractus iuris diſpoſitione ſit nullus, vtpote, propter prę-
2 ſumptum in eo dolum, quod iuramento † nullatenus confirmetur; idem vbi lex dat formam, & vlterius annullat actum in contrariũ. Pedemont. Deciſ. 170. nu. 22.

Conſonat idem Socin. conſi. 44. nume. 17. & ſeq. ibid. motus ea
3 ratione, quod vbi † non ſupponitur ſubiectum confirmabile, impoſsibilis eſt confirmatio; ſubiungit tamẽ num. 20. quod hæc opinio ſimpliciter poſita, non eſt tuta in practica, quia multi tenent cõtrarium, ideo reſtringenda, quando contractus eſſet prorſus inualidus de iure communi, & tunc inquit ita ſe habere magis communem, & ſecùs eſſe, ſi nullitas proueniret ex iure ſpeciali. Cephal. cõſil. 207. num. 61. lib. 2. & conſi. 466. num. 36. lib. 5. Angel. conſi. 160. num. 3. Rimin. iun. conſi. 5. num. 6. lib. 1. & conſi. 239. nu. 70. & 71. lib. 3. Port. conſi. 101. nume. 5. & ita deciſum fuiſſe in Capel. Tholoſ. citat atteſtantem deciſ. 382. Hinc poſt alios notauit Grat. in conſil. 15. num. 30. & ſequen. lib. 1. quod vbi lex reſiſtit, iuſiurandum nil operatur.

Declarat tamen huiuſmodi concluſionem Socin. iun. dicto con
4 ſil. 44. num. 21. lib. 2. quod quamuis † iuſiurandum non firmet con

tractum ipſo iure nullum, de iure communi, nihilominus ſi illud ſine diſpendio æternæ ſalutis ſeruari poteſt, quod iurans cogatur ad eius obſeruantiam, de quo agemus inf. nu. 3.

5 Huiuſmodi concluſionem, quod vbi † non reperit actum confirmabilem, quia eſt ipſo iure nullus, iuramentum eam non confirmat, ex multis aſtruit Tiraq. in l. ſi vnquam, ſuper ver. Reuertatur, nu. 373. & ſeq. C. de reuoc. donat. Cephal. conſi. 207. nu. 39. & ſeq. lib. 2. & conſ. 312. num. 106. lib. 3. & conſ. 466. num. 36. lib. 4. Marſil. conſi. 125. num. 34. Rimin. iun. conſi. 5. nu. 137. lib. 1. Caſtr. conſil. 339. vbi latè ad materiam, lib. 1. Roman. conſi. 437. nu. 2. & 5. Socin. iun. conſi. 144. nu. 18. lib. 1.

Imola autem in c. cum contingat, num. 39. verſ. quia aut iuramẽtum emanat, de iureiur. refert aliam diſtinctionem, quod ſcilicet
6 aut iuramentum emanat † ſuper actu prohibito ex iuſtitia poſitiua, & commutabili, & tunc quia ſeruari poteſt ſine animæ periculo, ſeruandum erit. Aut interponitur in actu prohibito non ſimpliciter ex iuſtitia poſitiua, ſed immutabili, & quia eius tranſgreſsio induceret peccatum, tunc iuramentum non obligaret.

Abbas autem relatus in Deciſ. Pedemon. 170. num. 23. voluit,
7 quod † vbi contractus prohibetur ratione rei, ſeu materiæ, non firmetur iuramento.

Verum diſſona ſunt ab iſtis notata per Feder. de Senis, cõſ. 127.
8 num. 2. & ſeq. vbi tradit † pro Regula, quod iuramentum validet inualida, ponens exempla, quæ ibi videre potes. Applauditque Ripa, Reſponſor. lib. 3. cap. 6. num. 3. & ſeq. Marſil. conſi. 107. num. 14. & ſeq. Afflict. Deciſ. 83. num. 3. de communi. Soc. iun. conſi. 79. nume. 19. lib. 2. Ancharan. conſ. 226. nume. 2. & ſeq. cum alijs de quibus Seraph. de priuil. iur. priuil. 61. in princ. Soc. iun. teſtans de magis communi, in conſi. 144. nu. 20. lib. 1. cum innumeris alijs, quæ ci-
9 tari poſſent, paſsim aſſerentibus iuramentum eſſe † tantę potentię, vt contractum prorſus inualidum valere faciat. Corneus conſi. 72. in prin. lib. 3. vbi de communi, pluresq; congerit Gabr. de minori. concluſ. 50. num. 20. de communi. Pariſ. conſi. 96. nu. 53. lib. 1.

Quid ergo dicendum? Et mihi quidem uidetur indubitanter
10 eſſe tenendum, quod † contractus ex iuris diſpoſitione nullus, iuramento non confirmetur, nulla facta diſtinctione qua de cauſa annulletur, & ad eius nullitatem ſatis eſſe, quod contra legis prohibitionem ſit celebratus, ad l. non dubium, C. de legib. cum alijs citatis ſup. par. 1. quæſt. 6. in princ. Grat. conſi. 15. nu. 30. lib. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam, ſuper ver. reuertatur, nu. 373. C. de reuoc. donat. Seraph. de priu. iuram. priuil. 61. nu. 1. & 2.

11 Nec dicatur, id eſſe verum de Iure Ciuili, & ſecùs videri † de Iure Canonico, quo ſancitum eſt, iuramentum ſemper fore ſeruandum,

dum, ſi abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poteſt; quoniam nulla eſt Decretalis, quæ dicat, quod contractus nullus iuramento validetur, & longè aliud eſt, quod Ius Canonicum præcipiat iuramenta ſemper eſſe ſeruanda, ſi non tendant in diſpendium ęternę ſalutis, vt diſponitur in c. cum contingat, de iureiur. c. quamuis, de pact. in 6. cap. licet mulieres, de iureiur. in 6. & longè aliud quod cõfirment contractum ipſo iure nullum, Alc. in d. c. cum contingat, num. 113. & ſeqq.

82 Quod conuincitur ex eo, quod † vbi iuratum ſit ſoluere vſuras, ſancitum eſt ob iuramenti reuerentiam, vſuram debere ſolui, ad c. debitores, de iureiur. quamuis nil magis à iure diuino prohibitum ſit quàm vſura, vt deductum eſt ſupra, par. 1. quæſt. 6. verſ. & quid verò; Sed quia debitor citra peccatum ſatisfacere poteſt, cogendus eſt vt ſoluat, & iuſiurandum ſeruet: ridiculum autem eſſet dictu, quod propter huiuſmodi iuramentum contractus vſurarius confirmaretur: quia ſi id eueniret, repetitio non competeret, prout cõ
83 ceditur ex d. c. debitores, longè † etenim differt, an contractus firmetur, vel iurans duntaxat obſeruare teneatur. Angel. conſil. 160. nu. 3. verſ. dicet quis, quid differt. Hinc Domini de Rota, Deciſ. 6. de iureiur. in antiq. dixerunt, iuramentum poſitum in contractu à iure reprobato, non tenere, quantum ad hoc, vt contractus valeat, ſed bene iurantem teneri ad obſeruantiam eius quod iurauit. Io. Fab. Inſtit. quib. alie. licet, nu. 10. in fi. Alciat. in cap. cum contingat, num. 147. & ſeq. de iureiur. Alexan. conſi. 151. num. 6. & ſeq. lib. 7. Gabr. de minor. concluſ. 5. num. 2. Socin. iun. conſ. 44. nu. 21. lib. 2. Campeg. de dot. par. 4. quæſt. 11. in princ. Crot. conſ. 81. nu. 8. & 9. lib. 1. & infra, in effectu 84. Proinde, eius hæres ſtante inualiditate contractus, non ligaretur, quia nullus eſt, nec iuramento, cum ipſe non iurauerit. Corneus conſi. 242. in finalib. verbis, lib. 4. Alex. conſil. 151. num. 8. lib. 7. Campeg. de dot. par. 4. quæſt. 11. verſ. ſecundo poteſt. Paul. conſi. 195. num. 16. lib. 2. Gabr. conſ. 3. nu. 8. lib. 1.

Alius etiam reſultat effectus, quod poſtquam ob religionem iu-
84 ramenti contractum ſeruauerit poterit † repetere id quod ſoluit. Paul. in d. conſi. 195. num. 16. lib. 2. Alius eſt etiam effectus de quo inf. in 6. par. q. 1. nu. 2. vbi vide. Alios etiam effectus recenſet Campeg. de dot. par. 4. q. 11. quos ibi videas.

Præmiſsis autem non mediocriter obſtant notata per Campeg. ibid. in eadem quæſt. 11. vbi ex pluribus impugnat hanc ſententiã, firmatque, quod iuramentum confirmat, & valere facit contractũ nullum, ita, vt nec à iurante, nec eius hæredibus oppugnari poſsit: quo ſtante, ceſſant omnes illationes ſuprà relatæ, & ab ipſo ponderatæ in princ. quæſt.

Ponderat Campeg. primo loco in verſ. in contrarium, quod ſi

contractus medio iuramento, non firmetur, & validetur, tex. in c. cum contingat, de iureiur. & ſimiles, ſeruirent nobis de vento, & modici forent effectus, deque facili poſſent eneruari, ex cauſis ſup. ponderatis, & ab ipſomet ibi recitatis, dum retulit illationes, quæ fieri poſſunt, ſi contractus non confirmetur: ſed huicmet obiectioni reſponſum eſt ſup. in 1. quæſt. huius primi effectus, in verſ. cęterum non mediocris, & in verſic. ſeq. vbi vide.

Secundo mouetur in verſ. mihi videtur, inquiens extare textum expreſſum, in c. 2. de pact. in 6. in quo cauetur expreſsè, quod licet pactum, de quo ibi, reprobetur à Iure Ciuili, tamen ſi fuerit iuramento vallatum, ſeruari debet: ponderat ea verba, dum dicitur pactum, non iuramentum fore ſeruandum, ſi ergo pactum eſt ſeruandum, ſatis inferri videtur, vt ſit validũ, aliàs non eſſet obſeruandũ.

Reſpondetur, quod licet contractus ſit nullus, & inualidus, nihilominus hoc eſt iuramenti priuilegium, vt eius virtute veniat obſeruandus, ad quod conſonant plura ſimilia in eadem ratione fundata.

Geſta per metum, nullius ſunt roboris, & momenti, ad l. 1. in fi. ff. de author. tutor. l. ſi mulier, §. ſi dos, ff. de eo quod met. cauſa, l. 1. C. de reſcind. vendit. l. qui in carcerem, ff. eod. titu. & toto tit. extra de his quæ vi metusve cau. fiunt. Et nihilominus, ſic metu compulſus, ſi iurauerit, eget abſolutione, ad clarum text. in cap. ſi verò aliquis, de iureiur. quæ abſolutio præſupponit, vt ea non obtenta, ſeruare teneretur quæ medio iuramento promiſerat, cum vt ibi dicitur, tutum non ſit venire contra proprium iuramentum. Idem habetur in c. verum, ibid.

Iurans etiam ſoluere vſuras, ob reuerentiam iuramenti ſoluere cogitur, cap. debitores, de iureiur. & nemo dixerit idcirco confirmari contractum vſurarium, vt deduximus ſupra, nume. 12. verſ. quod conuincitur.

Nec releuat reſponſio Campegij ibid. in verſ. & ad illas quod cõtractus non impletur ex momentanea ſolutione, quoniam totum oppoſitum probat text. in d. cap. debitores, dum ibi dicitur: ſi verò de ipſarum ſolutione iurauerint, cogendi ſunt Domino reddere iuramentum; & cum vſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas ſunt eccleſiaſtica ſeueritate cogendi: probat ergo textus, quod facta ſolutione impletum eſt iuramentum.

15 Quando verò contractus alterius contemplatione prohibetur, nunquam iuramento firmatur. Bart. in l. Titia, §. Imperator, nu. 5. de leg. 3. Tiraquel. in præfat. l. ſi vnquam, num. 92. & 164. C. de reuoc. donat. Iaſ. in Auth. ſacramenta, nu. 51. C. ſi aduerſ. vendit. vbi de communi.

Hic opportunè caderet dubitatio, de qua in proxima quæſt. ſeq.

ſequen. verſ. cenſuerunt nonnulli, ad ibi notata me remitto.

16 Quæro autem quid iuris † ſi contractus non vnicam, ſed plures contineat nullitates, an omnes iuramento ſanentur; & omnes ſanari placuit. Decius conſi.414.num.16.Pariſ.conſil.69.nu.127. lib.3. Cephal.conſi.61.num. 19.lib.1.Simon de Pret. conſi.72.nume.2. qui alios citant.Neuizan.conſi.8.num.26. & ſeq.Soc.iun. conſ.32. nu.18.& 26.& conſ.89.nu.35.lib.3.

17 Contraria ſententia frequentiori calculo eſt recepta, † vt vnicũ iuramentum vnam tantum non plures ſanare valeat nullitates. ad Bart.in Auth.Sacramenta,nume.13. verſ.tamen ad vnum,& ibid. Paul.nu.8. & 10. Iaſ.nu.46. C.ſi aduer. vendit. idem Iaſ. conſ.118. num. 2.verſ.ſi contra prædicta,lib.4. Bellon. conſ.4.num.4. Caſſaneus,conſi.7.num.26.Socin.in l.ſi quis ita,nu.10.de verb.oblig.Alciat.in c.cum contingat,num.129. & ſeq.de iureiur. Soc.iun. conſil.48.num.18.lib.1. Ruin.conſi.98.num.7.lib.1.cum congeſtis per Menoch.conſi.29.num.40.lib.1.Rimin.iun.conſ.5.nu.138.& ſeq. lib.1.& conſ.569.num.246.lib.5. & per Simoncel. de decret. lib.3. ti.8.num.206.Mar.Anguiſſo.conſ.57.num.15.lib.1. Rimin.Inſtit. quib.aliena.licet.in prin.nu.450.& ſeq.vide tamen proximè deducenda in fine huius quæſtionis.

18 Verior autem videtur prior opinio,† tenendo vt ſupra declarauimus, quod iuramentum non ualidet contractum nullum, ſed quod ob religionem iuramenti ſit obſeruandus, vt diſponunt tot Decretales ſupra relatæ; quæ ratio ſeruandi iuramenti æquè militat,ſi contractus vnã,ac ſi plures contineat nullitates, ſemper enim erit verum, quod talis contractus metu periurij veniat obſeruandus,ſi tamen deſit lęſio,abſitque vis, & metus,vt ea iura diſponũt: ſiquidem vt inquit Alexand.conſi.38.num.8.lib.3. iurans obligatur Deo, & nulla eſt prohibitio impediens hominem Deo obligari. ibi vide.

19 Quia † dictum eſt ſupra, frequentiorem eſſe ſententiam, vt vnicum iuramentum plures defectus non ſuppleat, minimè eſt omittendum, quod cum hic caſus, mihi occurriſſet in cauſa Rauennatenſis donationis, controuerſa inter DD. Fratres de Paſolinis coram R. P. D. meo Seraphino contendentibus ſuper validitate cuiuſdam donationis ab eorum Patre factæ ad fauorem vnius ex filijs,aduerſus quam cæteri fratres plures defectus obijciebant.Cauſa propoſita in Sacro Auditorio ſub die 29. Aprilis 1596. facta fuit deciſio ſatis ampla, quæ incipit D. Hieronymus de Paſolinis, & quia nimis eſt longa, quãuis tota notabilis, omiſsis cæteris ad propoſitum non facientibus,ita formaliter quoad noſtrã quæſtionem dictum fuit, videlicet,

Verba Deciſionis.

Verum ſuborta fuit alia difficultas non contemnenda, an iuramentum vnicum poſſit ſupplere tot defectus, & tot diuerſos effectus parere: veluti confirmationem donationis, probationem meritorum, ſtipulationem, & inſinuationem iuxta notata per Bart. & alios, in Authen. Sacramenta, C. ſi aduer. vendit. cum alijs hic latè deductis per informantes. Verum prӕterquam quod hic duo tātum adſunt defectus, alter Patriӕ poteſtatis, alter omiſſӕ inſinuationis, verior eſt, & receptior illa opinio, quod attendenda ſit for-
20 ma Sacramenti: ſi enim † non eſt reſtricta, ſed ampla, & apta comprehendere omnes defectus, cum promiſſione habendi rata omnia, & ſingula in inſtrumento contenta, iurando ea omnia, & ſingula attendere, & non contrafacere, ſub pœna periurij, prout in caſu iſto, ceſſat difficultas, & iuramentum cenſetur ſupplere omnes defectus. Decius conſ. 238. num. 3. & conſ. 414. in fi. Corneus conſil. 17. lib. 4. Aymo, conſ. 7. num. 4. & conſ. 114. num. 9. latè Rimin. Inſtit. quib. alien. licet, num. 250. & latiſsimè Modern. de priuil. iuram. priuil. 83. num. 49. verſ. aliquando & tertio, & hāc ſententiam eſſe communem, apparet ex traditis per Bart. in d. Auth. Sacramenta, num. 14. & Caſtrenſem, num. 10. Iaſ. num. 46. Dec. conſ. 549. nume. 6. & conſ. 403. num. 22. verſ. Reſpondetur. Ruin. conſ. 212. nume. 6. lib. 1. Bero. conſ. 22. nu. 50. lib. 1. Soc. iun. conſ. 48. nu. 19. lib. 1. vbi de cōmuni, & conſ. 144. nu. 20. ibid. Neuiz. conſ. 8. nu. 25. Hieron. Gabr. conſ. 127. nu. 34. lib. 1.

Ex quibus concluſum eſt pro validitate donationis. Habes integram huiuſmodi deciſionem infra in Effectu 172. in fine.

Nonnullas ampliationes, & limitationes ad materiam ponit Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 61. à nu. 3. vſque ad finem. ibi, ſi velis poteris videre.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an firmet contractum à Statuto reprobatum? & diſtinguitur, nu. 2. & plur. ſeq. & nu. 5. & 6.*

4 *Quādo in prohibitione cōſiderata dicatur priuata, vel publica vtilitas.*

5 *Refert an contractus prohibeatur alterius odio, vel fauore.*

6 *Et nu. 7. ponuntur aliӕ conſiderationes, & nu. ſeq.*

13 *Iuramentum ex inſtrumento nullo an probetur; & nu. ſeq. & nu. 54.*

15 *Qui Statuto, aut legi non obtemperat, peccat.*

16 *Statutum annullans contractum iuratum, non valet ſi factum eſt à laicis, & vide num. ſeq. & 25.*

18 *Quid ſi confirmatum ſit à Papa, & nu. 24.*

19 *Confirmationes in forma communi nil releuant, ſed requiritur ſpecifica confirmatio, ex certa ſcientia.*

Qua

20 *Quæ dicatur ſpecifica confirmatio.*
21 *Quæ dicatur confirmatio in forma communi.*
22 *Quid ſi ſtatutum expreſsè iuramentum non annullet, ſed præſumit dolo aut fraude extortum, nu. 26. & 27.*
23 *Iuſiurandum non facit contractum ex Statuto nullum eſſe validum aliquorum opinione, ſed tamen ob iuramenti reuerentiam ex Iuris Canonici ſanctione eſt ſeruandum.*
28 *Vbi agitur de obſeruantia iuramenti, materia eſt fauorabilis.*
29 *Princeps laicus nequit ſtatuere, vt iuramentum non ponatur in inſtrumento.*
30 *Statutum ex rationabili cauſa poteſt præſumere dolum, ſed non generaliter in omni contractu, nu. 40. 44. & ſeq.*
31 *Dolus in contractu qualiter conſiderandus, & nu. ſeq.*
34 *Iuramentum ſupplet ſolennitates Statuti, & nu. ſeq.*
36 *Dolus præſumitur ex non ſeruata ſolennitate, & nu. ſeq.*
39 *Laici quando per indirectum ſuper iuramento diſponere poſſint.*
40 *Dolus non præſumitur in omnibus minorum & mulierum contractibus, id enim pugnat cum quamplurimis regulis iuris, & num. tribus ſequen. & 48.*
41 *Doli ſuſpitio non ceſſat propter iuramentum.*
46 *Læſio non præſumitur.*
47 *Dolus nec præſumitur in mendace, niſi aliud concurrat.*
49 *Mulieres non præſumitur iactare ſuum, & in eis ceſſat præſumptio donationis.*
50 *Ratio fragilitatis ſexus non concludit. & nu. duob. ſeqq.*
53 *Vbi ſtatutum diſponeret, vt ſtante læſione ſaltem in tertia, vel quarta parte, dolus præſumatur, valeret.*

Primi Effectus Quæſtio Quarta.

1 QVid ſi appoſitum † ſit iuramentum in contractu expreſſim reprobato per Statutum, an iureiurando firmetur? Et ſatis confusè nec abſque magna opinionum varietate à noſtris maioribus eſt explicatum.

Omiſſaque quamplurium ſententia, qui ſimpliciter abſque vlla diſtinctione, & ſatis incautè adnotarunt iuramentum confirmare contractum quouis modo à Statuto prohibitum, ad Iaſ. in Authẽt. Sacramenta puberum, num. 51. C. ſi aduerſ. vendit. quæ ita ſimpliciter poſita defendi nequit, vt liquebit ex infra deducẽdis, & omiſſa etiam illorum ſententia qui aſſeruerunt contractum nullum nõ poſſe iuramento firmari, vt tenet poſt alios Ancharan. in quæſtio. 20.

Recen-

Recenſendæ ſunt aliorum opiniones, qui magis diſtinctè varios caſus ponderando reſponderunt.

2 Aliquando † ſtatutum ſimpliciter contractum annullat, non facta mentione iuriſiurandi, & tunc frequenti calculo eſt admiſſum, contractum iuramento firmari, ea ratione, quod ſtatutum caſum iuratum non comprehendat, Alex.conſ.27.num.5.lib.1. Iaſ.conſ. 88.num.4.lib.3.& in Authent.Sacramenta puberum, num.51.ver. quid tenendum, C.ſi aduerſ.vendit.Gabr.de iureiuran.Concluſ.4. Natt.conſ.368.num.6.lib.2.Grammat.Deciſ.12.num.1.& 2. Pariſ. conſ.97.num.2.lib.1.Crot.conſ.81.nume.8. & 9.lib.1.vbi de communi.Gabr.conſ.27. nume. 16. & 17. lib.1. Simon de Pret.conſil. 36.num.21.

3 Aliqui ponderarunt, an † ſtatutum fauore publico, vel priuato contractum annullet, volentes vbi principaliter priuata vtilitas ſit ponderata, quod contractus iureiurando firmetur, & totum oppoſitum vbi principaliter conſiderata ſit vtilitas publica, vt tactum eſt ſuprà, par. 1.quæſt.6.nume.8.quibus addo Abb. in c. cum contingat, num.7.verſ.hanc etiam differentiam, de iureiur. Imol.ibid.nu. 36.Alciat.num.91.verſ.tertius caſus. Alex.conſ.59.num.3. verſ.ſed ſi loquitur lib.1.Bald.conſ.98.num.32.lib.1.Crot.conſ.81.num.17. lib.1.Simoncell.de decret.lib.3.tit.8.nume. 184. Addit.ad Capell. Tholoſ.Deciſ.382.Rimin.teſtans de communi, ſuper Inſtit.quib. alien.licet vel non.in princ.num.413. Iaſ.autem nonnulla deducit in oppoſitum, in l.nemo poteſt, num.81.& ſeq.de leg.1.

4 Quando autem † dicatur habitus reſpectus ad publicam, vel priuatam vtilitatem, declarat Alciat.in d.c.cum contingat, nu.86.vbi vide, cum pluribus ſequent.

5 Et aliqui † cenſuerunt magni referre ſi contractus à Statuto prohibeatur ob alicuius odium, vel fauorem, Iaſ.in d.Authent.Sacramenta puberum, num.51.Alciat.in d.c.cum contingat, nume.110. verſ.contrarium tenet, Plot.in conſ.17.nume.29. Curt.iun.conſil. 141.num.12.Corn.conſ.252.col.pen.ver.& quando, lib.4.& conſ. 139.col.2.verſ.nam Doctores communiter, lib.4.

6 Putarunt † alij, ſi contractus interdicatur ratione rei, vel materiæ, quod iureiurando non firmetur. Abb. in d. c. cum contingat, num.29.& ibid. Alciat.num.129.Pedemont.Deciſ.170.nu.23.

7 Nonnullis placuit, † quod ſi verba Statuti referuntur ad perſonam, eamque inhabilitent ad contrahendum, niſi certa ſolennitate ſeruata, tunc illa ſpreta, contractum iureiurando non confirmari. Ang.conſ.160.num.3.Pedemont.Deciſ.170.num.24. & ſeq.Iaſ. in d. Authent.Sacramenta, nu.49.& ſequen.Alciat.in d.c.cum contingat, num.102.& ſeq.Gabriel.d.conſ.127.num.19. lib.1. Borgni. de tutorib.num.168.

Alex.

Alex.autem in d. conſi.27. nu.5. lib.1. aſſeruit iuxta cōem men-
8 tem Canoniſtarum,& Legiſtarum, † ſiue ſtatutum loquatur in rē, ſiue in perſonam,contractum ex iuramento firmari. idemque ſentit in conſ.38.num.10.prope finem, lib.3. & in conſ.29.nu. 14.vbi de communi,lib.7.

Sed Alciat.in d.c.cum contingat,num.94.95.& plurib.ſeq.con-
9 trarium † aſſeuerat,& Alex.fundamenta, & aliorum ſequacium huiuſmodi opinionis,impugnat.

10 Pleriſque † placuit, quod ſi ſolennitas ſit formalis, quod eius omiſsio iureiurando non ſuppleatur,Crot. conſ.81. num.20. lib. 1. Pedemon.Deciſ.170.num.19.Contrarium placuit Socino, in cōſ. 151.num.3.lib.4.Pariſ.conſ.96.nu.52.& ſeq.lib.1.

11 Itum † eſt à quibuſdam in eam ſententiam, quod ſi Statutū procedit ad annullationem actus, tunc cōtraria partium voluntas etiā iurata,non operetur.Pedemont.dicta Deciſ. 170. num. 24. Simon de Pret.conſ.111.num.13.

12 Cenſuerunt † nōnulli,quod ſi diſponitur à Statuto nullā fidem dari inſtrumento, in quo ſolennitates ab eo requiſitæ deficiunt, quod eo caſu iuramentum nil operetur, vt poſt alios ab eo relatos tenuit Crot. d.conſ.81.nu.21.

13 Quibus † applaudit, quod iuramentum ex inſtrumento nullo, non probatur, quoniam corruente principali, corruit iuramētum vt acceſſorium.Ruin.conſ.60.nu.4.lib.4.& conſ.201.num. 14.lib.1. Gabr.de iureiur.Concluſ.5.num.6.& de minori. Concluſ.5. num. 33.Mohedan.Deciſ.227.incip. in eadem cauſa, in manuſcriptis. Simoncell.de decret.tit.8.lib.3.num.168.Rimin.iun. conſ.467.num. 61.& 62.lib.4.Tiraq.de iu.conſtituti poſſeſſor.par.3.Limit.7. num. 35.Ruin.conſ.201.num.14.lib.1.Hieron. Gabr. conſi.3.nume.10. lib.1.Seraphin.de priuileg.iuram.in priuileg.34.num. 12. & in priuileg.77.num.68.Marſil.conſ.125.nu.34.& in Rubr. de fideiuſſor. num.353.vbi & in præcedentibus,& ſequent. plura cōgerit ad propoſitum.Iaſ.ſimiliter plura cumulans in conſ.133.nu.20. lib.4.Rimin.ſen.in conſ.96.num.27.& ſeq.lib.1. & ibid. in conſ.140. num. 30.& ſeq.Roman.conſ.246.num.2.Pariſ.conſ.34.nume.31. & ſeq. & num.37.lib.1.Socin.in l.1.num.102.verſ.prima ratio eſt, ff.ſolu. matr.Ruin.in conſ.159.nume.9.& 10.lib.5.Iaſ.in l.1. §.ſi vir vxori, num.18.& 19.de acquir.poſſ.Socin.iun.conſ.145.num.61.lib.1.Lapus allegat.21.Grammat.Deciſ.76.num.21.Soc.conſ.40.num.7.& ſeq.lib. 1.Cephal.conſ.366. num.36.lib.4.& conſ.442.num. 68.lib. 3.Caputaq.Deciſ.26.incip.Promittens lib.1. in manuſcriptis.

14 Sed huiuſmodi † ſententia dubitabilis redditur, ex notatis per Ruin.in conſ.53.num.15.lib.2.Gabr.de Clauſu.Concluſ.10.num. 4.& 8.Iaſ.in l.certi condictio,§.ſi nummos,num.34.& ſeq. ff.ſi cer-

petat.

petat.vide infrà. in effectu 85.verſ. At huiuſmodi Concluſio, cum verſ. ſequenti. Tiraq. de iure conſtitut. poſſeſſor. in 3. parte, Limitat. 7. num. 26. & ſeq. Pute. Deciſ, 7. de tranſact. Neuizan. conſ. 22. num. 45. Gabr. de Clauſu. Concluſ. 10. num. 4. Imola, cap. cum contingat, nume. 12. verſ. & ex prædictis. de iureiuran. Nam vt inquit Alex. in conſ. 38. num. 8. verſ. ſecundo rerpondeo, lib. 2. iuxta Hoſtienſ. ibi relatum; ratio autem cur annullato principali, non annulletur iuramentum illi acceſſorium, eſt, quia ob iuramẽtum obligamur Deo, potius quam homini, nullaque cadit prohibitio impediens Deo obligari, & ideo iuxta gloſſam ibi citatam, ſpeciale eſt iuramento, ne corruat ratione peccati, & ob animæ periculum.

15 Viſum eſt alijs, eo ipſo quod † contrahentes non obediunt Statuto, & ſuperiorum legi nõ obtemperãt, eos mortaliter peccare. Proinde ratione peccati, iuſiurandum ſuper obſeruantia cõtractus non fore obligatorium, vt refert, licet non approbet, Alciat. in d. c. cum cõtingat, nu. 95. 96. & plur. ſequent. Iaſ. in Auth. Sacramenta puberum, num. 12. vbi Bart. nu. 15. C. ſi aduerſ. vendit.

16 Aliquando † autem Statutum contractum annullat, decernens illum nullius eſſe roboris, & momenti, etiam ſi iureiurando ſit ſtabilitum, & declaret iuramentum non ligare; & tunc quamplures aſſeruerunt, Statutum nõ valere ex defectu poteſtatis ſtatuentium, ex quo laici nullã in materia iuramenti facultatem habent diſponẽdi, & propterea contractum, quamuis à Statuto prohibitum, iuriſiurandi virtute validari, ad Alex. d. conſ. 27. num. 7. & conſ. 59. nu. 4. & ſequen. lib. 1. & conſil. 78. numero 11. lib. 3. cum alijs de quibus infrà.

17 Contrarium † voluerunt ipſemet Alexan. & alij per eum relati, in conſi. 151. num. 6. & ſeq. lib. 7. Burſat. conſ. 306. num. 13. & ſeq. lib. 3. ſed hæc contraria ſententia ſimpliciter intellecta, defendi nequit, cum expreſsè repugnet diſpoſitioni Iuris Canonici, mandantis iuramentum ſemper eſſe ſeruandum, quoties abſque interitu æternæ ſalutis ſeruari poteſt, vt deductum eſt ſuprà, quæſt. 6. in fine, parte prima.

18 Quod ſi Statutum † confirmatum eſſet à Papa, tunc omnis ceſſaret difficultas, quoniam Statuta laicorum à Summo Pontifice cõfirmata, dicuntur Statuta Papalia, & omnes ligant; Alc. in d. c. cum contingat, num. 209. de iureiur. Barbat. conſi. 14. nu. 20. Pariſ. conſil. 40. nu. 12. lib. 3. Gabr. conſ. 127. nu. 24. lib. 1.

Et poſt confirmationem huiuſmodi ſtatutum non dicitur amplius Ius Ciuile, ſed Pontificium. Pariſ. conſi. 27. nu. 13. lib. 3.

19 Cæterum, admoneo Lectorem, ad hunc effectum † nil releuare eas confirmationes, quæ paſsim leguntur in omnibus ferè Statutorum confirmationibus diuerſis terris, & Ciuitatibus ab Apo-

ſtolica

ſtolica Sede conceſsis, quarum permultas vidi conceſſas in forma communi, ſed ad effectum præfatum requiritur ſpecifica confirmatio, facta ex certa ſcientia. Alex. conſ. 59. num. 8. lib. 1. Pariſ. cōſ. 27. num. 12. Gabr. conſ. 127. num. 24. lib. 1. Gabr. de Statut. Concluſ. 11. in fine, lib. 6.

20 Ex certa † ſcientia confirmata dicuntur, cū interuenit cauſæ cognitio, vel totus tenor eſt inſertus, Abb. in conſ. 102. num. 3. par. 1. Alex. conſ. 103. num. 18. & 22. lib. 4. vbi vult eſſe neceſſarium concurſum cognitionis cauſæ & certæ ſcientiæ, aliàs non dici confirmationem in forma ſpecifica. Berous quæſt. 50. num. 3. Grat. conſi. 41. num. 21. lib. 1.

21 Et vbi appoſita † ſit Clauſula illa; Dummodò iuſta, & honeſta ſint, vel; Dummodò cōtra Eccleſiaſticam libertatem non tendant; vel prout iuſtè conceſſa ſunt, dicitur confirmatio in forma communi, nec aliàs habet vires ſpecificæ confirmationis ex certa ſcientia, Bero. d. quæſt. 50. num. 3. verſ. vnde cum non appareat. Alex. conſ. 1. num. 35. lib. 5.

22 Reperiuntur † autem Statuta à laicis facta, quæ expreſsim non annullant iuramentum, ſed diſponunt, vt illud dolo, & fraude pręſumatur extortum, & propterea nil operetur; & tunc Alex. in conſ. 59. num. 4. verſ. Item quia ſtatutum, lib. 1. refert antiquorum diſcordantes opiniones, nec firmat, quę ſit magis conſona veritati. Abbas autem in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 18. de Conſtitut. in ſimilibus terminis firmat valere ſtatutum laicorū, & illud annullet, etiā ſi ſit iuratum, cum congeſtis per Iaſ. poſt alios, in d. Authen. Sacramēta, num. 84. & ſeq. C. ſi aduerſ. venditio. Ancharan. conſ. 330. num. 9. Rimin. iun. conſ. 5. num. 143. & conſ. 28. num. 19. lib. 1. Plot. conſ. vlt. num. 5. Soc. iun. conſ. 3. nu. 36. & 43. lib. 2. Roman. conſ. 12. nu. 2. in fi. & num. ſeq. Cur. iun. conſ. 118. num. 6. Crot. in repetit. l. nemo poteſt, nu. 45. de leg. 1. cum congeſtis per Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpectio. 18. num. 165. Crot. conſ. 76. num. 62. lib. 1. Seraphin. de priuil. iura. in priuil. 83. num. 79.

23 Notarunt alij † quod iuſiurandum non facit contractum ex Statuto nullum, eſſe validum, ſed ob iuramenti reuerentiam ex Canonici iuris ſanctione fore ſeruandum, vt diximus ſuprà, in hoc primo effectu, quæſt. 3. in fine, quod magni eſt effectus, vt deducunt Doct. ibi citati, quos videre poteris, & præſertim Alciat. in numeris allegatis.

Quid ergo amantiſsime Lector, in tanta Opinionum diſſonantia concludendum? vt liberè fatear, mallem in hoc articulo doceri, quam docere, ſed vt proſequar opus cœptum, infraſcriptas Cōcluſiones firmandas exiſtimo.

24 Prima † eſt, quod ſi Statuta laicorum ſunt à Summo Pōtifice ex certa

certa ſcientia in forma ſpecifica, vt ſupra deduxi confirmata, tunc contractus à Statuto reprobatus, per iuramentum non firmetur, nulla alia facta diſtinctione per quæ verba Statuta concepta ſint; Hæcque concluſio caret omni difficultate, ex ſup. deductis.

25 Si verò Statuta † laicorum non ſint ab Apoſtolica Sede confirmata, tunc alia ſit concluſio primæ directò contraria, quod contractus à tali Statuto prohibitus, inuiolabiliter ſit ſeruandus, ſi con trahentes illum medio iuramento ſeruare promiſerint, ſeruarique valeat abſque diſpendio æternæ ſalutis, etiam ſi Statutum annullet & contractum, & iuramentum, cum laici nullam habeant facul tatem diſponendi ſuper iuramento, vt liquet ex iam dictis, docetque Roland. conſi. 31. num. 13. lib. 2. & conſi. 99. nu. 15. lib. 3. Aret. conſi. 22. num. 8. Natta, conſ. 233. num. 1. lib. 1. Turſa. inter commu nes, Concl. 136. in ver. iuramentum contractui inſertum. nu. 296. & ſeq. Ruin. conſi. 159. num. 9. lib. 5. Socin. iun. conſil. 79. num. 15. & ſeq. lib. 2. Pariſ. conſ. 97. nume. 3. lib. 1. Gabr. de minor. Concl. 5. num. 9. Cur. iun. conſi. 118. num. 3. Gabr. conſ. 12. nume. 2. 3. & 4. & in conſi. 127. num. 20. lib. 1. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpectione 18. num. 137. & 156. Boer. deciſ. 297. nu. 8.

26 Dico † iuramentum fore ſeruandum, non quod firmet contractum nullum, ob ea quæ dicta ſunt ſupra, quæſt. 3. quamuis Aret. in conſi. 22. num. 8. atteſtetur de communi in cōtrarium, & quamplures ſequantur.

27 Quam † concluſionem procedere intelligo, etiam ſi Statutum expreſsim non annullet iuramentum, ſed præſumat illud doloſè extortum: quia ſi id admittatur, poſſent laici eorum Statutis iuriſiurandi uires annihilare, contra ſacrorum Canonum ſanctiones, decernendo, vt ſemper iuramentum præſumatur dolo extortum: quod cum paſsim in omnibus inſtrumentis interponatur, actum eſſet de eius viribus, & per indirectum diſponerent contra iuramentum, quod via directa facere minimè poſſunt. Paul. in Authent. Sacramenta, nu. 11. in fine. C. ſi aduerſ. vendito. Pariſ. conſil. 96. num. 103. lib. 1. de communi Fran. Curt. in d. Authen. num. 50. Crot. in repet. l. omnes populi, num. 47. ver. limitatur hæc concluſio, de iuſt. & iure, licet nonnulla adducat in contrarium Seraph. in priu. 74. nu. 28. & ſeq. de priuil. iuram.

28 Nam vbi † agitur de obſeruantia iuramenti, materia eſt fauorabilis, & extendenda. Alex. conſi. 27. nu. 9. lib. 1. Iaſ. Auth. Sacramenta, nu. 72. C. ſi aduerſ. uendit.

29 Arbitror † etiam ſtatui non poſſe à Principe laico in contractibus iuramentum adhiberi non poſſe. Soarez inter communes, ſuper ver. iuramentum contractui ſtatutis, nu. 291. & ſeq.

Nec refragantur notata per Abbat. & alios ſupra relatos in verſ. repe-

30 reperiuntur † autem Statuta, quod ſicut ex rationabili cauſa poſſit ſtatutum præſumere dolum, tum, quia cum ſtatutum generaliter diſponat annullando omnem contractum non ſeruata forma per ipſum tradita, celebratum nulla prorſus æquitas ſuadet, vt dolus generaliter in quouis contrahente præſumatur, cum nil repugnet, vt permulti bona fide abſque vlla penitus fraude cõtrahant, & ſi aliàs dicatur, parata eſſet laicis via inualidandi iuramentum, vt inquit Abbas videndus, in conſ.71.num.7.verſ.venio nunc ad ipſum, parte prima.

31 Et ſi dicatur, † quod ſacri Canones no ſimpliciter ſtatuere, ſemper fore ſeruandum, ſed cum temperamento, quatenus abſque dolo, & vi præſtitum fuerit, ad ſæpè citatum c.cum contingat, de iureiur. Proinde, eo ipſo quod quis ſpreta ſtatuti ſolennitate contraxit, in dolo eſſe præſumitur, & in mala fide. ad Bar. in l.1.num.11. C.de fide inſtrum.lib.10.Fely.in cap.ſi diligenti, num.5.verſ.& dicit glo.parua, de præſcr.Balb.de præſcr.in repet.l.Celſus, num.20. verſ.& dicit glo.notabilis.Rol.conſi.72.nu.15.lib.4.

32 Equidem, † credo conſiderari dolum per ſacros Canones, qui det cauſam contractui, vtpote, ſi quis fraudolenter partem inducit ad contrahendum: non autem ſi dolus præſumatur ex neglecta ſolennitate ſtatuti: ſi quis enim faciat contractum vſurarium, nemo dubitat eum contrahere cõtra Legum, & Canonum diſpoſitionẽ; & nihilominus ob iuramentum promiſſor tenetur ſoluere vſuras, ad c.debitores, de iureiur. cum alijs quæ ſupra deducta ſunt par.1. quæſt.6. & faciunt congeſta ſupra in hoc primo Effectu, q.2.verſ. vnum addimus.

33 Requiritur † ergo dolus, vel ex propoſito, quo mediante quis ſeducitur ad contrahendum, vel dolus re ipſa interueniens ex læſione præſumptus, qui vero dolo æquiparatur, vt liquet ex dictis ſupra in prima quæſt. huius primi Effectus in princ. qui dolus ſiue verus, ſiue re ipſa præſumptus, ceſſat in contrahentibus abſque ſolennitate, vbi lęſio, & circunuentio non interueniant.

34 . Vel etiam † aliter reſponderi poteſt, quod falſum eſt præſuppoſitum, vt tali caſu contrahentes ſpernant ſolennitates Statuti, quia iuramentum ſupplet ſolennitates ab ipſo Statuto requiſitas, etiamſi eas requirat ad fraudes vitandas, prout eſt communis, & probatiſsima ſententia, atteſtata per Iaſ.conſi.51.nu.3.lib.1.de qua latius agetur inf. in 2.Effectu.

35 Si ergo † ſolennitates ſupplentur à iureiurando, malè dicitur, quod ſint ſpretæ, quia contrahentes ſciebant eas ex iuramento ſuppleri, & conſequenter dici nequit, quod illas ſpreuerint, cum nil referat, quid ex ęquipollentibus fiat, ad l.mulier, in princ. cum alijs triuialibus, ff.ad Trebell.

Nec

36 Nec facit,† quod Hieron.Gabr.in conſ.13.num.67.& ſeq.lib.1. ex quampluribus affirmauerit cõtrariam ſententiam eſſe ueriorē, quoniam eius fundamenta facilè vitari poſſunt.

Dum enim dicit,nu.7. & ſeq.Statutum poſſe præſumere dolū, & fraudem,ob non ſeruatā eius formam,l.omnes,§. Lucius,ff. quę in fraud.creditor.Soc.iun.conſ. 3.nu.35.& ſeq.lib.2. & dolum pręſumi ex non ſeruata ſolennitate,& ſtante dolo ceſſet efficacia iura-
37 menti. Negatur† præſuppoſitarum ſolennitatum aſpernatio; quoniam ipſummet iuſiurandum ſupplet ſolennitates à Statuto re quiſitas,eiſque æquipollet,ex proximè ſupra deductis, in verſ. vel etiam aliter. Contrahentes enim ſcire præſumuntur vires iuramē ti,quia quilibet præſumitur ſcire iura,ad congeſta per Gabr.de Regul.iur.concl.7.lib.6. Proinde,iurando ſciebant ipſo iure ſuppleri ſolennitates, & conſequenter dici nequit eas eſſe ſpretas, ex quo nil refert quid ex æquipollentibus fiat,vt ſupra diximus. Nec ſimpliciter eſt verum,quod ſtatutū generaliter dolum præſumere poſſit,vt dicetur inf.num.40.& ſeq.

38 Minuſque releuat,† quod Statutum principaliter non annullet iuſiurandum,ſed contractum inficiat, idq; facere poſſit,attendiq; debeat id,quod principaliter agitur: quia prout nõ negatur, quin Statutum poſſit ex iuſta cauſa annullare contractum,ita nec eſt negandum,quod is contractus à Statuto infectus ob iuramenti religionem,ſit obſeruandus,ſi fieri poſſit abſque diſpēdio ſalutis,ceſſetque dolus ex propoſito, vel re ipſa,ita,vt contrahens nõ ſit enormiter lęſus,ex ſupra relatis.

39 Quod licet† laici ſuper iuramento nequeant directò diſponere,& nec etiam per indirectum, id tamen procedat, ſi id quod directa via fieri nequit,veniat per indirectum in neceſſariam conſequentiam actus permiſſi,vt in hiſmet terminis arguit Alex. ab eodem Gabr.citatus,in conſil.151.num.12.lib.7.non videtur ſuſtentabile fundamentum, quia pendet ab ea propoſitione, quod Lex & Statutum fraudem,& dolum præſumere poſſint,quod prout ex certa ſpeciali & iuſta de cauſa fieri poſſe concedimus, ita negamus generaliter in omni contractu ſtatui poſſe.Abb.in dicto conſi.71. num.7.par.1.

40 Quid enim† abſurdius,quam in omnibus minorum, & mulierum contractibus præſumere dolum,cum hoc repugnet quampluribus Iuris Regulis,& illi,qua cauetur vt dolus, & fraus non præſumatur,ad l.quoties, §.qui dolo,ff.de probat.& illi,vt quilibet in dubio præſumatur bonus,ad c.1.de præſumpt.

41 Necnon† illi,vt propter iuramentum ceſſet ſuſpitio doli. Pariſ. conſi.13.nu.61.lib.1.Menoch.conſi.106. nu.6.lib.2. & conſi.230. num.54. lib.3.

Et

42 Et illi,† vt pretium inter partes conuentum pręſumatur iuſtum. ad Cuma.in l.pretia rerum,num.4.ff.ad leg.Falcid.Rolan.conſ.82. num.17.lib.2.Natta,conſi.650.nu.8.verſ.præterea pretium, lib.4. Menoch.conſi.358.nu. 23.lib.4.

43 Necnon illi,vt † nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ.Al ciat.præſumpt.4.per totam,in 3.Regula,de præſumpt.

44 Proinde † ſtatuere generaliter, vt in omnibus huiuſmodi contractibus dolus præſumatur,nil eſt aliud, quam omnium præcedẽ tium iurium deſtructio, & Legum correctio ſemper eſt euitanda, ad c.cum expediat,de elect.in 6.

Hinc Abb.ſupra relatus in hacmet quæſt.in verſ.reperiuntur au tem,num.22.ex mente Bart.quem refert,& alij ſequaces, tempera tius ſunt loquuti, poſſe ſcilicet ſtatui à laicis, vt certo caſu contractus ſimulatus cenſeatur, & iuſiurandum nil operetur; Subdit autem Abb.quod intellige,quando ita pręſumitur ex rationabili cau ſa,aliàs inquit,poſſet fieri fraus iuramento,& vltra eum Simoncel. de decret.lib.3.tit.8.inſpectio.18. num.166. Conſonat Felyn.in c. primo,nu.52.verſ.pro qua vltra præallegata,de conſtitut. & Tiraquel.de pœn.temperand.in præfat.nu.30.dicentes, Epiſcopum ex ſpeciali,iuſtaq; cauſa poſſe ſtatuere,vt iuramentum nõ validet con tractum,nec ſit obſeruandum.

45 Cæterum,† quod generaliter in quibusuis mulierum, & minorum contractibus præſumatur dolus, niſi ſeruata ſolennitate,& iu ramentum nil operetur,credimus à laicis ſtatui non poſſe: quoniã eſſet annihilare vires iuramenti.

46 Nil † enim repugnat, quod multi ex his contractibus nullam prorſus læſionem contineant, quod in dubio eſt præſumendum, cum, vt diximus, ſemper pretium inter partes conuentum præſumatur iuſtum; Proinde in his contractibus, in quibus abeſt læſio, præſumere dolum ex omiſſa ſolennitate Statuti, repugnat iuri, & æquitati,cum dolus abſque animo lucrandi, & ſine cauſa commit ti non conſueuerit. Aymo,conſ.8.nu.13.

47 Quinimò,in fortioribus terminis † etiam in mendace dolus nõ præſumitur,niſi cum mendacio concurrat aliqua cõmoditas. Rui. conſi.8.num.5.lib.4.

Hinc dicitur ad literã, in l.& elegãter,in fi. ff.de dolo,quod non niſi ex magna,& euidenti calliditate actio de dolo dari debet.

48 Et ſi obijciatur, † ſtatuta licet generaliter prohibentia Minores, & Mulieres poſſe contrahere abſque cõſenſu propinquorum,aliàs ſancientia contractum eſſe nullum, & iuramentum dolo extortũ, & nil operari,ſatis eſſe mota ex certa, & rationabili cauſa,ne Mino res, & Mulieres ex eorum fragilitate decipiantur: dicimus huiuſmodi cauſam, nimis eſſe generalem; cum non ſit præſumendum,

vt omnes qui cum illis contracturi ſunt, velint decipere, ex ſupra deductis; Nec quod omnes minores ita facilè ſe decipi patiantur, vt eleganter dicitur in l.nam & poſtea,§.ſi minor, ff.de iureiur. vbi Vulpianus inquit: Nec enim vtique quod minor eſt ſtatim circun ſcriptum ſe docuit.

49 Nec † prǽſumendum eſt Mulieres iactaſſe ſuum, quarum genus eſt auariſsimum, ad glo.in l.Neſennius, ſuper ver. è contrario, ff.de negot. geſt.

Hinc proficiſcitur, quod licet ſint coniecturæ pro donatione, eæ non militent in Mulieribus, quæ ſui natura ſunt auarǽ. latè Tiraq. in 9.l.connubia.nu.36.de leg.connub.

50 Et huiuſmodi † ratio fragilitatis ſexus, non eſt cócludens, ex notat.per Abbat.in 2.quæſt.poſt conſilia, nu.12.

51 Et ſatis eſt conſultum Minoribus, & Mulieribus, prout Maioribus, vbi adſit deceptio doloſa: nam ſi dolus eſt ex propoſito, cum machinatione & calliditate decipiendo contrahentem, tunc ſuccurritur, etiam quod lǽſio non ſit tam enormis, ex notatis ſupra, in quæſt.2.verſ.vnum addimus, num. 14. vel ſi adſit dolus re ipſa, propter enormem læſionem, tunc ceſſat virtus iuramenti, vt deducetur in princ.8.quæſt.ſeq.verſ.& licet non deſint.

52 Proinde, cauſa huiuſmodi ſic generalis, fundataque contra tot Iuris præſumptiones iam relatas, tanti meo iudicio eſſe non debet, vt liceat laicis per indirectum iuriſiurandi vires annihilare.

Adhærerem contrariæ ſententiæ, quæ, vt inquit Gabr. frequentiori calculo recepta eſt, ſi aliquantulum reſtringeretur, ſtatuendo,
53 quod † tunc dolus præſumatur, vbi læſio ſaltem in tertia vel quarta parte contingat: concurrente ſiquidem lǽſione, huiuſmodi opinio ſuſtentabilis, & æquior videretur; ſed generaliter dolum præſumere vbi etiam ceſſet lǽſio, meo iudicio magis iniquitatem, quã æquitatem ſapere videtur, & ad obiectionem quod retéta hac ſententia, quod contractus non valeat, non conſtat de iuramento, quod, vt prædictum eſt, ex inſtrumento nullo non probatur, cum corruente contractu principali, corruat etiam iuramentum, vt acceſſorium. Reſponde, ſpeciale eſſe fauore animæ, vt ſtante etiam
54 nullitate contractus, iuramentum ſit obſeruandum, nec † ex illius nullitate euaneſcat: vt annotarunt Gabr. & ab eo citati in Concl. 10.de Clauſul. nu.4. Neuiz.conſ.22.num.45. & cum is ſit ſpecialis, & notabilis effectus iuramenti, de eo particulariter agetur infra in hac par. quarta, Effectu 85. verſic. At huiuſmodi concluſio, & tactum eſt ſupra in hacmet quæſtio. quarta, verſic. ſed huiuſmodi ſententia.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iurans non fideiubere, vel non alienare, ſi contraueniat, quid iuris, & nume. 13.*
2 *Ius commune ſi cum iuramento concurrit, actus contrarius non valet, & num. 5. & 7.*
3 *Declaratur, ſi contrahens habuit notitiam primi iuramenti, contra nume. 4.*
6 *Cautela ne dos alienari poſſit.*
8 *Contractus licet plures fiant in quibus pars fraudata reperitur, ex eo quòd præcedentia ignorauit, ob id tamen nequaquam irritantur.*
9 *Primus emptor ſecundo præfertur, etiam ſi ſecundus ignorauerit primam venditionem.*
10 *Contrahens debet eſſe cautus, & diligenter ſe informare.*
11 *An ceſſante priori iuramento de non alienando, valeat venditio rei dotalis.*
12 *Vbi actus ſuper quo iuratur pendet à libera iurantis voluntate, tunc valet alienatio facta contra iuramentum, ſed contraueniens eſt per iurus.*
14 *Rex bona Regni, & Prælatus Eccleſiæ bona non alienare iurantes, an ſi alienent, venditio teneat.*
15 *Iurans non reuocare teſtamentum, reuocare poterit iuramento non obſtante.*
16 *Generaliter valet actus factus contra iuramentum, quando ius commune non concurrit cum eo, & è conuerſo regulariter non valet, vbi habet iuris concomitantiam.*
17 *Quando iuramentum præſtitum eſt ſpecialiter ad fauorem alterius, actus contrarius etiam iuratus non præiudicat.*

Primi Effectus Quæſtio Quinta.

1 QVæritur ſi Innocentius † iurauit nunquam fideiubere, & Terentia nunquam alienare fundum dotalem, poſtea ille fideiubet, vel hæc alienat præſtito iuramento de non contraueniendo: an ſecundum hoc iuramentum, vel primum ſit obſeruandum? & conſequenter videbimus, quando valeat actus factus contra iuramentum.

Diſtinguendum eſt; aut actus de quo non faciendo prius eſt iu-
2 ratũ, de † iure communi prohibetur, qualis eſt alienatio fundi dotalis, ex lege Iulia de fundo dotali, & tunc, quia primum iuramentum habet Iuris Communis concomitantiam, illud eſt ſeruandũ, & ſecundum non operatur, iuxta Communem, de qua Crot. in re-

pet.§.Diui,num.94.in fine,de leg. 1.notat Boic.in cap.veniens,nu. 2.de iureiur. Alciat.in c.cum contingat,num.41. & ſeq. eodem tit. Gabr.teſtans etiam de Communi,in Concluſ.1.num.3.eod.tit.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.76.nu.13.& priuil.95.num.7.

3 Declarat † Ruinus in conſ.66.nu.14.lib.2. id procedere, ſi emptor notitiam habuerit præcedentis iuramenti,& non aliàs,ſequũtur & alij plures,vt per Iaſ.in l.duobus,§.fin.de iureiuran.Sylua Nuptial.in §.Diuiti non eſt nubendum,num.81.verſ. nam dato quod poſtea.cum congeſtis à Gabrielio,Concluſ.1.num.6.de iureiuran.

4 Attamen † hæc declaratio ſatis periculoſa videtur, primò, quia gloſſa finalis quæ ſingularis ad hoc citatur,& frequentiſsimo calculo eſt recepta,in c.licet mulieres,de iureiur. in 6. vt atteſtatur Iaſ.in d.l.duobus,§.fin.num.9.& Crot.in d.§.Diui,nu.94. in fine, & alij,
5 de quibus infrà,affirmat ſimpliciter, quod † primum iuramentum licitum,& conforme iuris diſpoſitioni, præualet ſecundo, & hinc infert Aretin.Inſtitut.quib.alien.licet vel non,in princip.num.6.in
6 fine,quod eſt bona † Cautela, & perpetuò notanda, ad effectum, quod mulier dotem nequeat alienare.Sequitur Abbas in c.intellecto, num.8.de iureiur.Rubeus Alexandrin.in conſ.117.numero 9. Affict.Deciſ.331.Marſil.in Rubr.de fideiuſſor.nume.204.Calderin.conſ.9.prope finem,de iureiur.Sylueſt.in Summa, ſuper verſic. iuramentum 2.num.12.verſi.exemplũ in muliere.Creſcentius Deciſ.150.Prælatus iurans, lib.1.in manuſcriptis, cum alijs de quibus Gabr.in d.Concluſ.1.nu.3.

7 Quæ ratio, † quod iuramentum ſit conforme iuris diſpoſitioni, & ideo præualeat ſecundo,ita militat,ſi emptor ſciat, veluti ſi ignoret præcedens mulieris iuramentum, cum vtroque caſu verum ſit, quod ius aſsiſtat priori iuramento ſuper dote non alienanda; Proinde,ſi in vtroque militat eadem ratio, ſunt pariter determinandi, l.illud,ff.ad l.Aquil.l.à Titio,de verb.obligat.

Nec refragatur,quod data ignorantia emptor fraudaretur,ſi vē-
8 ditio non teneret:quoniam † permulti fiunt contractus, in quibus pars fraudata reperitur, & tamen ex eo quod præcedentia ignorauerit,non irritantur; vtpotè, ſi Lucas vendidit Matthęio fundum pro certo precio,conſtituatque ſe illum emptoris nomine poſsidere, deinde vendat eũdem Octauio ignoranti primam venditionē, nemo dubitat primam venditionem præualere; Notant omnes,in l.quoties,præſertim Iaſ.num.14.C.de rei vendicat. Nec releuat dicere, quod Octauius non habuit notitiam primæ venditionis, & remanet fraudatus: ignorantia ſi quidem, & ſcientia ad alium finē ponderātur,nempè,quod ſi ſecundus emptor ſciens emerit rem alteri obligatam, ſibique non prouiderit de euictione in euentum
9 euictionis ſibi imputet, & agere nequit, † & ſecùs eſt,ſi ignorauit,

vt.

vt canetur in l. ſi fundum ſciens, C. de euiction. ignorantia autem in his terminis præcedentis contractus annullationem non operatur.

Proinde ſibi imputet emptor ſi fuit minus cautus, & diligens,
10 cum † informare ſe debuiſſet de omnibus conditionibus eius, cũ quo contraxit, ad l. qui cum alio, ff. de reg. iur.

11 An autem † ceſſante iuramento de non alienando, ſi mulier vẽdat, iuretque non contrauenire, contractus iuramento firmetur, diſcutietur infrà, in Effectu 28.

12 Vel actus ſuper quo iuratur, de per ſe eſt licitus, & à libera partis voluntate dependet illum facere, vel non: & tunc ſecundum iuramentum præualet primo, vt habes plura exempla à Gabriel. de iureiur. Concluſ. 1. num. 7. & pluribus ſequent. vbi latè; & vltrà eum videre poteris Roland. in conſ. 6. num. 21. & 22. & ſeq. lib. 1. Neuizan. in Sylua nuptiali, in §. diuiti non eſt nubendum, nu. 81. Grammat. conſ. ciuili 31. num. 12. & ſeq. Milis ſuper ver. iuramentum de non faciendo. Crotan repetit. §. Diui, num. 98. de leg. 1. Creſcent. Deciſ. 150. Prælatus lib. 1. in manuſcriptis. Rubeus Alexandrin. in conſ. 117. num. 9. Alciat. in c. cum contingat, num. 42. & ſeq. & num. 179. & ſeq. vbi Henric. Boic. num. 2. & ſeq. de iureiur. Natta conſ. 426. nume. 9. & ſeq. & num. 16. & ſeq. lib. 2. Afflict. Deciſ. 381. nume. 3. & ſequen. Simoncell. de decret. lib. 3. titu. 8. numero 186. & plurib. ſequent. Rimin. iunior, conſilio 472. numero 8. libro quarto, & vide citata per Iaſ. in §. item ſi quis, il ſecondo, numero 10. Inſtitut. de action. Sylueſt. in Summa, ſuper ver. iuramentum quarto, num. 12. Calderin. conſ. 9. per tot. de iureiur. Socin. iun. conſ. 44. num. 23. & ſeq. lib. 2. Viui. Opinio. 31.

13 An † autem iurans nõ fideiubere, teneatur ad obſeruantiam, particulariter videbitur infrà, in Effectu 76.

14 Hinc eſt, † quod Rex qui iurauit non alienare bona Regni, vel Prælatus bona Eccleſiæ, ſi aduerſus huiuſmodi iuramentum alienet, & medio iuramento non contrauenire promittat, ſtabitur primo, non autem ſecundo iuramento, Angel. in l. ſi quis pro eo, nu. 5. ff. de fideiuſſor. Ratio eſt: quia primum conforme eſt diſpoſitioni iuris, de bonis Eccleſiæ non alienandis.

15 Econtra, ſi † quis condito teſtamento, iuret ſe illud nunquam reuocaturũ, mutare poterit, licet incidat in periurium, quoniam ius primo iuramento non aſsiſtit, cum tollat teſtandi liberam facultatem. Abb. in conſ. 48. num. quarto, par. 2. Roland. in conſ. 6. nu. 23. lib. 1. Gabriel. Concluſ. 1. num. 8. de iureiur. Socin. iun. conſ. 44. nu. 25. lib. 2. Habeſque quamplura exempla infrà in Effectu 22. vbi videre poteris.

16 Proinde generalis Regula conſtituitur, vt † valeat actus factus

contra iuramentum in omnibus caſibus,in quibus non habet concurſum Iuris Communis, & vbi Ius Commune cum iureiurando concurrat: tunc regula eſt in oppoſitum, vt actus factus contra iuramentum, ſit inualidus, vt per plura exempla firmat Felyn. in c. ſi diligenti,nume.32.& 33. de foro competen. cum alijs deductis in præcitato Effectu 22.

17 Eſt etiam diſtinguendum,an † iurata promiſsio de non alienando,facta ſit ſpecialiter ad alterius fauorem,quoniam tunc facta venditio in illius præiudicium non valeret; vide Nattam in conſ. 426. num.9.& ſeq.lib.2.Rol.conſ.6.num.50. lib. 1. Gabr. d.Concluſ. 1. nume.5.de iureiur. latè Riminald. in Inſtitut. quib. alien. licet, vel non.in princ.num. 415. & pluribus ſequent. vbi videas ad materiæ exornationem.

SVMMARIVM.

1 An ex noua cauſa liceat abſque labe periurij iuramento contrauenire.

2 Iuramentum habet tacitam conditionem, niſi iuſta cauſa contrauentionis ſuperueniat.

3 Iurans non exire è domo per quindecim dies,citatus à Iudice, comparere debet.

4 Refert an iuramentum ſit corporaliter præſtitum tactis ſcripturis, vel ſimpliciter.& num.7.& 8.

5 Contrauenire non dicitur qui non ſeruat ex cauſa oriente ex eodem contractu.

6 In quolibet iuramento ſemper excepta intelligitur ſuperioris authoritas.

9 Iuramentum habet tacitam conditionem, ſi ex aduerſo promiſſa ſeruentur.

10 Etiam ſi pars iuſta cauſa impedita,non obſeruet.

11 Vbi deficit cauſa, ob quam iuratum fuit,an liget?

Primi Effectus Quæſtio Sexta.

QVæſtionis eſt,an noua ſuperueniente cauſa liceat abſque periurij labe iuramento contrauenire?

1 Et pro † affirmatiua concludit Boerius Deciſ. 264.nu. 25.inquiens, Officialem, qui Statuta ſeruare iurauit, ſi noua cauſa ſuperueniat, poſſe ab illis reſilire;& adducit aliud exemplum de pace facta cum inimico,quem ſub certa pœna non offendere promiſiſti,ſi is ſucceſsiuè ſui culpa fuerit bannitus,poteris eū

impunè offendere. Aliaque ſimilia refert, quæ ibi videre poteris, & præſertim num. 21.

Quibus conſonat triuialis paſsim admiſſa Concluſio, quod iuſ-
2 iurandum ſemper recipit tacitam cōditionem niſi † iuſta cauſa cōtrauentionis ſuperueniat, l. fin. vbi bona glo. ſuper ver. non videtur, ff. qui ſatiſda. cogant. Decius in l. ſi fugitiui, num. 71. & ſeq. C. de ſeruis fugit. Roman. conſ. 183. in princip. Alciat. in c. cum contingat, num. 38. de iureiur. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. num. 130. C. de reuoc. donat. Rota, Deciſ. 1. de iureiuran. in nou. Gozadin. conſ. 27. num. 1. & 19. Pariſ. conſ. 26. num. 21. lib. 3. Menoch. conſ. 27. nume. 48. lib. 1. Seraphin. in priuileg. 73. num. 5. & ſeq. vbi plura congerit exempla, quæ ibi videas. Interpretandumque eſt, rebus ſic ſtantibus. Iaſ. adducens plura exempla in l. quod Seruius, nume. 10. ff. de condict. cauſa data. Gozadin. conſ. 27. num. 1. & 19. Marc. quæſt. 43. num. 7. Pariſ. conſ. 97. num. 31. lib. 1. Feder. de Senis, conſ. 239. nu. 1. Menoch. conſ. 27. nu. 48. lib. 1. Berous conſ. 4. nu. 51. & ſeq. lib. 1. Et Salycetus in l. finali, C. de non numer. pecun. congerit plures caſus, in quibus tacita huiuſmodi conditio ſubintelligitur, quos ibi videre poteris, & per Syluеſt. in Summa, ſuper ver. iuramentum 3. num. 1.

Hinc dixit Archidiacon. in c. authoritatem, num. 4. 15. quæſt. 7.
3 quod † ſi quis iurauit non exire è domo per quindecim dies, & interim citatur à Iudice ad comparendum, quod tenetur comparere, & ſuperiori obedire. Milis, in ver. iurans non exire; plura cumulat Iaſ. in l. fin. nume. 6. & pluribus ſequent. ff. qui ſatiſd. cogant. & Decian. in conſ. 54. num. 25. lib. 1. Non enim extenditur ad ignorata, & incogitata. Seraphin. in priuileg. 119. per totum, vbi declarat, & limitat.

Et an neceſsitas excuſet à contrauentione, Boic. in c. ſi verò, nu. 6. de iureiur. ita diſtinguit, quod aut vrget neceſsitas venire contra iuramentum nec tunc poteſt haberi ſuperior, à quo petatur abſolutio, & tunc licet contrauenire; Aut non vrget neceſsitas, ſed magna vtilitas ſpiritualis, & tunc, inquit, forte idem; & alios caſus proſequitur, ibi videto.

4 Aduertendum eſt autem, † quod ſi iuramentum corporaliter præſtitum ſit, tunc talis conditio non ſubintelligitur, per l. 3. C. ſi minor ſe maior. dixer. qui tex. expreſſam facit differentiam, An minor verbo tantum ſe Maiorem iurauerit, prout in verſ. ſi tamen in inſtrumento; Vel iuramentum corporaliter præſtitum fuerit, vt in fine legis. Primo ſiquidem caſu, admittitur contraria probatio, & in ſecundo excluditur, vt ibid. aduertit gloſ. in ver. per Sacramenti. & ponderarunt Pariſ. in conſ. 97. num. 83. lib. 1. & Socin. iun. conſ. 3. num. 32. lib. 2.

5 Declaratur etiam,† vt non dicatur contrauenire contractui, qui iuſta de cauſa oriente ex contractu illum non ſeruat. Decius in conſil.305.nume.6. Corn.conſ.126. colum. 2. verſic. & iuramentum, libro 1.

6 Et † in quolibet iuramẽto excepta ſemper intelligitur ſuperioris authoritas. Archidiacon.in c. authoritatem, nume.4. 15. quæſtio. 7. Iaſ.in l.final.nume.6.& pluribus ſequentib. ff.qui ſatiſd.cogant. Milis in repertor. ſuper verſ.iurans non exire. Seraphin. in priuil. 73.num.35.

7 Sed ſupradicta differentia † an iuramentum ſit corporaliter præſtitum,vera non creditur ex diſpoſitione Iuris Canonici,ex notatis per Imolam,in c.cum contingat,nu.58.de iureiuran.

8 Et præmiſſa † procedunt, etiam ſi iuratum ſit de non contrauenjendo.Decian. conſ.19.nu.90.lib.3.

9 Habetque † iuramentum tacitam conditionem,ſi omnia ex aduerſo promiſſa ſeruentur.ad Decian.conſ.1.nume.64. lib.3. Hinc cautum eſt in l.cum proponas, la 2. C. de pactis, fidem ei non eſſe ſeruandam,qui ex ſui parte promiſſa non adimpleuit; & ibi notant omnes,& conſonat,cap.ſi infidelis, 28. q.2.ad text. rotundos, in c. 3.& in c.ſicut ſi conſtiterit,in fi.de iureiur.cum alijs,de quibus Neuizan.conſ.50.num.6.& ſequent.dicitur enim formaliter in fine d. cap.ſicut ſi conſtiterit, Iuſiurandum non ligare iurantem, ſi is cui præſtatur,ſeruare negligit quod promiſit.Rimin.iun.conſ.521.nu. 61.lib. 1.& conſ.592.num.52.& ſeq.ibid.Menoch. conſ.55.nume. 10.lib.1. Alciat.in c.cum contingat,num.177.de iureiur.vbi Imola, num.7.Seraphin.de priuileg.iuram.priuileg.31.num.126. & ſeq. & priuileg.vlt.num.5.

10 Quod ampliatur,vt † procedat,etiam contra eum,qui ex neceſſitate, & iuſto exiſtente impedimento, promiſſa per eum implere non potuit,quia tale impedimentum benè eum excuſat à pœna,& mora;ſed non facit,vt impedito detur actio, vt benè declarat Natta,in conſ.451.nu.38.lib.2.Decius in l.cum proponas,num. 14.C. de pact.Rolan.conſ.69.nu.12.lib.4.Burſat.conſ. 309. nu. 10. lib.3. R.P.D.meus Seraphin. in Deciſ. 184. quæ incipit.Fuit per Dominos.lib.1.in manuſcriptis. & Puteus Deciſ.254. cuius eſt initium: In cauſa Romana ſeu Pitiliana dotis, li.3. ſimiliter in manuſcriptis, vide notata infra in quarto Effectu in fine. Seraphin. priuileg. vltimo, numero 6.

11 Et † vbi deficit cauſa, ob quam iuratum eſt, licet contrauenire: quia amplius non obligat. vide Rimin. iunior. in conſil.77. num. 34. lib. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an liget Hebræos veluti Chriſtianos.*

2 *Hebræi ſunt ab Eccleſiaſtico cogendi ad obſeruantiam iuramenti. & numero 3. & 4.*

5 *Iuramentum parit duos effectus, quorum vnus ligat Hebræos.*

Primi Effectus Quæſtio Septima.

QVæritur an iuramentum cum ſit vinculum religioſum, quod animam ligat, vt deductum eſt ſuprà par. 1. quæſt. 1. in definitione, ſemperque ſeruãdum ſit, quoties abſq; animæ periculo ſeruari poteſt, c. ſi verò, & c. cum contingat, de iureiur. cum de anima Iudæorum vtpotè de his, quæ fo-
1 ris ſunt, non ſit curandum, ad c. gaudemus, de diuort. habeat † eaſdem vires in ualidandis eorum actibus nullis, & pariter liget Hebręos veluti Chriſtianos.

2 Et nonnulli † notarunt Hebræos iuramento ligari, quia iuſiurãdum eſt de iure diuino, & naturali, & propterea ad illius obſeruantiam per Iudices Eccleſiaſticos cogi poſſunt. Imola, in conſ. 1. num. 8. Decius in l. pactum quod dotali, nume. 13. C. de collation. cum congeſtis per Gabriel. de donation. Concluſ. 3. num. 26. Crot. in Repetit. l. ſtipulatio hoc modo, num. 40. de verbo. obligat. latè Rimin. in §. 1. num. 728. & plur. ſequent. Inſtitut. de donation. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 73. num. 93.

3 Econtra, † Iudæos efficacia iuramenti non adſtringi, notarunt Roman. conſ. 155. in fine. Socin. conſ. 70. num. 14. lib. 1. Archidiac. in cap. ſi quis ſuadente, nume. 7. 17. 19. Maran. in pract. in 3. par. nu. 57. Fely. in c. Iudæi. num. 7. de Iudæis. Plot. l. ſi quando, nume. 362. C. vnde vi, Iaſ. l. ait prætor; §. iurari. num. 10. de iureiur. Rimin. ſen. conſ. 140. num. 37. & ſeq. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 72. nume. 29. lib. 1. & conſ. 203. num. 95. & ſeq. lib. 2. Simoncell. de decret. lib. 3. titu. 8. num. 194. Gabr. d. Concluſ. 3. num. 5. cum congeſtis per Tiraquel. de iure primoge. quæſt. 66. num. 28. & 30. Gabriel. de minori. Concluſ. 5. num. 48.

4 Viſum † eſt alijs, ſi Hebræus iuret in contractu celebrato cum Chriſtianis, quod cogendus ſit ad obſeruantiam; Si verò cum altero Hebræo, quod iuſiurandum non attendatur, niſi quatenus locũ habet ex diſpoſitione iuris ciuilis, ex quo deſtituitur authoritate iuris Canonici, quod iuramento longè maiores vires attribuit, ſanciendo, vt ſemper ſeruandum ſit, vbi fieri poſſit citra periculum ſalutis æternæ; Proinde, in materia iuriſiurandi Iudæi relinquuntur

in mera diſpoſitione Iuris Ciuilis.Paul.conſ.90.in fine,lib.2.Ruin. conſ.159.num.9.& ſeq.lib.5.Socin.conſ.56.nume.32. & ſeq.lib.1. Maranta in pract.par.3.num.57.Rim.iun.conſ.72. num. 28. & ſeq. lib. 1.& conſ. 203.num.95.& plur.ſequent.lib.2.

5 Cenſuerunt alij, quorum opinio probabilis eſt, † iuſiurandum gignere duos principales effectus; Alterum, quod iurans obſeruare teneatur quod promittit,& tranſgreſſor puniatur; Alterum,vt confirmet actum nullum,ſi abſque præiudicio animę ſeruari valet. Primus effectus cadit in Hebræos; Secundus verò inductus à diſpoſitione iuris Canonici fauore animarum, minimè cadit.Ita poſt Butrium & alios ab eo relatos,adnotauit Socin.in d.conſ.66.num.20. & ſeq.lib.1.vide Socin.iun.conſ.125.lib.3. conſonat Fely. d. conſ. 30.num.21.& Rimin.conſ.140.nume.38.lib.1. Ruin. d.conſ.159. nume.19.lib.5. Seraphin. in priuileg.61.in fi. vide etiam Corne.in conſi.37.col.penul.verſ.& iuramentum, lib.4.

Nonnulla alia ponderat Seraphin.de priuileg.iuram.in priuileg. 67.num.39.40.& ſequen.& in priuileg.73.num.77. & latius in priuileg.123.& vide deducta ſuprà,par.2.articulo 6.num.43.in 27.Limitatione.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nulliter à Minore celebratus, iuramento firmatur,dummodò non ſit enormiter læſus.*

2 *Læſio non dicitur enormis,vbi dimidium non excedat.*

3 *Læſio citrà dimidiam, vtriuſque iuris cenſura permittitur,ſed potius toleratur, quam laudetur.*

Primi Effectus Quæſtio Octaua.

OCtauo loco quæro, an contractus a Minore nulliter celebratus,iureiurando firmetur, ita, vt metu periurij veniat obſeruandus?

1 Soluitur † huiuſmodi quæſtio ex vulg. Authen. Sacramenta puberum,C.ſi aduerſ.vendit.qua ſancitum eſt,'vt puberum Sacramenta ſuper contractibus ſponte præſtita,inuiolabiliter obſeruentur;Cuius diſpoſitio de Iure Canonico non imminuta,ſed potius acuta fuit,cum iuriiurando maiorem efficaciam attribuerit,ad Cyn.in d.Authent.Sacramenta.num.4.vide Alciat. in c. cum contingat,num.140.& 141.de iureiuran.

Et licet non deſint detractores,qui eius Authenticę diſpoſitionem ſatis iniquam exiſtimauerint,vtpote, quæ multorum animas,

vt

vt inquiunt, miſerit ad infernum, & iniquiorem propterea in hoc putauerint Iuris Canonici ſanctionem, quæ idem diſpoſuit in mulieribus, ad Cyn. ibid. num. 4. Paul. in princ. & Barbat. in conſi. 53. num. 9. lib. 2. nihilominus, ab huiuſmodi detractione tam eius Authenticæ, quam infraſcriptarum Decretalium, Compilatores facile defendi poſſunt, retenta magis communi, & meo iudicio ęquiori ſententia, vt tam d. Authent. Sacramenta, quam cap. cum contingat, de iureiur. c. licet mulieres, eo. tit. in 6. & cap. quamuis, de pact. in 6. non procedant, ſi iurans præſertim minor, & mulier, ſint enormiter læſi, vt voluerunt Afflict. Deciſ. 322. nume. 9. & ſeqq. Capic. Deciſ. 159. num. 25. Pariſ. conſi. 12. num. 80. & conſil. 20. nu. 105. & ſeq. & conſi. 45. num. 49. & conſi. 96. num. 65. lib. 1. & conſi. 12. nu. 69. lib. 2. & conſi. 75. num. 27. lib. 3. Fel. in cap. in præſentia, num. 8. verſ. & quamuis inter iſtos, de probation. Ripa de communi, lib. 3. reſponſor. conſ. 15. num. 10. Tob. Non. conſi. 57. num. 20. Cagnol. in l. 2. num. 8. & 109. C. de reſcind. uendit. Purpurat. conſi. 21. lib. 1. Marzar. conſi. 20. num. 25. & plur. ſequent. Gabr. de emptio. & vendit. Concl. 1. num. 86. & de iure dot. concl. 1. num. 8. & 9. Corneus, conſi. 258. litera N. col. 3. verſ. vbi autem iurans, lib. 4. Cephal. conſil. 466. num. 45. & conſi. 494. nu. 35. lib. quarto, Decius, conſ. 180. num. 6. & conſil. 551. num. 5. Rolan. conſi. 7. nume. 43. & ſeq. lib. 3. Grammat. deciſ. 101. num. 53. & conſi. ciui. 128. num. 20. & ſequen. Pedem. deciſ. 41. col. 1. & ſeq. Aymo, conſi. 192. num. 2. & 3. Curt. iun. conſi. 53. num. 9. & ſeq. & conſi. 141. nume. 3. 6. & 16. Alexand. conſi. 125. col. 1. lib. 1. Iaſ. conſi. 153. nu. 8. lib. quarto, Caſſador. deciſ. vnica, de empt. & vendit. Abb. conſi. 8. nume. 6. par. 2. Soc. iun. conſi. 53. num. 2. & conſi. 144. num. 8. & pluribus ſeq. lib. 1. Rimin. iun. conſi. 247. num. 58. lib. 3. & conſi. 428. nume. 28. lib. quarto, & conſi. 506. num. 36. & ſeq. lib. 5. Gomeſius deciſ. 96. lib. 1. in manu ſcriptis. Barbat. conſi. 53. num. 8. 11. & 16. lib. 2. Sylua. conſ. 13. nu. 7. & ſequen. Alexand. conſil. 101. prope finem. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 232. Peruſi. deciſ. 18. num. 66. Caldas, in commentar. l. ſi curatorem, ſuper ver. lęſis, num. 1. in fi. C. de in integ. reſtit. minor. Seraph. de priu. iuram. priuil. 83. nu. 183. & ſeq. Crot. conſ. 5. nu. 32. & 33. lib. 1.

Nec facit quod in Deciſ. Pedemont. 41. num. 8. & ſeq. fuerit tentum contrarium: quoniam plura ibi concurrebant; & quod iuramentum erat præſtitum à maiore ex certa ſciētia, & quod expreſsè renunciauerat enormi læſioni, etiam vltra dimidiam iuſti precij, exceptioni doli, & omni legum auxilio, & quod plus refert, non erat probata enormis læſio, vt dicitur num. 11. in verſ. Attamen in caſu. Quibus concurrentibus, deciſio ſatis innititur iuri, & æquitati.

Quod

2 Quod ſi dicatur, retenta cõcluſione, vt † læſio non dicatur enormis, niſi excedat in aliquo iuſti precij dimidiam, vt ſupra firmatum eſt in hoc primo Effectu, quæſt.2. adhuc non tolli iniquitatem, cũ negandum non videatur, quin læſio vſque ad dimidium, non ſit grauis, proinde, non fuiſſe à Iure Ciuili, & multo minus ab æquitate Canonica tolerandam, cum iuxta Regulam, non debeat aliquis
3 cum aliena iactura locupletari; & nihilominus, huiuſmodi † læſio vtriuſque iuris cenſura permittitur, vt deductum eſt ſupra in ſecunda quæſt. huius primi Effectus, in verſ. & ſalua ſemper. Reſponderi poteſt, circunuentionem in precio vſque ad dimidiam eſſe permiſſam, vt habetur in iuribus ibi citatis, & ideo ab vtroque iure toleratam potius, quam laudatam, vt liquet ex ibi allegatis. Et cum de huiuſmodi permiſſione non ſint conqueſti, non eſt cur potius de dictis Authentica, & Decretalibus, quæ vt infertur ex iam dictis, maiorem læſionem quam Ius Commune non admittunt, conquerantur.

SVMMARIVM.

1 *Erroneum iuramentum non adſtringit, & nu.6.*
2 *Nec ligat ignorantem aut dubitantem.*
3 *Erroneum quando dicatur.*
4 *Error quando præſumatur.*
5 *Error quomodo probetur.*
7 *An probetur iuramento aſſerentis erraſſe.*
8 *Iniquum videtur credi iuramento id aſſerentis.*

Primi Effectus Quæſtio Nona.

VIdendum eſt modo, quid iuris, ſi iuramentum per errorem ſit præſtitum, quia iurans ita credebat, & repertum eſt rem aliter ſe habere.

Quæſtionis ſolutio facilis eſt: quia cum errans, iuxta Regulam triuialem non conſentiat, nilque conſenſui magis con-
1 trarium ſit quam error, l.2. in princ. ff. de iudic. ſequitur, quod † iuramentum errore præſtitum, non adſtringat. Aymo, conſil. 144. num.16. Soc. conſi.49. num.7. verſ. non obſtat quod poteſtas, lib.1. Rol. conſi.13. num.28. lib.1. Rimin. iun. conſi.5. nume.146. & ſeq. lib.1. Simoncell. de decret. lib.3. ti.8. nu.176. Menoch. conſi.91. nu. 43. lib.1. & conſ.24. nu.7. ibid.

2 Prout † nec ignorantem ligat, aut dubitantem. Decian. conſ.39. num.22. lib.2.

Erro-

3 Erroneum † autem dicitur, ſi iuratum ſit ſuper teſtamento, & deſuper tranſactum, non viſis eius verbis, contra l. de his, ff. de tranſaction. Aymo, d. conſ. 144. nu. 17.

4 Præſumeretur † etiam erroneum ex inueriſimilitudine, ſi remiſſum ſit ius, cuius ſi ſcientia habita eſſet, prorſus eſt inueriſimile quod remiſſum fuiſſet. Aymo, d. conſ. 144. nu. 17. verſ. ex alio.

5 Et regulariter † error probatur eo ipſo, quod oſtenditur rem aliter ſe habere quam dictum fuerit, Aymo conſ. 157. num. 8. idem conſ. 89. num. 37. & conſ. 131. nu. 28. lib. 1. Rolan. conſ. 100. nu. 24. lib. 3. Cephal. conſ. 540. num. 8. lib. 4. vel ſi falſa ſit cauſa, ob quam motus eſt ad iurandum. Pariſ. conſ. 96. nu. 24. lib. 1.

Cæterum, nulla eſt in Iure Cõcluſio tam approbata, quæ careat aliquo contradictore; ſi quidem, Alex. conſi. 17. num. 3. lib. 3. ad-
6 notauit, † erroneum iuramentum adeo ligare iurantem, vt abſque labe periurij contrauenire non valeat, etiam ſi deceptus ſit vltrà dimidiam iuſti precij; quod minus eſſe verum liquet ex proximè dictis, & ex relatis ſupra in pręcedenti octaua quæſtione, dum oſtenſum eſt ſatis fusè, Authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendition. & c. cum contingat, de iureiur. & ſimilia iura, nõ vendicare ſibi locum, ſi enormis lęſio interuenerit.

Idemque ferè cum Alex. ſenſerunt Pariſ. conſil. 97. nu. 83. lib. 1. & alij relati per Dec. conſi. 350. num. 2. Roland. conſi. 13. num. 23. & ſequen. lib. 1.

Sed idem Decius ibid. num. 5. confutat ea quæ dicta erant, nume. 2. prout facit etiam Roland. ibid. nume. 29. & 30. vbi reijcit ea quæ nume. 13. retulerat; ideo concludas, erroneum iuramentum non adſtringere.

7 Videndum eſt autem an verum ſit, † qđ error errantis iureiurando probetur, vt probare videtur text. in cap. ſi vero, il ſecondo, de ſenten. excommunic. cum alijs de quibus Decian. in conſil. 66. nume. 84. lib. 3.

Pro affirmatiua facit, quoniam error inde cauſatur, quod factũ, & veritas aliter ſe habent, quam iurans crediderit, & cum id quod ita crediderit, cõſiſtat in animo, intrant deducta inf. in Effectu 44. quod iurantis aſſertione probatur. Decian. conſ. 65. num. 84. lib. 3. Burſat. conſi. 311. nu. 75. lib. 3.

8 E contra, iniquum † videtur ſufficere ſolum errantis iuramentum: quoniam facilis eſſe poſſet ad iurandum ſe erraſſe, & in eius arbitrio reſideret iuratum contractum eludere, eſſetque teſtis ad ſui fauorem, quæ omnia repugnant triuialibus iuris Regulis, & pręſertim applaudit ſententia Nattæ, in conſ. 35. num. 3. lib. 1. dicentis, ego ſi aliquando præficerer legibus condendis, omnia hæc iuramenta de litibus, auferrem, idq; facerem Authore Platone, qui in

eius

eius libris de Legibus,tantum adhibet iuſiurandum Iudicibus, vt ad rectè iudicandum eius religione moueantur; à litigatoribus autem remouet,vbi ex iuramento ſpes lucri offertur, ne conſuetudo deierandi, diuinique numinis contemnendi, in Ciuitatibus adhibeatur. Proinde, magis placet ea ſententia, vt aliter de errore docere debeat, niſi cum iuramento concurreret veriſimilitudo, vel alia probabilis coniectura ex facti qualitate,& circunſtantijs adminicularis,& iuuans fidem iurantis,ita, vt iudex ad præſtandam fidẽ moueri poſsit : aliàs cum error in dubio non præſumatur, ad Cagnol. in l.ſi librarius,num.8.de reg.iur.cum centum ſimilibus, ſatis diminuetur de fide iurantis, cum habeat contrariam iuris præſumptionem ; & quod tunc ei non ſit ſtandum,firmat Syluan. authoritate Bart.in conſi.9.num.28.

SVMMARIVM.

1 *An propria authoritate liceat iuramentum in melius commutare, & nume.3.*

2 *Tutior eſt ſententia vt ſuperior conſulatur.*

Primi Effectus Quæſtio Decima.

DEcimo quæritur, an liceat iuramentum iam præſtitum authoritate propria in melius commutare?

1 Et videtur † reſponderi poſſe, quod promiſſa non infringit,qui in melius illa commutat,ad c.3.de iureiur.

E contra adduci poteſt, quod ſi aliquis medio iuramento cum certa muliere infra biennium per verba de præſenti cõtrahere promiſit : deinde magis pio deſiderio ductus, velit Religionem profiteri,dicitur in c.commiſſum,de ſponſalibus, vt prius impleta iuramenti religione mulierem deſponſet,& poſtea ſi velit,ante tamen carnis copulam,migret ad Religionem.

2 Credimus in his † tutiorem eſſe ſententiam, vt ſuperior conſulatur,& eius arbitrio ſe ſubmittat, iuxta cap.1.de voto.Imola,in d. c.3.num.1. & ſeq.vbi latius Felyn.num.1.recenſens aliquos Caſus propria iurantis voluntate in melius commutabiles, quos ibi vide. Abb.in c.quanto,num.8.verſ.& idem dicit,de iureiur.

3 Conſtitui autem poteſt Regula negatiua,quod ex † mero iurantis beneplacito in melius non liceat commutare: quia iuramentũ eſt in forma ſpecifica,& præcisè ſeruandum, vt probat text. in d.c. commiſſum,& aduertit Natta,in conſi.368.nu.5.& conſ.54. nu.3. lib.1.& conſ.326.nu.18.lib.2.Afflict. deciſ.263. nu.2.& 3. Seraph.

de

de priuil.iuram.priuil.74.nu.24.cui alludit glo.ſingularis,in l.ſi pecuniam, ſuper ver. neceſſe, ff.de condict. cauſa data, quod ſcilicet iuſiurandum obliget præcisè ad factum; quod an verum ſit, diſcutietur particulariter inf. in Effectu duodecimo.

SVMMARIVM.

1 *Simulationis præſumptio iureiurando excluditur.*
2 *Contractus ſimulatus iuramento non firmatur.*
3 *Simulatus contractus ſpiritu caret.*
4 *Intellige quando ſimpliciter eſt iuratum in contractu, ſecus ſi iuratum eſt, omnia, & ſingula eſſe vera, & nu.5.*
6 *An in contractu ſimulato neceſſaria ſit abſolutio à iuramento, antequã impugnetur, & nu.7. & 8.*
9 *Pars ſibi præiudicat ſi fieri patiatur contrarias probationes.*
10 *Quid ſi probationes factæ fuerint parte reclamante.*
11 *An ſufficiat ſola proteſtatio, ne probationes admittantur, vel appellatio ſit neceſſaria.*
12 *Vbi adeſſet enormis læſio, tunc euaneſceret vires iuramenti, & nu.13.*

Primi Effectus Quæstio Vndecima.

1 VNdecima eſt quæſtio, quem pariat effectum ſi iuramentum ſuper ſimulato contractu interponatur? Et primo dicendum occurrit, quod † iuramentum excludit præſumptionem ſimulationis. Brun. qui alios citat, in conſil.38.num.12. Seraph. de priu.iuram.in priuil.70.nu.9. qui alios citat,& in priuil.59.in princ.

2 Sed prorſus † eſſe nullum, reſpondit glo.in l.emptiones, C.plus vale.quod agit. Alex.l.nemo poteſt,num.16.de leg.1. Iaſ.in Auth. Sacramenta puberum,num.62. C.ſi aduerſ. vendit. Pariſ.conſi.54. num.43.lib.1.Curt.iun.conſ.53.nume.7.Gram.deciſ.76. num.21. Rimin.iun.conſ.565.num.42.& ſeq.& conſ.599.num.49. lib.5.& conſ.467.nu.60.& 61.lib.4.Simoncel.de decret.lib.3.tit.8.nu.171. Alciat.in c.cum contingat,nu.175.de iureiur.

3 Concluſionis ratio eſt, quoniam † contractus ſimulatus ſpiritu caret,& conſenſu. Pariſ.d.conſ.53.num.7. Iaſ.d. Auth. Sacramenta, num.63. Rimin.iun.d.conſ.565.nu.43. Gomeſ. in §. ſi quis in fraudem,nu.2. verſ.ſed ille contractus, Inſtit. de action. Pariſ.conſ.55. num.21.lib.1.

4 Quod intellige, quando † ſuper contractu ſimpliciter eſt iuratum, quia iuramento non obſtante excipi valet de ſimulatione, vt decla-

declarat. Alex.in d.l.nemo poteſt,nu.16.de leg.1.Rimin.ſen.conſil.372.nu.15.lib.2.Pariſ.conſ.55.nu.44.lib.1.

5 Vbi verò † iuratum eſſet,omnia & ſingula in Inſtrumento contenta eſſe vera,& contra ea non dicere,vel venire,quauis de cauſa, non poſſet excipi de ſimulatione contractus, vt poſt Anton. Imo. & Abb.ab eo relatos,firmat Socin.conſil.82.num.2.lib.3.aſſerens ita ſe habere communem opinionem.ſequuntur Afflict.deciſ.60. num.1.& alij de quibus in margine. Burſat.conſi.149.nu.18.lib.2. Gomeſ.d.§.ſi quis in fraudem,nume.3.verſ.tamen in hoc caſu.Inſtit.de action. Cepol.de ſimul.contract.in 7.præſum. nu.45.Ruin. conſi.132.num.2.& conſi.32.num.5.lib.4.Rolan.de communi,in conſ.46.num.16.& conſ.47.num.31.lib.4.& conſi.93.nu.22.lib.1. Ancharan.quæſt.47.num.2.par.1.Curt.iun.conſ.108.num.13.Socin.de communi,conſ.137.num.11.lib.1.Iaſ.l.nemo poteſt,nu.44. vbi Crot.num.61.de leg.1.Alex.conſ.36. num.3.lib.2. Simoncell. de decret.lib.3.tit.8.num.171.verſ.declaratur,de magis communi. Pedem.deciſ.42.nu.6.Gram.deciſ.45.nu.1.Seraph.priuil.59.nu.1. Rimin.iun.conſ.62.nu.1.2.3.& ſeq.lib.1.

Non tamen deſunt contradictores, de quibus Seraphin. d. priuileg.59.

6 Diſcrepant autem Doctores, † an in caſu quo ſimulatio poteſt allegari,neceſſaria ſit abſolutio à iuramento ante contrauentionẽ? & viſum eſt Ang.quem refert Grammat.deciſ.76.nu.21. eam non fore neceſſariam; idemque voluit Pariſ. conſi.54.nu.45. lib.1.ſubdens,num.46. contrauenientem non eſſe periurum.Seraph.d.priuil.59.num. 10.& 13.

7 E contra,Federicus † relatus à Socino,in conſi. 137.nu.11.lib. 1. aſſerit eſſe petendam,& etiam Iaſ.in d.l.nemo poteſt, nume.44.de leg.1.quod viſum eſt etiam Angelo,in l.emptione,C.plus vale.qđ agit.qui licet dixerit,vt refert Gram. vbi ſup.non eſſe neceſſariam, ſubdit,cautius eſſe,vt ea petatur.

Neque deſinit opinionum diuerſitas in hoc tantum,ſed vlterius progreditur: ſi quidem, ſtante ea Clauſula, qua iuratum eſt, omnia in inſtrumento contenta eſſe vera,ob quam, vt diximus,exceptio ſimulationis excluditur, viſum eſt nonnullis, quod tali caſu nec peti poſsit abſolutio.Grammat.& alij ab eo citati,deciſ.45.nume.2.Itumque eſt ab alijs in aliam ſententiam, quod poſt petitam abſolutionem,eius Clauſulæ virtus euaneſcat.Pedemont.deciſ.42. num.5.verſ.primo locum; totumq; oppoſitum in hoc voluit Alexan.in conſi.36.num.3.lib.2. aſſeuerans, eum qui medio iuramento aſſeruit omnia in Inſtrumento contenta eſſe vera, promiſitque non contrauenire quauis occaſione,etiam ſi contractus ſit ſimulatus,obtentaque abſolutio,adhuc audiri non debere,ex iuribus ab

eo

eo citatis. Ita faciles ſunt homines ad diſſentiendum, l.itē ſi vnus,
8 §.principaliter,ff.de recept.arbitr. tutius eſt † autem fauore animę vt abſolutio petatur, vt placuit Ang.& alijs ſupra relatis.

Ceſſaret autem omnis difficultas vbi ſimulatio iam detecta fo-
9 ret, vtpote, quia † pars ſibi præiudicaſſet patiendo fieri contrarias probationes, Iaſ.in l.nemo poteſt, nu.47.de leg.1. vbi Alex.nu.17. in fi.Soc.conſi.27.nu.26.lib.3.

10 Quod † ſi fortè probationes huiuſmodi parte reclamante factæ fuiſſent, tunc eas non releuare notauit Grammat. in d. deciſ.45. nume.3. vbi citat concordantes, & Rimin. iun. dicto conſil. 62. nume.5. lib.1.

11 Quæro autem hic opportunè, an † ſufficiat ſola proteſtatio ne probationes admittātur, vt arguitur ex proximè dictis; vel potius, ſi iudex ſpreta proteſtationem aduerſarium ad probandum admittat, neceſſaria ſit appellatio? Et licet variæ ſint opiniones, in hanc ſententiam frequentius eſt itum, quod neceſſe ſit appellare, ad cumulata per Menoch. de recuper. poſſeſs. remed.1. nume. 166. & plur. ſequent.

Quam ſententiam pluries amplexa eſt Rota, vt videre eſt ex deciſ.Ioannis Pauli 154.incip.in eadem, 25.Ianuarij, & Peregr.deciſ. 114. Fuit reſolutum, lib.1.& Putei, deciſ.102. Fuit reſolutum, in fi. lib.2.in manuſcriptis, ideo non eſt opus alios inducere.

12 Eſt tamen aduertendum, quod † ſi eſſemus in caſu, quo adeſſet dolus, re ipſa ob læſionis enormitatem præſumptus, tunc iuriſiurandi vires ceſſarent, non obſtantibus his, alijſque prægnantibus clauſulis, ex Pariſ. conſil.89.nume.68. & 70. lib.primo. Peruſi.deciſ.18.nume.66.

13 Quibus alludunt † deducta ſupra, in 8.quæſt.in princ. vbi innumeri Doctores adducti ſunt, cōcludentes, quòd vbi adſit enormis læſio, iuſiurandum non operari.

SVMMARIVM.

1 *Metus dicitur qui cadit in conſtantem virum.*
2 *Geſta per metum, ipſo iure ſunt nulla. Contra, nu.5.& 6.*
3 *Conſenſus abeſt, vbi metus adeſt.*
4 *Matrimonium vi contractum an teneat, & nu.14.*
7 *Voluntas coacta, voluntas eſt, ſed impropria.*
8 *Quid in geſtis per metum, ſi interpoſitum ſit iuramentum, & num.11. 12.& 13.*
9 *Iuramentum per vim extortum, eſt contra bonos mores.*
10 *Conſenſus defectum non ſupplet iuramentum.*

Primi Effectus Quæſtio Duodecima.

DVodecimo quæritur, quid iuris, ſi quis iuſto metu coactus fuerit ad iurandum?

Et pro faciliori diſſolutione quæſtionem diuido in duas difficultates; & primum quæro, an circumſcripto iuramento, geſta per metum ipſo iure teneant, vel egeant reſciſsione; deinde videndum, quid iuris, vbi iuſiurandum interuenerit; Et materia non caret maxima difficultate, ſi quidem, plura hinc inde ſatis vrgentia deducuntur.

Et præſupponimus in hac diſcuſsione, dum de geſtis per me-
1 tum agitur † talem intelligi metum, qui cadere poſsit in conſtantem virum, l.5.& 6. de eo quod met.cauſa, c.ſi verò, de iureiur.

2 Geſta † per metum eſſe ipſo iure nulla, probat text. in l.1. in fi.ff. de author.tutor. vbi dicitur ad literam: Si tutor inuitus per vim retentus ſit, non valere quod agitur. Conſonat l.ſi mulier, §.ſi dos, ff.de eo quod met.cauſa, vbi habetur: Si dos metu promiſſa ſit, nõ naſci obligationem. Applaudit l.qui teſtamento, in final. verb. de teſtam. vbi cauetur: Si teſtes inuiti retenti ſint, teſtamentum non valere; alluditque l.1.C.de reſcind. vendit. qua ſancitur, venditionem per vim factam, ratam non haberi; vrgetque l.2. in princ.ff.de iudic. vbi quoad nullitatem actus parificantur geſta per errorem, & per metum; & de geſtis per errorem, quod ſint ipſo iure nulla, probat ille idem tex. & deduximus ſup.quæſt.9.

Et meo iudicio ineuitabilis eſt text. in l.qui in carcerem, de eo quod met.cauſa, vbi promiſsio carcerati ad fauorem iniuſtè detrudentis in carcerem, vt ibi formaliter dicitur, nullius eſt momenti.

3 Fulciturque huiuſmodi ſententia inconuincibili ratione, † quoniam deeſt conſenſus, vbi adeſt metus, cum nil conſenſui magis repugnet, quamuis, & metus, l.nihil conſenſui, de reg.iur. Hinc dicitur in c.cum locum, de ſponſalib. quod non habet locum conſenſus, vbi metus, & coactio interuenit. Proinde, ceſſante conſenſu, contractus valere nequit, qui conſenſu perficitur, §.1. Inſtit. de obl. ex conſenſu. Seraph. de priu. iuram. in priu. 110. nu.5.

Vrgetq; tex. in cap.2. de eo qui dux. in matr. quàm polluit per adulter. in quo, ſi prima violenter fuerit deſponſata, ita quod vir in
4 eam ſponte non conſenſerit, ſi poſtea † matrimonium cum alia cõtrahat, tenet: Proinde ſi primum matrimonium metu celebratũ tenuiſſet, non valeret ſecundum ſaltem antequam nullitas primi declarata eſſet; vt ponderat Abb. inquiens huic textui reſponderi non poſſe, in c.2. num.8. verſ.& adduco tex. de his quæ vi metusve cau. fiunt. vide dicta inferius in fine præſentis quæſtionis.

5 Econtra,† quod geſta per metum de iuris rigore teneant, ſed poſtea reſcindi poſsint probato metu, probat l. non intereſt, C. de his quæ vi metusve cau. fi. vbi per vim compulſus, vt vendat, impetrare poteſt, vt in priſtinum reſtituatur, qua reſtitutione non egeret, ſi venditio nulla fuiſſet, vt inf. deducetur.

Conſonans eſt tex. in c. 2. de his quæ vi metusve cau. fiunt, quo cauetur, ea, quæ per vim facta ſunt, debere in irritum reuocari, igitur ante irritationem tenent.

Conformis eſt tex. in c. ſi verò, eod. tit. vbi ſi quis grauiſsimo metu impulſus iurauerit, meretur abſolui, quæ abſolutio ligamen præſupponit.

Nec diſcordat ab his, l. metum, 9. §. ſed quod Prętor, de eo quod met. cauſa, vbi decernitur metu coactum ad promittendum poſſe in integrum reſtitutionem poſtulare: Nam reſtitutio in integrũ, præſupponit contractus validitatem, cap. conſtitutus, de in integrum reſtitut.

Idemque diſpoſitum eſt in l. ſi mulier, §. ſi metu, eod. titu. de eo quod met. cauſa.

Vide deducta per Viuium in ſuis cõmunibus opinionibus, 165. & per Seraph. de priu. iuram. priuil. 110. in princ.

Abb. in c. 2. nu. 8. & ſeq. extra eo. tit. poſt alios ab eo relatos excipit plures caſus in quibus ait eſſe ſpeciale, vt propter metum ipſo iure geſta non valeant, quales ſunt Matrimonium, Dos, Alienatio rei eccleſiaſticæ, Votum, & alij, de quibus ibi. Cõnſtituens ibid. regulam affirmatiuam, vt ea quæ metu facta ſunt regulariter teneãt, quem refert, & ſequitur Anchar. conſ. 382. num. 1. & 2. Quod non aliàs ſatisfacit, cum ſatis non ſit dicere, ſpeciale in illis caſibus eſſe, niſi aſsignetur ratio ſpecialitatis. Decius in l. ſingularia, in princ. ff. ſi cert. petat.

Præſertim, quod ratio ſupra deducta pro parte negatiua, quod vbi metus adeſt, conſenſus deficit, non minus in his, quam in alijs caſibus militat, & cõcurrit, & caſus quos nectit paritas rationis, nõ ſunt iuris diſpoſitione ſeparandi, l. illud, ad legem Aquil. l. à Titio, de verb. obligation.

6 Et mihi † in puncto iuris magis arridet opinio affirmatiua, vt ipſo iure irrita ſint, quæ mediante metu ſunt geſta, per clariſs. tex. ſupra in princ. relatos, & quia ratio deficientis conſenſus, ita tenere perſuadet, ne aliàs ſequatur abſurdum, quod valeat contractus ſine conſenſu.

7 Nec facit obiectio, quod † etiam voluntas coacta, voluntas eſt, l. ſi mulier, §. ſi metu, ff. de eo quod met. cau. ad cap. merito, 15. q. 1. Quoniam eſt impropria voluntas, & ſecundum quid: id enim propriè quis velle dicitur, quod à libero mentis arbitrio proficiſcitur,

cap. 1. verſ. eſt autem voluntas, 15.q.1. Hinc in fortioribus terminis ſi quis ceſſante metu, de quo agitur, ob ſimplicem Patris reuerentiam aliquid agat, id velle nō dicitur, vt ad literam habetur in l. velle, ff. de reg. iur. vbi uideantur Dec. & Cagnol. nonnulla adducentes in corroborationem.

Hinc Imperator loquens de pactis, & transactionibus, intelligit de his, quæ à libero arbitrio, & voluntate profecta ſunt, nulloque cogente imperio emanarunt, l. ſi quis maior, C. de tranſaction. & vbi metu facta ſunt, ea rata non haberi, l. interpoſitas, C. eo. tit.

Sed vt iura iuribus concordentur, etiam verba impropriando, dicendum videtur, geſta per metum non tenere, conſiderato effectu, quia probato metu, reuocantur, toto ti. de eo quod met. cauſa. Quam conciliationem ſentit Abb. in cap. cum contingat, nu. 3. verſ. & multi tenuerunt, ibidemque Alciat. num. 171. de iureiur. licet huiuſmodi ſolutio aliquātulum violenta uideatur, cum habeamus Leges claras, dicentes actum non valere, & ex eo neque naſci obligationem.

8 Venio nunc ad ſecundam difficultatem, quid † iuris ſuper his, quæ metu geſta ſunt, ſi interpoſitum ſit iuſiurandum.

Quæ tolli videtur ex c. non eſt obligatorium, de reg. iur. in ſexto, vbi clarè dicitur, non eſſe obligatorium contra bonos mores præſtitum iuramentum & idem probat c. in malis, ibid. vbi dicitur: In malis promiſsis fidem non expedit obſeruari.

9 Quod metu † præſtitum iuramentum ſit contra bonos mores, deciditur ad literam, in l. nihil commune, ff. eo. tit.

Quibus conſonat text. in cap. ad audientiam, de his quæ vi metusve cau. fiunt. Vrgetque c. cum contingat, de iureiur. c. licet mulieres, eod. tit. in 6. & cap. quamuis, de pactis, ibid. in quibus omnibus ponderatur, ſi iuramentum ſine vi, & ſponte præſtitum fuerit, & tunc ſancitur eſſe cuſtodiendum, igitur à contrario ſenſu, ſi coactum fuerit, non erit obſeruandum.

Probatque text. ineuitabilis, cui nulla reſponſio dari poteſt, in Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. vbi formaliter ita diſponitur: Sacramenta ſponte facta inuiolabiliter cuſtodiantur, per vim autem, vel metum extorta, nullius momenti eſſe iubemus. Crot. conſ. 37. num. 4. & ſeq. lib. 1.

Conſonatque ſupra deducta ratio ceſſantis conſenſus, vbi metus adſit, licet enim iuſiurandum permultos pariat effectus, vt inf. 10 deducemus, attamen, † conſenſum ſupplere nequit, eiuſque defectum non ſanat. Couarr. lib. 2. var. reſolut. c. 14. num. 1. verſ. quinto idem eſſe. Tiraq. in prefat. l. ſi vnquam, nu. 148. C. de reuoc. donat. Menoch. conſ. 27. nu. 50. lib. 1.

11 Cæterum nō deſunt quàm plura † iura contrariam ſententiam perſua-

perſuadentia, vt medio iuramento promiſſa per metum valeant, ad cap.2.& 3.de his quæ vi metusve cau.fiunt, cap.ſi vero, & c.verũ, de iureiur. Probatq; tex.ineuitabilis in cap.inter cętera, 22.q.4. vbi dicitur, matrimonium metu necis medio iuramento contrahi promiſſum, firmum, & ſtabile eſſe debere.

12 In huiuſmodi † quęſtione communis eſt Legiſtarum ſententia, vt iuramentum metu præſtitum non liget. Canoniſtæ verò in contrariam opinionem frequentius iuerunt, teſte Imola, in d.cap.cum contingat, nume.3.de iureiur. Couarru. in epito. de ſponſal.par.2. c.3.num.2. Afflict.deciſ.322.num.8. Rota, deciſ.5.nu.2.de renunciat.in no. Nauar.in c.acceptam, oppoſit.5.nu.12.de reſtit.ſpol. Cæſar de Graſſ.deciſ.19.nu.29.& ſeq.

Summus Pontifex in c.venerabilem, col.fin.ver.vtrum verò, de electiõn.diſtinguit in hæc verba. Vtrum verò dictum iuramẽtum ſit licitum vel illicitum, & ideo ſeruandum, aut non ſeruandum extiterit, nemo ignorat ad noſtrum pertinere iudicium.

Liquet ex hoc textu, ſi iuſiurandum ſit illicitum, non eſſe ſeruandum, liciti autem, vel illiciti cognitionem eſſe neceſſariam.

13 Hincq; † notauit Innoc.in d.cap.3.nu.1. de his, quæ vi metusve cau.fiunt, quod aut iuramentum præſtatur ſuper re mala, & turpi, & abſolutè non ligat, aut ſuper re non turpi, ſed turpi modo, vtpote dolo, aut vi adhibitis, & tunc ligat, donec eis probatis irritetur. Sequitur Hoſtienſ. in verſic. tu diſtinguas. Ioan.Andr.in verſ. ſed Innoc. Anchar. in cap.2.nume.3. ibid. vide no.ſup.quæſtio.6. in fi. par.1.

Quæ diſtinctio licet ipſi non dicant, probatur ex d.c.inter cætera, 22.quæſt.4. vbi Hubaldus captus, & timore necis impulſus, medio iuramento, ſuæ concubinæ promiſit, eamſuſcipere in coniugem, & matrem, & fratres ipſius iurantis expellere è domo, alimenta que denegare: & quia, inquit Diuus Auguſtinus, quam prius habuit in concubinam, non eſt peccatum ducere in coniugem: matrimonium ſit in Deo firmum, & notabile, ſed quoad matris, & fratrum expulſionem aliter eſt ſancitum; quia dicitur iuramentũ non eſſe inſtitutum, vt ſit vinculum iniquitatis, & ideo Hubaldus matrem, & fratres benignè foueat, lugeatque ſi iuramenti occaſione in aliquo defecerit; & ſubiungitur, ex his probari, illicita iuramenta non fore ſeruanda.

Sed non exigua ex hoc textu difficultas excitatur, quia dicitur Matrimonium metu necis cum iuramento contractum, fore firmum, & totum oppoſitum probatur ex cap.2. de eo qui dux. in

14 matr. quam pollu. per adult. in quo habetur, † ſecundum matrimonium ſponte contractum, poſt primum coactè initum, eſſe validum; ſi enim primum metu celebratum eſſet firmum, iuxta di-

ctum cap.inter cætera, ſecundum poſtea contractum, valere non debuiſſet. Pro huius contrarij diſſolutione, vide Abbat.in d.c.2. num.8. de his quæ vi, metusve cauſa fiunt, & Couarr. in Epito.de ſponſalib. par.2. c.3. num.2.

SVMMARIVM.

1 *Quod de minore dicitur, etiam in muliere procedit.*
2 *Minor iurans, perdit beneficium minoritatis, ſed non facit, vt tãquam maior nequeat impugnare contractum.*
3 *Quid ſi promiſit non contrauenire ratione ætatis, & alia quauis de cauſa, & renunciauit omni iuris, & legum auxilio, & num. 10. 11. & 12.*
4 *Partes queunt renunciare omni læſioni, & cuicumque beneficio eis competenti.*
5 *Quid vbi adſit enormis læſio, & nu.6. & 8.*
7 *Quid ſi renunciatio ſit reiterata, & nu.9.*
13 *Verum an ſit, illas Clauſulas renunciationum non operari, velut appoſitas ex ſtylo Notariorum.*
14 *Quid de Clauſula, & ſi quid plus valet, donat, ad quamcumque ſummam aſcendat.*
15 *Et refert an donet ex certa ſcientia.*
16 *Quid ſi maior expreſsè renunciet beneficio l.2.C.de reſcind. vendit.*
17 *An ſi minor ſit qui renunciat, neceſſaria ſit certioratio, quæ ſint huiuſmodi beneficia, & nu.21.*
18 *An quæ de minore dicuntur, procedant in impubere doli capace, nume.19. & 20.*
22 *Non eſt neceſſe iurantem ſcire in ſpecie omne ius dependens ab illo facto, ſed ſatis eſt iurare ſuper ipſo facto.*

Primi Effectus Quæſtio Decimatertia.

QVæritur decimotertio loco, quid ſi minor iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, & quid ſi non contrauenire ſpopõderit ratione minoritatis, & alia quauis de cauſa, & renunciauerit omni Iuris, & Legũ auxilio?

1 Præmittimus † quod de Minore dicitur, & in muliere procedere. Barbat.in conſ.53.num.9.lib.2.Iaſ.conſ.118.col.3.verſ.ſecundo principaliter,lib.1.

Et multo magis in maioribus, in quibus ceſſat fauor minoris ętatis, & ſexus fragilitas, vt ex infra deducendis apparebit.

Primo caſu cum ad minorem tantum ætatem ſe reſtrinxit, tunc quia

2 quia † iuſiurandum repręſentat eum maiorem, beneficium minoris ætatis amittit,at non excluditur, quin vti maior, ad reſcindendum contractum audiri poſsit.Fulgoſ.conſ.237.in princip.verſ.ſuper eo quod quæritur.Simoncell.de decret. lib. 3. tit. 8. qui plures inducit,num.207.Capra,de Communi,in Reg.87.nume.138.Cagnol.l.2.num.103.C.de reſcind.vendit.Socin. iun.conſ.48. nu.19. lib. 1. vel dicere de nullitate contractus. Ruin. conſ. 135. numero 11. libro 1.

3 In ſecundo autem capite, quando † iurauit non contrauenire ratione minoritatis,aut alia quauis ex cauſa,& præſertim,ſi,vt communiter in Inſtrumentis fieri conſueuit,renunciauit omni Iuris,& Legum auxilio, ſibi præiudicat, vt nequeat audiri. Pariſ. conſ.96. nume.63.& ſeq. lib. 1. Quod paſsim ab omnibus approbari dixit Igneus,in Authen.Sacramenta,num.32.C.ſi aduerſ. venditio. relatus à Rimin.iuniore,in conſ.5.num.8.lib.1.Alex.conſ.27.per totũ, lib. 1.Aymo,conſ.114.num.9.Gabr.de empt.& vendit. Concluſ.1. num.84.Soc.iun.conſ.79.num. 19.lib.2.Caldas in comment.l.ſi curatorem habens,ſuper ver.læſis,num.1.verſ.& general. læſio,col.9. C.de in integ.reſtit.minor.Cagnol.l.2.num.110.C.de reſcind. vendit.Pariſ.conſ.96.num.62.& ſeq.lib.1.& num.66.vbi de magis Cõmuni.Rol.conſ.28.num.25.lib.4.Ruin.conſ.16.num.5.lib.4.Ripa conſ.15.num.4.lib.3.reſponſor.Pinell.l.2.par.3.c.1.num.9. C.de reſcind.vendit.Roland.conſ.59. nume. 22. & 24. lib.1.Boer. conſil. 30.num.11.

4 Cui ſententiæ alludit, quia † partes renunciare queunt læſioni, & cuicumque beneficio ejs competenti, hæcque renunciatio præſertim iurata,præiudicat.Afflict.Deciſ.220.num.1. Iaſ.in l.1.num. 98.verſ.per iſta remanet.C.de iure emphyt. Pedemont.Deciſ.112. nu.21.Rota in lib.diuerſ.Deciſ.26.incip. die 24. in vna Bonon. in manuſcriptis.Rol.conſ.99.nu.45.lib.4.Curt.iunior. conſ. 18.num. 4. verſic.confirmantur pręmiſſa . Socin.iun. conſ.136. nume.27.& ſeq.lib.1.Burſat.conſ.114.num.14.& conſ.115.num. 17. lib.1. Cephal.conſ.94.num. 8.lib.1. cum congeſtis à Tiraq. in repet.l.ſi vnquam,in pręfat.num.116.& ſeq.C.de reuoc.donat.Pedem.Deciſ. 41.num.9.vbi de communi.Boer.Deciſ.62.nu.11.& 12.

5 Limitatur autem huiuſmodi Concluſio, vt † non procedat, ſi enormis læſio interueniat,ad Gabriel.dicta Concluſ.1.num. 86.de emptio.& vendit.Dec.qui loquitur in fortioribus terminis, in cõſ. 180.num.quarto,Grammat.conſ.ciuil.128.num.11. Pariſ.conſ.12. num.87.lib.1.& conſ.75.nũm.32.lib.3.Rimin.iun.conſ.5. numero 118.lib.1.& conſ.203.num.115.& 116.lib. 2. Simoncell. de decret. lib.3.tit.8.num. 216. Decius conſ.180.in fine.Cagnol.l.ſi quis maior,C.de tranſaction.Bero.conſ.49.num. 12. & ſeq.lib.1. quamuis

contrarium velit Alex. in conſ.27.num.1. in fi.lib. 1. vide congeſta ſuprà, in 8. quæſtione.

6 Reuocatur autem in dubium, quid † iuris ſit, ſi enormi læſioni ſpecialiter medio iuramento, & cum prægnantibus Clauſulis renunciatum fuerit? & Curt.iun.& in conſ.53.num.9. atteſtatur Cõmuniorem eſſe ſententiam, quod adhuc contrauenire liceat, quod placuit multis, qui citantur ſuprà in 8. quæſtione, & quamplures idem ſentientes cumulat Simoncell.in d.tit.8.num.252. & Rimin. iunior d.conſ.203. num.116.lib.2.cum alijs de quibus Seraphin. de priuil.iuram.priuil.83.num.103.& ſeq.

7 Ampliatque Socin.id procedere, etiam ſi renunciatio reiterata fuerit, in conſ.85.nu.6.lib.1. cum alijs de quibus Marzarius in conſ. 20.num.26.Ripà lib.3.reſponſor.c.15.num.13.verſ. non obſtat ſecunda ratio, & comprobat Rimin.iun.in conſ.428.nume.30.lib.4. & magis communiter admiſſum teſtatur Caldas, in Commentar. l.ſi curatorem habens, ſuper ver.læſis, nu.1. verſ.ſed in hac contraria, C.de in integr.reſtitut.minor. Boerius conſ.28.nu.4.

8 Quibus alludunt Doct.qui † voluerunt enormiſsimę læſioni renunciare non poſſe, quod communiter receptum dixit Gabr. in Concluſ.3.de arbitr.num.44. Simoncell.d.tit.8.nu.233. Seraphin. de priuil.iuram.in priuil.136.num.15.

9 Oppoſitum vbi † renunciatio fuerit geminata, voluerunt Abb. conſ.71.num.8.verſ.condeſcendo, par.1. Afflict.deciſ.220.num.7. Dec.conſ.181.num.5.verſ.ſecundo eſt. Pariſ.conſ.96.num.76. lib.1. Alexand.conſ.133.nu.9.cum alijs citatis per Caldas, in Comment. l.ſi curatorem habens, ſuper ver.læſis, nume. 1.col.9. verſ. id tamen reſtringens eſt. Ripa in d.c.15.num.3.in 3.lib.reſponſ. Aymo conſ. 151.num.31.

10 Et ceſſante etiam reiteratione, quod † ſola renunciatio cum iuramento iunctis Clauſulis, quibus promittitur, omnia attendere, & obſeruare, & in nullo contrauenire, & renunciatur omnibus Iuris, & Legum auxilijs, faciat plenum præiudicium, vltrà citatos ſuprà, in verſic.cui ſententiæ alludit, vide Ruin.conſ.16.numero 3.& 4.lib.quarto, Caſſador. Deciſ. vnica, in princip. de emptio. & vendit.dicentem hanc eſſe communem ſententiam Legiſtarum, & Canoniſtarum. Gabr.de emptio.& vendit.Concluſ.1.num.80.Socin.conſ.48.in fi.lib.quarto, Cagnol.l.2.nu.91. C.de reſcind. vend. Caldas, ſuper d.verſ.lęſis.ſup.cit.col.9.verſ.& generaliter lęſio, Boe. conſ.29.in fi. vbi inquit hanc eſſe communem, & ab ea in iudicando non recedendum. Capr.Reg.87.num.142. Decian.conſ.39.nu. 67.& plur.ſequen.lib.2. Viuius int.communes, ſuper verſic.mulier omni iuri.

11 Verumtamen † contrariam ſentẽtiam vti æquiorem, licet contra

tra magis Communem amplexa eſt Rota, vt per Caſſador. d. deciſ. vnica, de emptio. & vendit. & plures ſequuti ſunt proximè ſupra relati, in verſ. Reuocatur autem; & multos ita tenuiſſe non negat Aymo, conſ. 114. num. 10. & habetur in 2. parte, diuerſorum deciſ. 102. num. 1.

Præcedens autem ſententia, quæ receptior eſt in puncto iuris,
12 videtur etiam verior † ob vires illarum renunciationum iureiurando vallatarum, quæ iurantes ab omni impugnationis remedio repellunt.

13 Nec releuat dicere, quod † ex ſtylo Notariorum potius, quam de partium voluntate fuerint appoſitæ. ad Decian. in conſ. 7. num. 122. lib. 1. & in conſ. 32. num. 24. lib. quarto, cum ſimilibus; Quoniam huiuſmodi obiectio fundamento caret, & ſi ea attenderetur, aperta eſſet via quoſcunque cõtractus impugnandi, in quibus paſſim prædictæ Clauſulæ apponuntur: cum enim Notarius in actu ſtipulationis omnia in inſtrumento contenta legat, & vulgari ſermone partibus exponat, & ipſæ acceptent, & deſuper iuramentum præſtent, inficiari nequit, eas de partium conſenſu fore appoſitas, vt defendit Natta in conſ. 14. num. 16. & ſeq. lib. 1. de communi teſtatur Grat. qui plures inducit in conſ. 112. num. 25. & 27. lib. 2. & benè deducit Menoch. in conſ. 37. num. 130. & ſeq. & num. 172. & ſeq. qui ſimiliter atteſtatur de Communi, lib. 1. cum alijs, quos more ſuo congerit Tiraq. de iure conſtit. poſſeſ. par. 3. Limit. 31. num. 13. Ripa l. Centurio, num. 80. & ſeq. ſed reprobat num. 83. de vulg. & pupill. Rol. conſ. 61. num. 64. lib. 2.

Quod ſi in terminis l. 2. C. de reſcind. vendit. admittitur à Do-
14 ctoribus, vbi † dictum fuerit in inſtrumento venditionis, & ſi quid plus valet, donat, ad quamcunque ſummam aſcendat, vt per huiuſmodi Clauſulam renunciatum cẽſeatur beneficio illius Legis, prętextuque læſionis renuncians amplius audiri non poſsit, ad Bart. in l. ſi quis cum aliter, nume. 7. de verb. obligat. Soc. in Reg. 436. in 1. fallent. Ripa lib. 3. reſponſor. conſ. 3. nume. 4. de communi. Boer. deciſ. 142. num. 10. Gabr. de empt. & vendit. Concluſ. 1. nume. 53. cur idem & multo magis non ſit dicendum, vbi tot Clauſulæ cõcurrant, & maioris põderis, ad l. illud, cum ſimil. ff. ad legem Aquil.

15 Quod præſertim caret difficultate, quando † renunciatur, aut donatur ex certa ſcientia. Alex. conſ. 125. num. 7. verſ. & idem Bald. lib. 1. Gabr. d. Concluſ. 1. nume. 78. de empt. & vendit. eſtque communis ſententia Legiſtarum, & Canoniſtarum, vt inquit Caſſador. ſupra relatus in Deciſ. 1. in princ. eod. tit.

16 Et in † maiore qui expreſsè renũciet beneficio l. 2. C. de reſcind. vendit. quod etiam ſtante enormi læſione, ſibi præiudicet. Gabr. in dicta Concluſ. 1. numero 89. dixit nullam habere difficultatem,

quod

quod permulti ſæpius aſſeruerunt, de quibus infrà, in Effectu 33.

Nobis autem videtur habere maximam difficultatẽ, ex his, quæ dicta ſunt ſuprà in princip. 8. quæſtion. vbi concluſimus, ceſſare vires iuramenti, nec habere locum Decretales ibi citatas, nec Auth. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. vbi contrahens remanet enormiter læſus.

17 Dubitatur autem, an † quando minor ſupradictis beneficijs renunciat, aliqua certioratio requiratur, ita vt ſi de illorum efficacia certior factus non ſit, renunciatio nil operetur, vel ſola ſufficiat renunciatio cum iuramento? & vide paulo infrà, in verſic. opportunè autem.

18 At non mediocris eſt difficultas, † an quæ de minore iurante, & renunciante diximus, habeant etiam locum in impubere doli capace, & gloſ. in d. Authent. Sacramenta, ſuper verſ. puberum, negatiuam partem amplexa eſt, quia cum text. ille loquatur de puberibus, non eſt ad impuberes extendendus; Cuius ſententiam approbarunt Pet. Cyn. Butrig. Odofred. Bald. Salycet. Ang. & alij, relati per Afflict. in deciſ. 322. num. 2. & vltrà citatos ab eo Fulgoſ. in cõſ. 237. col. 2. verſ. quibus ex omnibus. Imola, in c. cum contingat, nu. 47. & 48. de iureiur. inquiens iſtam veriorem, ſed contrariã æquiorem ſententiam. & Alciat. ibid. num. 141. verſ. contrariam partem, atteſtans hanc eſſe communem opinionem, ſequutique ſunt Curt. iun. Alberic. Aluarot. Pariſ. & alij, de quibus Gabr. de minori. Cõcluſ. 5. num. 39. vbi affirmat hanc eſſe magis communem apud Legiſtas, quod & teſtatus eſt Alex. in l. qui iuraſſe, num. 2. in fine, ff. de iureiur. & verior, & æquior appellatur à Couarru. in epito. de ſponſal. par. 1. c. 5. nu. 4.

19 Fuerunt permulti † in contraria ſententia, quod illius Authenticæ diſpoſitio afficiat etiam pupillos doli capaces, vt placuit Bart. Paul. Salycet. Hoſtienſ. Io. Andr. Archidiac. Imolę, Roman. Alex. & alijs, quos recenſet Afflict. in d. deciſ. 322. num. 4. & 5. vbi aſſerit pro hac parte in Regio Conſilio fuiſſe iudicatum. Idemque ſenſerunt Iſernia, Corneus, & Decius, citati per Alciat. in d. c. cum contingat, num. 141. uerſ. & pro hoc videtur, voluit etiam Berous, quęſtio. 27. num. 3. & 7. Hancque communem appellat Dilect. de arte teſtandi, Cautela 5. nu. 2. de his, qui non hab. fact. teſta. & ſequuntur etiam Abb. Calderin. Natta, & alij, relati per Gabr. d. Concluſ. 5. num. 39. verſ. contrarium in impubere, cum congeſtis per Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 139. vbi huiuſmodi ſententiam enũciat eſſe magis Communem, quam Anton. Gomeſ. per Simoncell. vbi ſuprà relatus, falſam eſſe cõtendit. & Simoncell. ibid. pro uera defendit, & quam Abb. conſ. 39. num. 1. in 1. parte dicit communiter approbatam à Legiſtis, & Canoniſtis.

Et

Et cum hincinde grauiſsimæ deducantur authoritates, ac non parui pendendæ rationes, non facilè diſcerni poteſt quæ verior, & magis ſequenda videatur opinio; & pręſertim, cum vtraque magis communis à celeberrimis Doctoribus aſſeratur.

20 Quod ſi me iudice † cauſa in facto decidenda foret, illud præcipuè ſpectandum cenſerem, an in contractu læſio interueniat, qua concurrente, adhærerem primæ ſententiæ pro nullitate iuriſiurandi, & qua ceſſante, ſecundam amplecterer, ad euitandum periurij periculum.

21 Opportunè autem quæritur, an † neceſſaria ſit certificatio, quæ & qualia ſint beneficia prædicta minoribus, & mulieribus competentia, cum eis renunciant, ita, vt ſi de illorum efficacia certiores facti non fuerint, renunciationes non teneant, vel ſola ſufficiat renũciatio cum iuramento, & eos afficiat; & forſan Doctores in hoc cõcordarunt, audi conſonantiam.

Aſſeruit Soc. iun. in conſ. 48. nu. 35. & ſeq. lib. 1. certiorationem eſſe neceſſariam, ex Dyni ſententia, quam dicit eſſe communiter approbatã, & eam ſequuti ſunt permulti relati per Tiraquel. in præfatio. l. ſi vnquam, nume. 155. C. de reuoc. donat. Mar. deciſ. 21. Soc. conſi. 263. num. 14. lib. 2. Marcobrun. conſ. 46. nu. 35. magisq; communem, & veriorem appellat Neuiz. conſi. 22. nu. 9. & communem affirmat Tobias in conſi. 57. nu. 18. & magis communem Soc. iun. conſ. 3. num. 48. lib. 2.

Contraria autem opinio, quod certioratio aliqua non ſit neceſſaria, frequentioribus calculis eſt recepta, vt liquet ex citatis à Boerio conſi. 30. num. 11. Iaſ. in Authent. Sacramenta, num. 54. C. ſi aduerſ. vendit. Alex. conſi. 27. num. 2. lib. 4. & conſ. 42. num. 9. lib. 1. & conſi. 222. num. 2. & 4. lib. 2. Addit. ad Capell. Tholoſa. deciſ. 37. & ad deciſ. 49. Alciat. in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 47. de verb. oblig. Soc. iun. conſ. 165. num. 2. lib. 2. Decian. conſi. 39. num. 74. lib. 2. Tiraquel. in d. præfat. num. 134. 135. & ſeq. de communi, poſt alios ab eo relatos. Cagnol. in l. 2. nume. 107. C. de reſcind. vendit. & etiam Capra, Reg. 87. 114. & 156. & ſeq. & communiorem, & veriorem affirmat Pinell. in prox. cit. l. 2. in 3. par. cap. 1. num. 10. & magis communem atteſtatur Cephal. conſi. 207. nu. 10. lib. 2. necnon Rimin. iun. conſil. 5. num. 9. lib. 1. & quod ſit receptior, apparet ex congeſtis per Gabr. de iureiur. Concluſ. 3. verſ. contrarium, vbi innumeros cumulat huius opinionis aſſertores, & non paucos refert. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 159. in 18. ampliat. & in praxi magis receptam teſtatur Burſat. in conſil. 339. num. 40. lib. 3. & comprobat Seraph. de priuil. iuram. in priuileg. 63. nume. 1. & vti crebriorem ſententiam amplexa eſt etiam Rota, in lib. diuerſ. deciſ. 26. incip. die 24. in vna Bononienſi, in manuſcript. à qua, ob eius Tribunalis amplif-

pliſsimam authoritatem, non eſt in iudicando recedendum.

Et ratio poteſt eſſe quam reddit Alex. in d. conſi. 27. nu. 4. lib. 1.
22 quod † neceſſariò non requiritur, vt iurans ſciat particulariter, & in ſpecie omne ius dependens à facto ſuper quo iurat, ſed ſatis eſt iurare ſuper facto, quia præſumitur quis accedere deliberatus ad ita contrahendum, & vt inquit Tiraq. in d. præfatione, nu. 134. cogitaſſe in genere de omni iure ſibi competenti.

Et in dubio certioratio præſumitur. Soc. Reg. 224. num. 4. Alex. conſ. 222. nu. 4. lib. 2. Neuizan. conſ. 22. num. 9. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 118. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſi minor medio iuramento ſe maiorem aſſeruerit, & velit contractum reſcindere per in integrum reſtitutionem?*
2 *Auditur, ſi det de nullitate, defectu ſolennitatis.*
3 *Quid in pupillo doli capace?*
4 *Intellectus l. ſi alterius, C. ſi maior fact.*

Primi Effectus Quæſtio Decimaquarta.

ET cœptam minorum materiam cõtinuando, quæro, quid iuris, ſi minor in Inſtrumento medio iuramento ſe maiorem aſſeruerit.

Roman. in conſi. 12. num. 5. dixit, l. ſi alterius, & omnes
1 eius tituli leges, C. ſi min. ſe maior. vendicare ſibi locum, † ſi minor, qui ſe maiorem cum iuramento affirmauit, contractum reſcindere velit beneficio reſtitutionis in integrum, tunc enim ſuo mendacio
2 punitus id facere nequit: at † non impeditur ſi velit dicere contractum ob ſolennitatis defectum eſſe nullum; hoc enim ei permittitur ex Io. Andrea, quem ibi refert, & generaliter etiam ab alijs eſt admiſſum, teſte Pariſ. in conſi. 97. num. 22. & ſeq. lib. 1. Curt. iun. conſi. 118. num. 8. & conſi. 119. num. 1. 2. & 5. Ruin. conſi. 135. num. 11. lib. 1. plures congerit Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 183. Rota autem cenſuit hoc non carere difficultate, vt per Paleot. deciſ. 376. incip. aliàs ſupradicta die, in manuſcr.

3 Proceditque etiam † in pupillo, ſi ſit doli capax, ſeque maiorem cum dolo iurauerit, ob quem contractus propter iuramenti religionem, quoad obſeruantiam confirmatur. Afflic. deciſ. 322. nu. 3. Requiritur enim animus fallendi partem; ſecùs autem, ſi errore ductus ita iurauerit. Caldas, in comment. l. ſi curatorem, ſuper ver. leſis, num. 7. verſ. diuerſum eſt, & verſ. præcedenti, & nu. 8. C. de in

integr.

integr. reſtitut. minor. licet quando corporaliter tactis ſcripturis præſtitum eſt iuramentum in quo ſe maiorem aſſeruit, etiam ſi per errorem, & ignorantiam ita dixerit, viſum ſit aliquibus, quod non debeat amplius admitti ad probandum contrarium. Pariſ. conſ. 97. nu. 81. lib. 1. Curt. iun. conſ. 119. nu. 3.

4 Sunt & qui voluerunt † d. l. ſi alterius, C. ſi min. ſe maior. procedere, quando minor ſpecificè, & in indiuiduo corporaliter tactis ſcripturis iurauit ſe maiorem, & ſecus eſſe, ſi prius in Inſtrumento ſimpliciter ſe minorem dixerit, & poſtea generaliter iurauerit, omnia, & ſingula in Inſtrumēto contenta eſſe uera, vt poſt Barbat. ab eo relatum, placuit Soc. iun. conſ. 3. nu. 32. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *An contractus iuramento firmetur, ſi minor contrahat ſine curatoris authoritate.*

2 *Authoritas curatoris non curatur, vbi contractus minoris iuramento fuerit roboratus.*

Primi Effectus Quæſtio Decimaquinta.

1 SVpereſt quæſtio decimaquinta, quid iuris ſit, † ſi minor curatorem habens, contrahat ſpreta eius authoritate, an contractus iuramento firmetur, cogiq; poſsit ad obſeruantiam? Et Butrig. relatus ab Imola, in capit. cum contingat, nume. 48. de iureiur. tenuit contractum nullius roboris eſſe, nec fore locum Authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. eandemque ſententiam amplexi ſunt Curt. iun. conſi. 53. num. 6. Tob. conſi. 57. num. 20. & communiter eſse receptam teſtatur Pariſ. conſil. 96. num. 12. & 13. lib. 1.

Cynus autem, in d. Authent. Sacramenta, num. 11. oppoſitum
2 aſseruit, † curandum inquiens haud eſse de curatoris authoritate, vbi contractus fuerit iureiurando firmatus; & ſequuti ſunt Iaſon, ibid. num. 3. Aymo, conſil. 7. nume. 16. Alexand. conſil. 27. num. 6. ver. nono confirmatur, lib. quarto. Albenſ. conſi. 11. num. 3. Hiero. Gabr. conſil. 13. num. ſecundo, lib. primo, Socin. iun. conſil. 79. nume. 18. & ſequen. lib. ſecundo, Anton. Gabr. de communi, Concluſ. quinta, de minor. nume. 40. Simoncell. de decret. lib. 3. titu. 8. num. 137. Franc. Marc. deciſ. 606. num. 1. vide Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 83. num. 78. verſ. decimoſeptimo, & in priuileg. 129. num. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſupplet requiſitas à Statuto ſolennitates.*
2 *An in tali caſu, virtute iuramenti contractus fiat validus, vel dumtaxat ob eius reuerentiam & religionem veniat obſeruandus.*
3 *Iuramentum operatur, vbi ſola ſolennitas deficit, ſecus ſi ſubſtantia.*
4 *Nec operatur vbi extet cauſæ defectus.*
5 *Quid ſi Statutum requirat, vt rogentur duo Notarij, & vnus tantum ſit adhibitus, an ex iuramento ſuſtineatur? nu. 7. & 9.*
6 *Inſtrumentum nullum non probat iuramentum.*
8 *Quid ſi Statutum dicat, quod Notarius non matriculatus inſtrumenta facere nequeat, an ex iuramento contractus validetur?*
10 *Inſinuationis defectus iuramento ſuppletur.*
11 *Iuramentum ſupplet ſolennitatis defectum, quando à Statuto requiritur in ipſo actu, & ſecus, ſi poſt actum.*
12 *Licet ſolennitas extrinſeca non præſumatur, fallit ob interpoſitum iuramentum.*

Effectus Secundus.

1 SEcundus, & quidem non parui faciendus Effectus eſt, † vt ſuppleat à Statuto requiſitas ſolennitates, etiam ſi ad fraudes vitandas requirantur, quoniam illis etiam omiſsis, contractus ſi fuerit iuratus, eſt obſeruãdus. Abb. conſi. 108. in princ. p. 2. Socin. conſi. 147. num. 10. lib. 1. & conſil. 131. num. 3. 10. & ſequen. lib. 4. Iaſ. conſi. 51. num. 3. lib. 1. vbi de communi. Socin. iun. conſil. 79. num. 19. lib. 2. Pariſ. conſi. 96. num. 101. lib. 1. Puteus, deciſ. 7. de traſaction. in manuſcr. Franc. Marc. deciſ. 606. num. 1. Pedemon. deciſ. 75. nu. 7. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 129. in princ. vbi nonnulla congerit ad hanc materiam.

2 An autem † in huiuſmodi caſu contractus iureiurando firmetur, ita vt valeat, vel duntaxat uirtute iuramenti ueniant obſeruandus, diſcuſſum eſt ſupra, in primo Effectu quæſt. 3. ibi videas.

3 Aduertas autem, † quod iuſiurandum operatur, vbi ſola ſolennitas deficit, ſecus autem, ſi ſubſtantia, vtpote conſenſus. Menoch. conſ. 27. nu. 50. lib. 1. Curt. ſen. conſ. 75. nu. 8. in fi.

4 Nec † operatur, vbi ſubſit cauſæ defectus, Puteus deciſ. 22. in cauſa Romana Caſalis, lib. 3. in manuſcriptis.

5 Quid † ſi ſtatutum aliquam ſolennitatem requirat circa probationem; vtputa, quod in rogandis Inſtrumentis duo Notarij requirantur, aliàs contractus ſit nullus, an tunc ſi vnus tantum adhibitus ſit, & appoſitum ſit iuramentum, ſuſtineatur? & Barto. in l. ſi

quis

quis pro eo, num. 13. verſ. ſeptimo prohibetur, de fideiuſſor. concludit, ex quo hæc ſolennitas ob publicam vtilitatem introducta eſt, ſi omittatur, iureiurando contractum non firmari. Sequuntur Marſil. & ab eo relati, Sing. 700. & vlt. Crot. conſi. 76. num. 17. & ſequen. & conſi. 81. nu. 19. lib. 1. Ruin. conſi. 60. nu. 4. lib. quarto. Soc. conſi. 98. num. 5. lib. 1.

Dantque Ruinus & Socinus ibid. huiuſmodi rationem: quod
6 ex † Inſtrumento huiuſmodi nullo, ex diſpoſitione Statuti, iuramentum aliquod non probatur. Vide ſupra in primo Effectu, quæſtio. quarta, verſ. ſed huiuſmodi ſententia, & verſ. præcedenti.

7 Quæ ſententia † ita ſimpliciter intellecta, minus eſt vera, & diſtinguendum eſt, an Statutum ſit à ſummo Pontifice confirmatũ, vt ſupra docuimus in primo Effectu, quæſt. quarta, verſ. quod ſi Statutum, & verſiculis ſequentibus, & tunc huiuſmodi opinio procedit; Et in his terminis ſaluatur opinio Barto. & ſequacium; Si autem deſit Apoſtolica confirmatio, tunc contractus iuramento firmatur, ex his, quæ fusè deducta ſunt ſupra, in d. q. 4. vbi in finalib. verbis euacuatur obiectio, quod ſtante nullitate contractus, iuramentum non probetur. ibi videas.

8 Non † abſimilis eſt alia quæſtio, quid iuris, ſtante Statuto, quod Notarius non matriculatus nequeat Inſtrumenta conficere, & ſi publicauerit, nullius ſint efficaciæ; de quo Statuto habes per Decium in conſi. 17. & conſi. 169. Rolan. conſi. 91. lib. 3. Mohedan. deciſ. 344. Fuit deciſum. Thaniſ. deciſ. 113. Bulla Archiuiſtarum, in manuſcriptis. an ſi appoſitum ſit iuramentum, contractus teneat? Et dicas idem penitus quod in præcedenti proxima quæſtione reſoluimus, quod valeat, vel non valeat, ſi extet aut deficiat Apoſtolica confirmatio; & vide Marſil. in Singul. 126.

9 Nec releuat, quod † huiuſmodi ſolennitates fuerint introductæ ob publicam vtilitatem, & ad fraudes vitandas, quoniam maius eſt vinculum iuramenti, quod ſemper eſt ſeruandum, vbicumquè ſeruari poteſt abſque periculo ſalutis, vt pluries eſt iã dictum.

Nam etiam inſinuatio introducta eſt ob publicam vtilitatem,
10 & ad fraudes vitandas, † & nihilominus receptiſſimum eſt, eius defectum iureiurando ſuppleri, vt habes inf. in Effectu 19.

11 Aduertendum † eſt etiam, quod eo caſu, quo iuſiurandum ſuppleret omiſſam ſtatuti ſolennitatem, id procederet, ſi ex forma Statuti ſolennitas in ipſo actu requiratur, ſecus autem, ſi poſt actum interuenire deberet. Syluan. conſ. 40. nu. 23. circa medium.

12 Et ſi verum † eſt, notabile eſt quod refert Grat. in conſil. 121. nu. 14. lib. ſecundo, quod licet in dubio ſolennitas extrinſeca non præſumatur, fallit tamen ſi iuramentum interuenerit.

Et circa id aduertas, quod ſi in ſcriptura non enunciatur ſolennitas

nitas extrinſeca, tunc lapſu diuturni temporis præſumitur. Afflic. deciſ.368.num.8.ſecus eſt, vbi ex inſpectione Inſtrumenti appareret de ipſius defectu malè obſeruatæ, vt declarat Felyn. in cap. ſicut, num.33. de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non contrauenire contractui, excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum.*

2 *Fallit ſi adſit enormis læſio, & num.7.*

3 *Minor qui per procuratorem litigauit, non reſtituitur in integrum ſtante Clauſula in mandato, qua promiſit geſta à Procuratore habere rata, & eiſdem non contrauenire.*

4 *Secus eſt in muliere.*

5 *Iuramentum aufert minori reſtitutionem competentem de iure ſpeciali, ſecus, quoad competentem de iure communi.*

6 *Quid ſi tutor, aut aliàs adminiſtrator iurauerit?*

7 *Nec reſtituitur, quando in ſpecie eſt renunciatum huic beneficio. Fallit ſi concurrat enormis læſio, nu.8.*

9 *Quid ſi in ſpecie non eſt renunciatum beneficio reſtitutionis, ſed iuratũ non contrauenire contractui, etiam ſub prætextu læſionis.*

10 *Nulla cautela reperitur, quin ſtante enormiſſima læſione non detur in integrum reſtitutio.*

Effectus Tertius.

SVbſequitur tertius Effectus, ſiquidem iuxta receptam Doctorum ſententiam, is † qui iurat non contrauenire contractui,
1 excluditur a beneficio reſtitutionis in integrum, etiam ſi fuerit Minor, ex vulg. Authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vendit. vbi Iaſ. poſt alios id notat, num.3. & ſequent. Alex. cõſ. 27.num.4.lib.1.& conſ.42.num.10.ibid.& conſ.222.num.3. & ſeq. lib.2.Capell.Tholoſ.deciſ.49.Marc.deciſ.606.de Communi Pariſ. conſ.96.num.53.55.& ſeq.& conſ.97.num.78.& ſeq.lib.1.Cagnol. in l.2.num.107.C.de reſcind.vendit. vbi Pinell. in 3.par.c.1.nu.10. Grammat.conſ.ciuil.31.num.10 Socin.iun.conſ.67.num.32.lib.2. Ruin.conſ.135.num.11.lib.1.Imola in c.cum contingat, nume.51. verſ. Item etiam, de iureiur. Albenſ.conſ.11.num.5.Capra Reg.87. num.138.Rol.conſ.59.num.5.lib.1.Caldas in Comment.l.ſi curatorem, ſuper ver.minorib.C.de in integ.reſtit.minor. Gabr. de minor.concl.5.num.10.& 12.Cur.iun.conſ.118.num.quarto, Rimin. iun.conſ.484.num.59.lib.5.Alex.conſ.66.nume.12.lib.6. Decian. conſ.

conſ.39.nume.25.lib.2. Seraphin. de priuileg. iuram.priuileg.96. in principio.

2 Sed ſi in † contractu interueniat enormis læſio,tunc non obſtãte iuramento,dabitur in integrum reſtitutio. Franc.Marc.deciſ.21. Soc.iun.conſ.48.num.35.lib.1.Aymo,conſ.192.num.9. conferunt latè deducta ſupra in 1.Effectu,q.8.Afflict.deciſ.322.num.8. Crot. conſ.26.nu.20.& 23.lib.1.

3 Proinde † ſi Minor in iudicio litigauit per procuratorem ab ipſo conſtitutum, velitque in integrum reſtitui aduerſus geſta ab huiuſmodi procuratore,non audietur, obſtante ſibi iuramento, quo mediante promiſit habere ratum,gratum,& firmum, quidquid ab eo geſtum,& procuratum fuerit eius nomine, ad Bart. in l. minor, quę ſequitur poſt l.ſi in emptionem,ff.de minorib.Maran.in pract. in 2.actu 3.par.6.part.principalis.nu.92.

4 Licet Maranta ibidem,num.94.& ſequent.ſecùs † eſſe opinetur in muliere,per rationem quam ibi ponderat,vbi videas.

5 Eſt tamen aduertendum, quod is effectus † tollendæ reſtitutionis in integrum Minori iuranti,procedit in ea reſtitutione, quæ de iure ſpeciali minoribus competit,& ſecùs eſt in ea, quæ datur de iure Communi,vt declarat Seraphin.in d.priuil.96. num.11.

6 Vbi verò † iuſiurandũ pro Minore nõ à procuratore,ſed à Tutore,alioue Adminiſtratore præſtitum eſſet, ceſſat in eo ratio iuramẽti,cum non iurauerit de habendo rata geſta per iſtos,& poterit Minor in integrum reſtitui. Alex.conſ.21.nu.14.& 15.lib.5.

7 Cæterum,ſi † huic reſtitutionis beneficio in ſpecie renunciaſſet, tunc non debet audiri. Alex.conſ.66.nu.5. & 12. lib. 6. Pariſ.conſ. 96.num.74.lib.1.

8 Sed ſi † eſſet enormiter læſus,tunc & Minor, & Maior audirentur,ex proximè dictis,in verſ.ſed ſi in contractu.

9 Quid ſi † reſtitutionis beneficio in ſpecie non fuerit renunciatum, ſed iuratum non contrauenire contractui etiam prætextu læſionis;& breuiter dicas,ſi adſit enormis læſio, quòd iuramento nõ obſtante petere poſſit abſolutionẽ ab eo,& audiri,ex notatis ſuprà, in 1.Effectu,quæſt.8.

10 Nulla † enim renunciatio poteſt eſſe tam generalis, & tot cautelis vallata,vt reſtitutionem excludat,ſtante enormiſsima lęſione.Tiber.Decian.conſ.25.nũ.119.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Penſionem ſoluere promittens in certis terminis medio iuramento,ſi deficiat in primo,cadit ob periurium ab omni iure. & nu.5.& 6.*

2 *Pœna l.ſi quis maior, C.de tranſaction. habet locum in omni contractu.*

O Huiuſ-

3 *Huiuſmodi pęna ceſſat in ruſtico.*
4 *Supradicta Concluſio, de qua num. 1. procedit, quando ſimpliciter eſt iuratum ſoluere in certis terminis, & non adeſt pactum, ſi deficiat per biennium, aut triennium, quod tunc cadat. & nu. 7. & 8. & 13.*
9 *Iuramentum tantum operatur, quantum adeſt de conſenſu. & num. 10.*
11 *Prouiſio hominis tollit legis prouiſionem. & nu. 12.*
14 *Pœna de qua nu. 1. an procedat in hærede iurantis.*
15 *Soluere ceſſans in termino conuento, an excuſetur à periurio, ex eo, quod pars aduerſa defecit implere promiſſa pro parte ſua.*
16 *Defectus partis ex ſui parte promiſſa non implentis, quid operetur.*

Effectus Quartus.

1 NOtabilis eſt quartus Effectus ſubſequens; Si † cõductor, qui ſoluere penſionem promiſit in certis terminis medio iuramento, in vno tantum deficiat, ſtatim expelli poteſt, & omne ius amittit, non aliàs expectato biennio, vel triẽnio, qui effectus à periurio cauſatur, ex diſpoſitione l. ſi quis maior, C. de tranſaction. Cagnol. in d. l. 2. nume. 55. verſ. per prædicta. Gozad. conſ. 57. nume. 10. Alex. conſ. 85. lib. 1. Natta conſ. 426. num. 21. lib. 2. de Communi, Rol. conſ. 6. num. 42. lib. 1. & conſ. 31. num. 7, lib. 2. & conſ. 77. num. 18. lib. 1. vbi de Communi. Brun. cõſ. 46. num. 2. Alex. in Repet. § morte, nume. 689. de oper. nou. nunc. Rol. conſ. 25. nume. 23. lib. 2. Iaſ. in Auth. qui rem, numer. 1. in fine, C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi Decius num. 10. Peruſ. deciſ. 22. num. 14. Gabr. de tranſact. concluſ. 1. num. 41. Curt. ſen. in d. l. ſi quis maior, num. 15. & ſeq. inter Repetent. Cott. in ſuis memoriali. ſuper verſ. emphyteuta priuati, verſ. ſecundo ſingulariter. Caputaq. deciſ. 182. par. 1. in impreſſ. Viui. Opin. 239. Iacob. d. l. ſi quis maior, nu. 8. Burſat. conſ. 253. num. 7. lib. 3. Rimin. ſuper Inſtit. de donat. in princip. num. 488. Rol. in conſ. 8. num. 41. lib. 1. latè Seraphin. in priuileg. 84. de priuileg. iuram. Gomeſ. in § item ſi quis poſtulante, num. 8. Inſti. de action. Decian. in conſ. 4. nu. 5. lib. 4.

Licet Iaſ. in l. 2. nu. 47. C. de iure emphyteu. contrarium teneat; Sed prior ſententia eſt receptior, vt patet ex tot authoritatibus præcitatis; Contra quam tamen plura inducit Ripa in c. ex parte, num. 20. & plura etiam ad fauorem. de Reſcrip. quem impugnat Cabal. de euiction. §. 3. num. 67. & Gozad. conſ. 57. num. 2. Proinde cenſemus non fore recedendum à Communi, cum omnes Doctores
2 paſſim admittant † pœnam d. l. ſi quis maior, ad omnes contractus extendi, vt habes infrà, in 6. parte, in 12. Effectu periurij.
3 Ceſſaret † autem huiuſmodi effectus in ruſtico, quem ſimplicitas

citas excuſaret. Curt.iunior,in dicta l.ſi quis maior, nume.19.

4 Limita tamen hanc Concluſionem, vt † procedat, quando ſimpliciter eſt iuratum ſoluere in certis terminis, nullúmque eſt appoſitum pactum; vt deuolutio intret per ceſſationem ſolutionis per biennium, aut triennium; Quando enim conuentum eſſet, vt caducitas intraret, ſi ceſſatum eſſet per certum tempus, tunc prædicta Concluſio non intraret, & locus non foret deuolutioni, niſi per ceſſationem in termino conuento, vt determinauit Rota coram bo.mem. Cantuccio, in vna Romana deuolutionis inter D. Hieronymum Gabutium,& D. Io.Antonium Bonardum,ſub die 21.Februarij,1576.& quia caſus eſt exemplaris, non abre viſum eſt eius deciſionis copiam inſerere.

Romana deuolutionis 21.Februarij 1576.
coram Cantuccio.

Solum,& melioramenta de quibus agitur deuoluta non eſſe cõcluſum fuit: nam quantum ad primum caput ceſſationis ſolutionis Cenſus, Domini dixerunt non intrare, quia ceſſatio non fuit per triennium,ſecundum formam pacti, quo conuentum eſt, ob non ſolutionem integri Cenſus,ſeu Canonis per tres annos continuos, terrenum cum omnibus melioramentis ipſo iure deuolui.

Nec obſtat,illa Doctorũ Concluſio, pro parte d.Io.Antonij al-
5 legata, quod † ſi emphyteuta iurauerit ſoluere Canonem ſingulis annis, vel in aliquo termino conuento, prout in huiuſmodi caſu, quo iuratum eſt ſoluere de ſemeſtri in ſemeſtre, priuatur ſtatim iure emphyteutico, non aliter expectato biennio, vel triennio, iuxta l.2.C.de iure emphyteut.& Authent.qui rem, C.de ſacroſanct. Eccleſ.c.potuit,de locat.

6 Quæ Concluſio † (quidquid nonnulli ſenſerint in contrarium) recepta eſt, vt de Communi teſtatur Gozad. conſ.57.num.10.Rol. conſ.6.num. 42. lib.1. & aliàs ſequuta eſt Rota, vt per Caſſador.deciſ.2.num.7.de iureiur.Quia reſpondetur, hanc Communem Cõcluſionem non poſſe applicari caſui noſtro,obſtante expreſſa con-
7 uentione † partium paciſcentium ob non ſolutionem Canonis ob continuum triennium,fieri locum deuolutioni; tunc autem prædicta Communis Concluſio locum haberet, quando pactum huiuſmodi non adeſſet, hæcque declaratio colligi poteſt ex verbis Baldi,in c.querelam,in fine,de iureiur.qui fuit originalis author dictæ Communis Concluſionis, & quam referunt, & ſequuntur Doct. hic relati per informantes pro d.Io.Antonio cum multis alijs idem tenentibus, qui facilè poſſunt colligi.Bald.autem ibi in fine, ponit hæc formalia verba: Vltimo concludo, quod vbi eſt iuratum, non ſubintelligitur illa Clauſula,Si per biennium non ſoluerit; ergo põderando illud verbum, non ſubintelligitur, datur apertè intelligi,

Bald.loqui in caſu in quo ſimpliciter celebratus eſt contractus emphyteuticus, ſine expreſſa conuentione, vt ſit locus deuolutioni ob non ſolutum Canonem per biennium, tunc enim ſubintelligitur illa Clauſula, Si per biennium non ſoluerit, quæ eſt tacita conditio, iuxta Authent. qui rem, C. de ſacroſanct. eccleſ. c.potuit, de locat.& ſecùs, quando emphyteuſis non ſimpliciter celebratur, ſed cum expreſſo pacto deuolutionis, ſi per biennium in ſolutione ceſſatum fuerit: quia tunc ſtante huiuſmodi pacto, illa Clauſula, ſiue conditio, ſi per biennium non ſoluerit, non debet ſubintelligi, cũ ſit expreſſa, vbi Doct. firmantes dictã Communem Concluſionẽ, cum ſemper referant Bal.& eius authoritate nitantur, ſequitur eos fore intelligendos ſecundum caſum, & terminos Baldi.

8 Comprobatur hæc declaratio manifeſta ratione: quia † ſtante expreſſo partium conſenſu, paciſcẽtium deuolutionem intrare ob non ſolutum Canonem per continũu triennium, iuramentũ non põt operari effectũ caducitatis ante lapſum termini conuenti: quia aliàs operaretur contra intentionem iurantium, & repugnaret naturæ iuramenti, quæ eſt, vt eius obligatio ex conſenſu procedat; cũ iuramentum ex intentione præſtantis à Deo iudicetur, ad cap. qui peierat, 22.q.5.latè Couarru.in c.quamuis, par.1.§.5.num.1.& 2.de

9 pact.& † iuramentum tantum operatur, quantum adeſt de conſenſu, & non vltrà. Aretin.conſ.74.num. 1. Aymo, conſ. 102.nume.7.

10 verſ. quinto reſpondeo; Et † iuramentum non ſupplet defectum conſenſus, nec firmat actum ratione deficientis conſenſus inualidum, nec vltrà conſenſum operatur; Bart. communiter receptus, in l. ſi quis pro eo, num.15. C. de fideiuſſor. plenè Couarru.in d.c. quamuis, par. 1.§.3.num.11.& par.2.num.5.§.6. Accedit illa Regu

11 la, † quod prouiſio hominis tollit Legis prouiſionem, l. fin. C.de pact.cõuentis. Vnde, cum partes iſto caſu per pactum prouiderint deuolutionem induci, ex non ſolutione integri Canonis per bien-

12 nium, ſequitur, per hanc partium prouiſionem † ceſſare prouiſionem Legis, quæ eſt, vt ſtante iuramento ſit locus deuolutioni ante finitum triennium.

13 Nec obſtat † pactum de ſoluendo Canone de ſemeſtri in ſemeſtre more Romano, quia Domini dixerunt illud intelligi, quoad actum ſolutionis ad effectum commoditatis partium, non quoad pœnam caducitatis, circa quam aliud pactum expreſsè, & ſpecialiter contrahentes inierant.

Quo verò ad caput hypothecæ, & cætera omittimus, quia non reſpicit materiam iuramenti. Hactenus Rota.

Quid ſi locator promiſit non expellere conductorem ſub certa pœna, adhuc ſi is in ſolutione ceſſauerit, expelli poteſt, non obſtante pacto, vide Iaſ.in l. quæ dotis, nu.32.ff.ſolu.matrimo.

Sed

Sed quia hic effectus procedit ex diſpoſitione l.ſi quis maior, C.
14 de tranſact. quæritur † cum iuramentum ſit perſonale, an procedat in hærede iurantis? de quo agemus in proximè ſubſequenti Effectu.

15 Eſtque in hac periurij materia notãdum, quod † ceſſans ſoluere ſuo tempore, quod medio iuramento promiſerat, non excuſatur à periurio ſi deficiat, eo prætextu, quod pars viciſsim defecerit in ſatisfaciendo quod ei debebat. Roland. conſi. 31. nu. 8. lib. 2. Rimin. ſuper Inſtitut. de donation. in princ. nume. 489. Quod valde repugnat his, quę notata ſunt ſupra, in primo Effectu, q. 6. in fi. quod ſcilicet iuramentum habeat in ſe tacitam conditionem, ſi ex aduerſo promiſſa ſeruentur, cum alijs ibi deductis.

Quid dicendum? Et cum indubitatum ſit ſemper iuſiurandum fore obſeruandum cum ſeruari valet abſque æternæ ſalutis interitu, ad c. quamuis, de pactis, in ſexto, firmatumque ſit etiam inf. in duodecimo Effectu quod iuramentum obligat pręcisè ad factum,
16 inferri videtur, quod † defectus partis ex ſui parte promiſſa nõ implentis, non hoc operatur, vt altera pars quod medio iuramento promiſit implere non teneatur: at in pœnam ceſſantis obſeruare promiſſa, ſibi actio denegatur, ut agere nec quicquam conſequi valeat ex eo contractu, quem pro ſui parte non obſeruauit, vt probant iura in contrarium ſupra deducta in calce ſextæ quæſtionis.

Huic autem reſponſioni valde repugnant duo textus vbi ſupra citati, videlicet, cap. 3. & cap. ſicut ſi conſtiterit, in fi. de iureiur. qui clarè probant, quod vbi alia pars non ſeruat promiſſa, alia ſuo iuramento non ligatur: ſi non ligatur, ergo ceſſat periurium: vnde, nõ immeritò dubitari poteſt de veritate eorum quæ notant Rolan. & Rimin. ſupra relati.

Reliqua ad iſtum Effectum proſequere, vt facit Seraphin. in dicto priuileg. 84.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an afficiat hæredes iurantis, & num. 8.*
2 *Pœna l. ſi quis maior, non afficit hæredes contrahentium.*
3 *Vbi contractus eſt nullus, ſed metu iuramenti tantum ſeruandus, hæres ſeruare non tenetur.*
4 *Stante nullitate contractus, obtenta abſolutione à iuramento, contrahenti licet contrauenire.*
5 *Quid ſi iurans ipſe contrauenerit, an agi poſſit ad pœnam contra hæredes?*
6 *Iuramentum addit forum foro, ſed non procedit in hærede iurantis remiſsiuè.*

7 *Pœna inflicta à Deo ſucceſſoribus ob non ſeruatum iuſiurandum à patribus præſtitum, iudicio eſt hæredes vel ſucceſſores iuramento defuncti ligari.*

Effectus Quintus.

1 QVæritur quinto loco, an † iuramentum ſit adeo perſonale, vt iurantis perſonam non egrediatur, vel afficiat etiã hæredes? Et breuiter conclude, quod eſt perſonale quoad animæ vinculum, & periurij reatum, ſed quoad robur contractus, & eius obſeruantiam, ligat etiam hæredes, & ſucceſſores, vt benè declarat Guido Pap. deciſ. 224. num. 3. Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 199. & 200. & ſeqq. vbi Curt. iun. num. 23. C. de tranſaction. Caſſador. deciſ. 2. num. 8. 9. & ſeq. de iureiuran. Bal. conſi. 398. num. 2. lib. 1. Abb. c. cum contingat, nume. 8. de iureiur. Oldr. conſ. 241. num. 2. Alex. conſi. 59. num. 4. verſ. & etiam concludit, lib. 1. Pariſ. conſi. 175. num. 4. 5. & 23. lib. 3. & conſ. 16. num. 128. lib. 2. Afflic. deciſ. 381. num. 8. & ſeq. Gomeſ. in §. actiones, nume. 6. Inſtit. de actio. Peruſi. deciſ. 15. num. 12. Catell. in ver. iuramentum eſt perſonale, in ſuis Memor. Decian. conſ. 31. nu. 76. lib. 1. Soc. conſil. 89. num. 1. lib. 1. Borgni. deciſ. 9. num. 19. Bero. conſ. 118. num. 5. lib. 1. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 67. num. 22. & plurib. ſeq.

2 Proinde infertur, † quod pœna l. ſi quis maior, C. de tranſact. vt ob periurium inobſeruans cadat ab omni commodo contractus, non procedit in hærede iurantis, in quem nõ cadit periurij reatus, ex iam dictis, & conſequenter, in hærede, & ſucceſſore non habet locũ proximè relatus quartus effectus. Simonet. deciſ. 37. Fuit quæſitum, in manuſcr. vide Caſſador. deciſ. 2. per totam, de iureiur. Beroum, conſ. 98. nu. 25. lib. 1.

3 Infertur etiam, quod † vbi ſumus in contractu prorſus nullo, & qui iuramenti religione non validatur, ſed duntaxat eſt metu periurij ſeruandus, vt ſupra deductum eſt in 3. quæſt. primi Effect. tũc mortuo iurante, hæres non tenetur ad obſeruantiam: quia ob iuramentum cogi nequit, cum non iurauerit, minusq́; conueniri ex contractu, ſtante eius nullitate. Abb. in d. c. cum contingat, num. 8. verſ. item hæres iurantis. Gabr. de iureiur. Concl. 6. num. 10. Fab. in §. 1. num. 16. Inſtit. quib. alien. lic. Rui. conſ. 107. num. 8. lib. 1. Campeg. de dot. par. 4. q. 11. verſ. ſecundo poteſt.

4 Reſultat & alius non mediocris effectus, quoniam † ſtante nullitate contractus, ſi iurans abſoluatur à iuramento, poteſt ipſemet contrauenire, quoniam iuramentum non obſtat ſtante abſolutione, & contractus non ligat ſtante nullitate, vt benè declarat Ang.

in

in conſi. 160.num.3.verſ.dicet quis,quid refert. Abb.d.c.cum contingat,nu.8.& ibid. Alciat.nu.128.de iureiur.

5 Quid autem dicendum, ſi † iurans ipſe contrauenerit, & decedat? an tunc agi poſsit ad pœnas contra hæredes? vide infra par.5. Effectu 16.

6 Hinc eſt etiam, quod † licèt iuramentum addat forum foro, id non procedit in hærede iurantis; vide inf.in Effectu 25.

7 Verumtamen † contra præmiſſa non parum vrget,quod notatū eſt ſupra,par.1.q.2.prope finem, vbi liquet ſucceſſores à Deo fuiſſe punitos, ex eo, quod non ſeruarunt medio iuramento promiſſa à Patribus eorum.

8 An autem facultas † iurandi conceſſa Mæuio, tranſeat in hæredem, vide Grat.in conſ.10.nu.3.lib.2.Tiraquel.de præſcr. fol.114. §.2.gl.vnica,verſ.quamquam ſunt,& in vlt.fol.eius tract.verſ.id tamen quod, & verſ.ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Fugæ ſuſpitio an iuramento probetur, & nu.2.& 3.*

4 *Aſſeſſores imperiti ſtatim exhibito Inſtrumento crediti, & iurata ſuſpitione fugæ, concedunt capturam, & tamen vt concedatur, tria ſunt neceſſaria.*

5 *Eſt enim probandum,quod debitor erat idoneus tempore cōtractus, & quod ſuperuenerit calamitas, & deterioratio conditionis, hiſque probatis iurare ſuſpitionem,& nu.6.7.& 9.*

8 *Quid ſi debitum ſit in diem,vel ſub conditione,& debitor de fuga ſuſpectus, an ſit locus capturæ.*

10 *Iuramentum ſuſpitionis præſtandum eſt coram iudice, & eo deferente.*

11 *Eſtque alleganda cauſa ſuſpitionis.*

12 *Legitimæ coniecturæ ad probandam ſuſpitionem,quæ ſint, remiſſiuè.*

13 *Longe diſtat an debitor ſit ſuſpectus, vel fuga ſit in eſſe.*

14 *Quid vbi debitor eſt forenſis, & in ſua patria poſſidet ſtabilia.*

15 *Non ſeruatis illis tribus neceſſarijs,de quibus,nu.4.& 5.practica contrarium ſeruat.*

16 *Quod ab Authore non laudatur.*

17 *An iuramento debitoris probetur fugam iuſta de cauſa factam.*

18 *An hic proceſſus ſuper fuga fieri poſſit tempore feriato.*

19 *Captura aliàs nulla an ex ſuperueniente legitima probatione iuſtificari poſſit.*

20 *Captura creditoris de fuga ſuſpecti ab actore iurāte an à iudice incompetenti admitti poſſit.*

Effectus Sextus.

CVm aliquis prætendit ſuum debitorẽ eſſe de fuga ſuſpectum, petitq; à Iudice cõcedi ſibi familiam pro eo capiendo, ad effectum, vt caueat, communis practica inoleuit, vt creditor doceat ſummariè de credito, & præſtito iuramento quod habeat eum ſuſpectum de fuga, iudex familiam con-
1 cedat; hicque pernotabilis † eſt iuriſiurandi effectus, vt fugæ ſuſpitio iuramento probetur. Videndum eſt igitur de concluſionis huius veritate, & huiuſmodi practicæ fundamẽto, quam inquit Pauli conſ. vlt. num. 7. verſ. præterea non plus, lib. 1. totus mundus obſeruat. & applaudit Iaſ. l. 2. nu. 30. ff. ſol. matrim. & in l. apertiſsimi, nu. 22. in fi. C. de iudic. & non paucos magnosq; habet impugnatores, & non leuioris authoritatis defenſores.

2 Non ſufficere † iuramentum ad huiuſmodi ſuſpicionem probãdam notat poſt alios Alex. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum, nu. 12. vbi Iaſ. num. 11. verſ. breuiter veritas, ff. qui ſatiſda. cogant. eſtq; receptior ſententia, quam dicit magis communem Decius in conſil. 75. num. 1. verſ. quarto hoc deducitur, & magis communem appellat etiam Pariſ. conſi. 101. nu. 3. lib. 3. & multos citat Duen. Reg. 175. num. 3. verſ. contraria tamen, cum alijs de quibus Viui. in ſuis communibus opinio. 177. nu. 5. verſ. in contrarium cum deductis per Maſcard. Concl. 823. in princ. de probat. & de communiori teſtatur Burſat. conſ. 241. num. 18. lib. 3. Rolan. conſ. 65. nu. 11. lib. 3.

3 Quod ſolum † iuſiurandum ſufficiat, voluerunt Angel. Imola, Salicet. & Roman. relati per Iaſ. in d. §. ſi fideiuſſor, nume. 11. & per Alex. ibid. ſimiliter num. 11. Marſil. ſing. 282. verſ. idem debet dicere, Natta, conſ. 430. num. 11. & 26. lib. 2. Pariſ. conſ. 99. nume. 27. & 32. vbi de communi, lib. 3. & communiter eſſe receptam & practicatam teſtatur Duenn. in Reg. 175. num. 3. in 3. ampliat. Viu. dicta opin. 177. in princ. & in verſic. quidquid tamen, cum congeſtis per Maſcard. Concl. 823. num. 4.

Cæterum, Angel. in alio loco, ſcilicet, in l. ſi ab arbitro, §. 1. ff. qui
4 ſatiſd. cogan. intrepidè aſſeruit, † quod imperiti Aſſeſſores, ſequendo ignorantes aduocatos, immediatè oſtenſo Inſtrumento debiti, & iurata ſuſpitione, conſueuerunt familiam concedere pro captura debitoris, & male facere, ſeque multos ita captos feciſſe relaxari,
5 cum † probare opporteat, quod tempore contracti debiti erat idoneus, quod ſuperuenit calamitas, & deterioratio conditionis, & ſuper his inducere ſaltem duos teſtes, & tunc his ſummarie probatis delato iuramento quod creditor habet debitorem de fuga ſuſpectum, poterit iudex ad capturam procedere; Sentit ergo, quod ſuſpitio

ſpitio fugæ poſsit probari per iuramentum, ſed quod ex ſola præſtatione huius iuriſiurandi,& oſtenſione crediti,procedatur ad capturam,iniquum exiſtimauit,& Ang.ſequuti ſunt multi, de quib. Marſil.d.Sing.282.verſ.& ideo dixit.Pariſ.conſ.101.nu.5.lib.3.Catellian.in Memorial.ſuper ver.debitor non poteſt,Maſcar. d. Concluſ.823.num.8.

6 Omneſq; † eę qualitates ab Angelo requiſitæ, & ſupra relatæ, probantur etiam ab alijs: nam in primis faciendum eſse fidem de credito,voluit Iaſ.in d.§.ſi ſatiſdatum, num.12.13.& 14. & paſsim omnes admittunt.

7 Eſſeque † debet clarum, & liquidum. Decius in conſi.75.col.1. verſ.quinto ſuadetur,& verſ.ſexto etiam facit. Marſil.d.Sing.282. Paul.in conſ.31.nu.1.& conſ.vlt.nu.7.lib.1.

8 Quid iuris † autem, ſi debitum ſit in diē, vel ſub conditione, & militet iuſta ſuſpitio fugæ, & locus eſt capturæ iuſtificata ſuſpitione Pariſ.d.conſ.101.nu.8.lib.3.Iaſ.in l.2.num.20.de iuriſd.om.iud. & in l.ſi ab arbitro,nu.7.qui ſatiſd.cogant.

9 Neceſſariam eſſe † deteriorationis probationem, dixit Decius d.conſ.75.col.1.verſ.tertio quia. Pariſ.d.conſ.101. num.5. & conſ. 99.num.25.lib.3.Catellian.in d.ver.debitor non poteſt,& verſ.ſeq. Marſil.d.ſing.282.Paul.d.conſ.vlt.num.6.lib.1.Gramm. conſ.ciuili 17.nu.13.& 15.Rim.conſ.61.nu.16.lib.1.Rom.conſ.320.nu.3.Nat. conſ.430.nu.12.li.2.Menoc.de arb.q.lib.2.Cent.1.Caſu 87.nu.16. Seraph.de priuil.iura.priuil.46. & ſeq. Nam ſi tēpore cōtractus erat inops,inquit eum allegare ſuſpectum,Rimin.conſ.33.nu.12. lib.1.

Animaduertas autem ad vnum,in quo plures hic in Vrbe errare
10 vidi,quod † Iudice aliàs nō deferente, iurant ex ſe ipſis ſuper ſuſpitione fugæ:quia niſi iudex deferat tale iuramentum, nil operatur, vt ſentit Ang.ſuprà relatus,& expreſsè aduertit Pariſ.in d.conſ.101. nu.3.lib.3.& Seraphin.de priuileg.iuram.priuil.7.nu.37.

Et licet plerique velint, non ſufficere in genere dicere quod ſit
11 ſuſpectus,ſed † allegandà ſit cauſa ſuſpitionis: nihilominus huiuſmodi cauſa probatur iuramento creditoris, vt placuit Caſtrenſi,in d.conſ.vlt.num.8.lib.1.

12 Quæ † ſint autem legitimæ coniecturæ ad ſuſpicandum de fuga,refert Pariſ.d.conſ.99.num.19.& ſeq.lib.3. Menoch. dicto Caſu 87.num.8.& ſeq.

13 Longeque † diſtat,an debitor ſit ſuſpectus ne fugiat, vel iam fuga ſit in eſſe: quia tunc facilius ſtatur iureiurando creditoris. Menoch.d.Caſu 87.num.3.Maſcar.d.concluſ.823.nume.20. Non deſunt enim Doctores,vbi periculum ſit in mora, volentes ſolum iuramentum ſufficere facta fide de credito, vt recenſet Seraphin. de priuileg.iuram.priuileg.7.num.30.& ſeq.

Quid

14 Quid ſi † debitor ſit forenſis, & in ſuo domicilio ſtabilia poſsideat, an ſuſpectus iurari poſsit? & pro negatiua reſpondit Decius, dicto conſ.75. verſic. octauo, & vltimo, Natta d. conſ.430. num.14. & 15. lib.2.

15 Et nihilominus etiam, præmiſsis † non ſeruatis, quia paſsim inoleuit practica, vt docto de credito, iurataque ſuſpitione, captura cō cedatur, dixit Caſtr. in l. iuſto, in princ. ff. de vſucap. vt propter frequentem huiuſmodi vſum, ne contingat innumeras capturas irritari, captura debeat ſuſtineri, quod placuit etiam Marſil. in dicto Singul.282.

16 Sed cum † hæc ſentētia repugnet tot approbatis authoritatibus paſsim admiſsis, prout ſentimus, cæteris ſummariè probatis (etiam parte non citata, Catellian. in d. verſ. debitor non poteſt, verſ. & ſuper iſta) ſuſpitionem probari iureiurando creditoris, ita arbitramur capturam non ſuſtinendam, ſi cæterę qualitates ſummariè non ſint probatæ, quoniam captura perſonæ non eſt leuis præiudicij, vt nō nulli exiſtimarunt, imò magnæ ponderationis, cum offendat ſtatū perſonæ, & infamiam irroget. Natta d. conſ.430. num. 8. lib.2. Menochius d. Caſu 87. num. 2. Decius conſ.75. col.1. verſ. quarto hoc deducitur. Roland. conſ.65. nu. 16. lib.3.

17 Econuerſo quæritur oportunè, an † iuramento debitoris probetur, fugam iuſta de cauſa factam. Vide infra in Effectu 117.

18 Quæritur autem, an † proceſſus ſuper fuga fieri poſsit tempore feriarum? & pro affirmatiua concludit poſt alios Iaſ. in l. 1. §. fin. nu. 9. ff. de ferijs. Probata namque fugæ ſuſpitione, debitor capi poterit etiam in diebus feſtiuis. Maſcard. dicta concluſ.823. num. 23. & ratio ſubiungitur in num.24. quoniam ſi aufugeret; fruſtra expectaretur eius reditus, & creditori fieret præiudicium. Seraphin. d. priuileg.7. num.36.

Aliaque nonnulla ad materiam hanc pertinentia Maſcard. in ea concluſione recenſet, quæ ibi videre poteris, & Rotæ deciſionem
19 in par.1. diuerſor. deciſ.151. vbi num.4. habes, † an captura nulla, ex ſuperueniente legitima probatione iuſtificetur. Vide Seraphin. in priuileg.139.

Vnum non eſt prætermittendum, quod non mediocris eſt quę-
20 ſtionis, an † talis captura committi poſsit à iudice incompetenti. & Boſsius in pract. criminali, in tit. de Confeſs. num.52. teſtatur communem eſſe affirmatiuam ſententiam. Iaſ. autē in l.2. num.15. 16. & ſeq. vſque ad 23. incluſiuè, de iuriſd. om. iudi. diſtinguit, & eo caſu, quo periculum ſit in mora, concludit non poſſe dari de iudicis incompetentia, cum tunc ipſimet parti ſit permiſſa captura; Verum Natta in conſ.480. nume.20.21. & ſeq. lib. 2. improbat huiuſmodi fundamentum, quoniam licet in caſu periculi, & inſtantis fugæ, liceat

ceat parti capere fugientem debitorem,iudici tamen non permittitur,niſi eo modo,quo de iure diſponitur,ſcilicèt probatis his, quæ ſupra relata ſunt. Et ſi iuris ordine neglecto procedat, male facit, ibi videas exempla,quæ refert.Roland.autem in conſil.65. num.6. lib.3.firmat communem eſſe ſententiam,quod captura à iudice incompetenti facta, regulariter non valeat; multaſque in id cumulat authoritates, & quod probandæ ſint qualitates ſupra relatæ, de quibus & ipſe latè agit à num. 11. cum multis ſequent. Quare ad tollendas diſputationes,bonum eſt ſeruare ſuprà relatas qualitates, & ita ſentio.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum auget,& efficaciorem reddit obligationem.*
2 *An augeat,& extendat obligationem, non ſine difficultate procedit.*
3 *Quod efficacius obliget,eſt indubitatum.*

Effectus Septimus.

1 SEptimus ſequitur Effectus, vt † propter adhibitum iuſiurandum obligatio augeatur,& efficacior reddatur,vt multis exẽplis comprobat Iaſ.in l.ſi conuenerit,num.8. & ſeq.de iuriſd. omn.iudic.exornat Roland.in conſ.6.num.40.& ſequen.lib. 1.& conſ.8.num.38.& ſeq. ibid. quæ referre omitto,quia cum ſint ſpeciales effectus ipſius iuriſiurandi, de ſingulis infrà agetur ad partem,& hic dumtaxat adnotabitur generalis hic effectus, vt virtute iuramenti obligatio augeatur,& efficacior conſtituatur.

2 At huiuſmodi effectus quoad † ampliationem, & extenſionem obligationis, maximam patitur difficultatem,ex notatis ab Oldrado in conſ.238.num.2.vbi aſſerit iuramentum non augere obligationem,ſed ei intra ſuos limites manenti addere vinculum religionis,& regulari iuxta naturam actus,ſuper quo interponitur. Et ſequuti ſunt multi,de quibus Decius in conſil.180.in fine, & conſil. 240.num.3.Socin.iun.conſ.44.num.46.lib.2.comprobatq; ex pluribus Caballi.de euictio.§.3.num.55.56.& 57.Simon de Pret.conſil.137.nu.139.Laur.de Pinu conſ.73. nu.20. Curt. ſenior in conſ. 75.nu.9.& alij,de quibus in ſeq.effectu.

Sed quia concluſio pendet à veritate alterius concluſionis, ab hoc de quo agitur effectu dependentis,an ſcilicet verum ſit, vt iuramentum intelligatur,& reguletur iuxta naturam actus ſuper quo interponitur, & recipiat omnes illius qualitates, & conditiones, propterea in ſequenti Effectu agemus de huiuſmodi concluſione,

qua

qua abſoluta, veritas præſentis Effectus apparebit, & pro nunc con-
3 cludere ſufficiat, quod † iuramentum efficacius obligat, quod nullum habet contradictorem, quia textus ſunt clari, quod ſemper eſt ſeruandum abſque diſpendio ſalutis, c. cum contingat, cum ſimilibus, de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *An iuramentum reguletur iuxta naturam actus, ſuper quo interponitur, & num. 2.*
3 *Sequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, & nu. 22.*
4 *Recipit omnes eius qualitates, & nu. 25.*
5 *Non ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur; & num. 15. 16. 17. 20. & 21.*
6 *Vide Bart. diſtinctionem, & nu. 7. & 8.*
9 *L. final. C. de non numer. pecun. declaratur, & nu. 10. & ſeq.*
12 *L. finalis, ff. qui ſatiſd. cogant. declaratur.*
13 *L. ſi libertus, ff. de oper. libert. declaratur.*
14 *Cap. 3. de iureiur. declaratur.*
18 *Solus lapſus quinquennij non operatur ratificationem de qua in tit. C. ſi min. fac. ſed aliud requiritur.*
19 *Qualitas cuiusuis diſpoſitionis iudicanda eſt à tempore celebrati contractus, an tunc valeat necne, conditionalis ſit, an purus.*
22 *Sequitur actus naturam primordialem, ſed non accidentalem.*
23 *Non operatur vltra conſenſum.*
24 *Et præmiſſa procedunt in iuramento generaliter appoſito in inſtrumento; & ſecus eſt, ſi ſpecialiter ſuper aliquo ſit iuratum.*

Effectus Octauus.

1 PErdifficilis quæſtionis eſt, an † iuſiurandum intelligatur, & reguletur iuxta naturam actus, ſuper quo interponitur, omneſque illius qualitates conditioneſque recipiat, Doctorumque diſſonantiam iam videre vales ex deductis in præcedenti Effectu, cum quo materia de qua agitur connexa eſt; ſiquidem Iaſ. & Roland. ibi relati, multis comprobant exemplis,
2 quod † auget, ampliatque contractum, in quo interponitur, nec aliàs ſequitur eius naturam, ſed in pluribus alterat. Econtra Oldr. & alij, quos ibi retulimus, id inficiantur, volentes ex quampluribus, quod reſtringatur ad naturam contractus, & nullo modo augeat obligationem, iuxta Decium, in conſil. 240. nume. ſecundo, & ſequen. Erit igitur de veritate quærendum; Nonnulla pro, & contra

contra recenſet Seraphin. de priuileg. iuramen. in priuileg. 153.
3 quod † ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, cum omnibus eius qualitatibus, vltra Decium, Socin.iun. Curt.ſenior. Sim.de Pret. Laur.de Pinu, & Cabal.in præcedenti Effectu citatos, voluerunt Iaſ.in l.2.num.47. C.de iure emphit. Roman.conſ.269. in princ.& Pariſ.conſi.77.num.46.lib.1.Gozadin.conſ.57. num.2. Decius conſi.305.num.6.Pariſ.conſi.110. nume.34.lib.1. Iaſ.l.ſed etſi,§.item ſi iurauero,num.32.quam legit cũ l.ait prætor, de iureiur.cum innumeris,quos congerit Gabr.Concl.10.eo.ti.Menoch. conſ.84.num.31.lib.1.Couarru. lib.2.variar.reſol. c.14.nu. 1. verſ. quinto idem.Plaut.in l.quod te,lib.4.num.29.ff.ſi cert.pet.

4 Recipitque † omnes reſtrictiones, limitationes, ampliationes, & interpretationes,quas capit actus,ſuper quo interponitur.Gozadin.conſi.57.num.2.plura congerit.Iaſ.in l.ſi Inſulam, nu.35. licet hanc ſententiam non ſequatur,de verb.oblig. Tiraq. in præfat.l.ſi vnquam,num.165.C.de reuoc.donat.Pedem. deciſ.41.nume.57. Tiraq.de iu.conſtitu.poſ.par.3.limit.7.num.35.& 36.Caſſador.deciſ.vnica,num.7.de empt.& vendit. Curt.ſen. conſi.3.num.2. Caballin.de euict.§.3.num.55.& ſeq.Grammat.conſi.ciuili 63.nu.4.

Probantque huiuſmodi concluſionem, l.ſi.paſsim ab omnibus in id citata,C.de non numer.pec.l.ſi. ff.qui ſatiſd.cog. l.ſi libertus, de oper. libertor.c.Quintauallis, & c.quemadmodum, & cap.tertium, de iureiur.

5 Contrariam ſententiam, quod † iuramentum non ſequatur naturam actus,ſuper quo interponitur,nec reſtringatur ad illam,ſed quod contractum, & obligationem augeat, & extendat, comprobant ex pluribus Iaſ.in l.ſi inſulam, num.35. verſ.quid tenendum, de verbor.oblig.& latius in l.ſi conuenerit,num.8.& ſeq.de iuriſd. omn.iudic. Natta,conſi.426.num.18.& ſeq. lib.2. Rolan.conſil.6. num.40.& ſequen.lib.1.& conſi.77. vbi latè ibid. Gabr.de donat. Concl.3.num.24.

Recitauimus hactenus Doctorum diſcordes opiniones: videamus modo illorum ſententiam,qui huiuſmodi diſcrepantiam con
6 cordare nituntur; & quamplures ſequuti ſunt doctrinam † Bart. in l.ſi quis pro eo,num.15.ff.de fideiuſſor.diſtinguentis, an ſit defectus in ſolennitate formali, vel in conſenſu: vbi enim conſenſus non deficiat, iuramentum extendit, augetq; obligationem, & dat exemplum in fideiuſſore,qui durius,uel in plus ſe obligauit,quam principalis: hic enim peccatum eſt in forma promiſsionis, quia de iure fideiuſſor in plus, aut durius quam principalis obligari nequit l.Græce,§.illud,& §.ſi.ff.de fideiuſſor. & ſi in huiuſmodi caſu obli-
7 gat, de iure non habet vires: nihilominus, ſi † fideiuſſor ita promittat medio iuramento, obligatio valet, & conſequenter iura-

men-

mentum extendit obligationem, augetque ad id, ad quod eo ceſſante, obligatio non extendebatur; & ratio eſt: quoniam, vt ibi Bar. inquit, is qui iurat, cenſetur obligare ſe velle omni meliori modo, quo poteſt, & ideo ſi talis eius obligatio non valet, vt fideiuſſoria, quia tanquam acceſſoria non exiſtente principali valere ne-
8 quit, ſuſtinetur, vt promiſsio principalis, quia teneri voluit, † ſed vbi defectus eſt in conſenſu, qui vel totaliter deficit, vel certo modo eſt limitatus, tunc iuramentum eodem modo, quo principalis actus regulatur, & limitatur. Pariſ. conſi. 110. num. 33. & ſeq. lib. 1. Ruin. conſi. 6. num. 9. lib. 2. vt particulariter hic iuramenti effectus, quoad fideiuſſorem latius diſcutietur infra in Effectu 15. & Bart. in hoc ſententiam approbarunt Aymo, in conſi. 102. nume. 7. verſ. ſecundo reſpondeo. Iaſ. in l. ſi inſulam, nume. 35. verſ. quid tenendũ, de verb. oblig. Gabr. de iureiur. Concl. 10. num. 2. Alciat. in c. cum contingat, num. 169. eod. tit. aſſerens cum Bart. tranſire cæteros. Rol. conſi. 27. nume. 23. lib. 1. Menoch. conſi. 84. num. 34. lib. 1. vbi licet Menoch. impugnare conetur omnia fundamenta Crau. in d. conſi. 102. non tamen impugnat huiuſmodi declarationem.
9 Ad † l. finalem, C. de non numer. pecun. quæ principaliter citatur pro fundamento eius opinionis, quod iuſiurandum recipiat omnes conditiones contractus ſuper quo interponitur, reſpondetur, hoc ibi euenire, ob præſumptum à lege defectum conſenſus, iuxta Bart. in d. l. ſi quis pro eo, nu. 15. de fideiuſſor. Iaſ. in l. decem, num. 23. de verb. oblig. & in l. ſi conuenerit, nu. 16. de iuriſd. omn. iud. Natta conſ. 426. num. 23. in fi. lib. 2.
10 Cæterum, † hæc diſtinctio prout vera eſt, ita minus probari uidetur ex d. l. finali, C. de nõ numer. pecun. cuius ſunt verba ampla, & clara, quæ ita cantant: Indubitati iuris eſt, non numeratę pecuniæ exceptionem locum habere in fęneraticijs, vel alijs cautionibus, quæ etiam Sacramenti faciunt mentionem: quæ enim eſt differentia in huiuſmodi exceptione, ſiue iuſiurandum poſitum eſt, ſiue non, tam in fęneraticijs, quam alijs inſtrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt? Reddit hic Imperator rationem, cur decreuerit talem exceptionem, etiam in iuratis cautionibus habere locum, per illa verba, quę talem exceptionem recipiunt, ponderando, quod talis exceptio venit ex natura contractus, & ideo ſubdit, nullam eſſe differentiam, ſiue interponatur, ſiue non interponatur, aut non interueniat iuſiurandum, quoniam interpoſito, vel nõ appoſito iuramento, exceptio eſt admittenda. Bene igitur tot, tantiq; Doctores aſſumpſerunt ex hoc textu generalem concluſionẽ, quod iuſiurandum ſit interpretandum iuxta naturam contractus, ſuper quo interponitur, & recipiat eas conditiones, quæ veniant ex natura contractus.

Nec

Nec releuat dicere, quod in his terminis deficiat, aut limitatus ſit conſenſus, ob ſubintellectam conditionem, ſi pecuniæ numerentur: quia præſupponitur debitorem purè, & liberè confeſſum fuiſſe ſe recepiſſe pecunias, idque medio iuramento confirmaſſe, & ſtatuitur, eo non obſtante, exceptionem non numeratæ pecu-
11 niæ opponi poſſe, quia † id venit ex natura contractus, vt tales cõfeſsiones mutui ſemper recipiant huiuſmodi exceptionem, quę cõtractus natura per iuramentum non alteratur, immò, ipſum intelligendum, & interpretandum venit conformiter ad contractum, vt veluti ceſſante iureiurando erat locus exceptioni, pariter ſit locus vbi fuerit iuratum, quoniam contrahentes ſemper præſumuntur velle ſe conformare cum legibus de ea materia loquentibus, l.ſi duo, vbi Bald.not.ff.de acquir.hæred.Bar.l.vxorem,§.teſtamento, de leg.3.Ripa, l.4.§.Cato, nu.35.de verb.oblig.Corn. conſ.190. in prin.lib.3.Rimin.conſi.318.nu.18.lib.2.

Idemque probant alij textus ſupra deducti, in verſ.probatq; huiuſmodi concluſionem. In quibus euidenter apparet, quod Lex iuſiurandum interpretatur cum eiſdem qualitatibus, quæ in princi
12 pali diſpoſitione intelliguntur, ſi ceſſet iuramentum, vt † liquet ex l.fin.ff.qui ſatiſd.cog. vbi dicitur ex iuſta cauſa excuſari non aſsiſtẽtem in iudicio ſicuti iurauerat. Iuſta etenim cauſa excuſaſſet etiã, immò, & multo magis ceſſante iuramento, ſed iuramentum efficacius obligat, vt ſuprà deductum eſt in præcedenti Effectu, & obligat præcisè ad factum, vt videbitur inf. in Effectu 12. ideo ratione iuramenti, maior erat ratio dubitandi: ſed quia ſequitur naturam diſpoſitionis ſuper qua interponitur, idem eſt ſancitum.

13 Idem confirmat, † l.ſi libertus, ff.de oper. libertor. quia ratio ibi reddita per Iureconſultum, quod ea eſt mens promittẽtis tot operas, quot Dominus fuerit arbitratus, quia ſperet Dominum æquè arbitraturum, ita militat, ſi has operas ſimpliciter ſicut ſi medio iuramento promittat, & ideo pariformis determinatio ſit etiam ſi ſit iuratum.

14 Et idem † colligitur ex cap.3.extra de iureiur. vbi ſummus Pontifex ſubintelligit in iuramento eas conditiones, quæ ceſſante iureiurando in ea diſpoſitione ſubintellectæ de iure fuiſſent, vt liquet, dum dicitur in eo, promiſſorem non teneri ad ſeruandum promiſſa cum iuramento, ſi pars aduerſa ſibi promiſſa non obſeruauerit: quoniam ſubintelligitur in ea promiſsione conditio, ſi ex aduerſo fuerit obſeruatum, quæ conditio, vtique ceſſante etiam iuramento, de iure inerat, l.cum proponas, la ſeconda, cum ſimilibus. C.de pact. iuſiurandum itaque ſuper huiuſmodi promiſsione interpoſitum, naturam contractus non alterat, ſed ſecundum illam interpretatur.

Quo retento, periculoſi videntur multi, ex Effectibus relatis à Iaſ.Rolan.Natta, & alijs ſupra citatis, qui tamen ſuſtineri poſſunt, vt deducemus in Effectu proximè referendo; ſed quia particulariter infra de eorum ſingulis agetur, & ob materiæ coniunctionē, & connexitatem ſeriatim in proximè referendis Effectibus continuabuntur, vlterius modo nō eſt inſiſtendū, niſi quod recitandæ ſunt nonnullæ Limitationes in hac materia à Doctoribus ponderatæ, quæ nullo modo ſunt ſilentio prætereundæ.

15 Et primum, ponderauit Aymo in conſ.102.num.7.† iuſiurandū non recipere conditiones actus, ſuper quo interponitur, cum conditio reſpicit actus validitatem: quia tunc iuramentum confeſtim diſpoſitionem nulla expectata conditione confirmat: exemplificat in alienatione facta per Minorem ſine ſolennitatibus, quæ non valet, & nihilominus lapſu temporis confirmatur, ſi maior factus taceat per quinquennium, toto tit. C.ſi maior fact. quod ſi minor cum iuramento alienet, ſtatim tenet alienatio, Auth. Sacramenta puberum, C.ſi aduerſ.venditi. Proinde ſequitur, quod iuramentū in huiuſmodi caſu non recipiat eam conditionem, ſi maior factus tacendo ratificet, quæ inerat diſpoſitioni, remoto iureiurando.

Ad huiuſmodi Limitationem reſpondet Menoch. in conſi.84.
16 num.32.lib.1.ſed † reſponſio non inſeruit terminis noſtris; dicas minus eſſe verum, quod alienatio minus ſolenniter à minore facta ſit conditionalis, niſi maior factus ratificauerit: quoniam nullibi probatur huiuſmodi conditio, cum ſtatim facta ſit nullius roboris, abſque vlla conditione, §.1.Inſtit.de author.tut.§.nunc admonendi, quib.alien.lic.ibid.l.2.& toto tit.C.de prędi.& alijs reb.minor. Corneus conſ.207.in princ.lib.3.

17 Nec refragatur, † quod ſi maior factus quinquennio taceat, alienatio ſuſtineatur; quia non propterea ſequitur, quod alienatio fuerit conditionalis, & quod validatio cauſetur ab implemento alicuius conditionis, cum id eueniat alia ratione, nempè, ex eo, quod ceſſauit obſtaculum minoritatis cauſans nullitatem, nouusq; conſenſus à iure præſumptus ad alienationis validitatem superuenit, vt latè proſequitur Pariſ.in conſi.49.nu.20.& plurib.ſeq.lib.1.

18 Nec † ſolus quinquennij lapſus habilis eſt ad inducēdam approbationem, niſi etiam doceatur, quod factus maior, notitiā habuerit nullitatis venditionis, ita, vt credere non debuerit eam valere, vt poſt glo.Bar.Bald.Salyc. & Corneum, qui ibi referuntur, habes in deciſ.Pedemon.177.num.13.prope fin.Roland. conſ.72.nu.18. & ſequen.lib.4.

Et ſi huiuſmodi limitatio foret vera; omnes, & quæcumque diſpoſitiones nullæ, & quicunque contractus minus validi, dici poſſent conditionales, cum omnes poſſint ratificari, & approbari, &

tamen

tamen nemo dixerit debere ſubintelligi conditionem, niſi ſucceſ-
19 ſiuè fuerint approbati: Quia † qualitas cuiuſuis diſpoſitionis iudicanda eſt à tempore celebrati contractus, an tunc valeat, vel nè conditionalis, an purus ſit, ad c. ſi eo tempore, de reſcr. in 6. conſonant notata per Gygant. in reſpon. 31. num. 7. & 8.

Secunda eſt Limitatio Aymon. in d. conſ. 102. nu. 7. verſ. ſecun-
20 do reſpondeo, quod iuſiurandum non recipit conditiones contractus, in quo apponitur, quando deficit conſenſus, vel eſt certo modo limitatus, quæ veriſsima eſt, & eam ſequuntur Roland. conſil. 6. num. 38. lib. 1. & alij, relati per Menoch. d. conſ. 84. num. 34. libro 1. Et ratio eſt in promptu: quia ſi deficit conſenſus, iuſiurandum nil operatur. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. c. 14. nu. 1. ver. quinto idem. Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num. 148. C. de reuoc. donat. vel ſi eſt limitatus, non extenditur vltra limites, quia limitata cauſa, limitatum producit effectum, l. in agris, ff. de acq. rer. dom.

Aduertendum eſt autem, quomodo hæc limitatio applicetur, quoniam exemplum datum de l. fin. C. de non numer. pecun. oſtẽdimus ſupra, in verſ. cæterum hæc diſtinctio, & in verſ. ſequenti, non adaptari.

Limitationi locus erit, ſi per errorem contractus iuramento fir-
21 metur, quia cum errans nõ conſentiat, l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. iudic. iſtique dici non poterit, huiuſmodi iuramentum fore interpretandum cum qualitatibus, & conditionibus ipſius contractus; vel ſi iuramentum cum aliqua limitatione, aut reſtrictione præſtetur, tunc enim non poterit ampliari, vel aliter intelligi, ſtante limitatione iurantis; aliàs, ſi iuſiurandum ſimpliciter ſuper contractu præſtitum fuerit, recipiet omnes eius qualitates, & conditiones, ex ſupra relatis.

Tertia Limitatio refertur ab Aymon. in d. conſ. 102. num. 7. ver
22 ſic. quarto reſpondeo. quod illa † Regula procedit in his quæ ſunt de natura actus primordiali, & ſecus in accidẽtali, quam limitationẽ vltra Decium, & Iaſ. in locis ibi citatis à Crauetta, ſequuti ſunt Natta, in conſ. 426. num. 19. lib. 2. Gabr. Concl. 10. nu. 3. de iureiu. & Menoch. d. conſ. 84. nu. 36. Rolan. conſ. 6. nu. 37. lib. 1. Seraph. de priuil. iuram. in priuil. 153. nu. 2. & in priuil. 74. num. 17. Gomeſ. in §. item, ſi quis poſtulante, nu. 7. verſ. non obſtat fundamentum, Inſtitut. de action.

Quarta eſt Limitatio eiuſdem Aymon. ibid. num. 7. verſ. quin-
23 to reſpondeo; quod † Regula procedit in conditionibus, quæ de partium conſenſu contractibus inſunt, & vltra conſenſum iuſiurãdum non operari, quod veriſsimum eſt. Menoc. d. conſ. 84. nu. 37. & ſeq. ſed mihi reincidere videtur in idem cum ſecunda, cum vtraque Limitatio reſtringatur ad limites conſenſus, & vltrà non pro-

grediatur, cum ab eo conuentiones legem accipiant, l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſiti.

24 Declara tamen, † præmiſſa procedere in iuramento præſtito generaliter ſuper inſtrumento, vt intelligatur iuxta naturam actus, ſecus autem in iuramento præſtito in ſpecie, Gabr. de iureiur. Concluſ. 10. num. 4.

25 Remanet ergo Regula ſtabilis, & firma, quod iuramentum recipit omnes reſtrictiones, qualitates, & conditiones, quas actus, ſuper quo interponitur; recipit tamen plures Limitationes, quas ſeriatim colliges ex Effectibus proximè referendis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum facit actum valere omni meliori modo, quo poteſt.*
2 *Relicta in teſtamento nullo ſunt inualida, & appoſito iuramento debentur, & rationem vide nu. 3.*
4 *Iuramentum auget, & extendit naturam actus, ſuper quo apponitur vide, nu. 7. 9. & 10.*
5 *Alio titulo relicta, iuramentum valere facit iure inſtitutionis.*
6 *Regula hæc eſt veriſſima, iuramentum ſequi naturam actus ſuper quo interponitur, licet limitationem admittat.*
8 *Iuſiurandum modo limitari & reſtringi à natura cõtractus ex præſumpta mente iurantis; modo contractum extendere prout coniecturata iurantis voluntas ſignificabit, non eſt inconueniens.*
11 *Tunc iuramentum extendit, & auget, quando eo modo nil operaretur.*
12 *In his quæ ſpecificari debent, ſi omittantur, nil operatur.*
13 *Nec vbi expreſſi ſunt modi inepti, & apti non deſcendunt ab expreſſis.*
14 *Declaratio regulæ de qua in num. 1.*
15 *Alia declaratio.*

Effectus Nonus.

AD docendum iuſiurandum non ſequi naturam actus, ſed ampliare augereque diſpoſitionem ſuper qua interponitur, in capite libri deducitur vulgaris, ſed mirabilis eius Effectus, faciens † valere actum eo meliori modo, quo de iure fieri poteſt. Viuius opin. 1365. nu. 18. per textum, quem omnes ſingularem dicunt, in l. cum Pater, §. Filius matrem, de leg. 2. vbi filius matrem hæredem ſcripſerat, & fideicommiſſa tabulis data cum iuriſiurandi religione præſtari rogauerat, cum te-

ſtamen-

ſtamentum nullum eſſet, deciditur matrem vti legitimam hæredem, cogendam fideicommiſſa præſtare, reddita ratione: quod obnixæ voluntatis preces ad omnis ſucceſsionis ſpeciem porrectæ videbantur.

2 Ceſſante † enim iuramento relicta in teſtamento nullo, nō ſunt ſoluenda, l. ſi veritas, l. ex teſtamento, C. de fideicom. Si autem uti appoſitum ſit iuramentum, præſtari debent, euidenter infertur, quod iuſiurandum ampliat diſpoſitionem, quam valere facit eo modo quo poteſt, vbi ceſſante iuramento, non valebat. Iaſ. in l. ſi quis maior, num. 22. C. de tranſaction. Pariſ. conſ. 109. nu. 11. & conſil. 110. num. 6. lib. 1. & conſ. 32. num. 51. ibid. Socin. iun. conſ. 118. num. 12. lib. 2. Alex. conſ. 37. num. 26. lib. 2. Decius conſ. 404. nu. 9. Tiraquel. in præfat. l. ſi vnquam, nume. 133. C. de reuoc. donat. Pedemon. deciſ. 75. num. 7. Ruin. conſ. 6. nume. 8. & 10. lib. 2. Viuius opin. 434. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 98. nu. 1. Grat. conſ. 70. nume. 24. & ſeq. lib. 1.

Et de huiuſmodi Effectu primo loco contra Regulam in præcedenti Effectu firmatam, opponit Iaſ. in l. ſi conuenerit, num. 8. ff. de iuriſd. omn. iudic. de natura ſiquidem teſtamenti inualidi eſt, ut in

3 eo relicta, non debeantur, ex legibus ſupra proximè deductis, † & ratio eſt: quia quod nullum eſt, nullum parit effectum, c. non præſtat, de reg. iur. in 6. Socin. conſil. 18. nu. 20. lib. 1. Cotta, in memor. ſuper ver. actus nullus. Nihilominus, iuramenti uirtus præter actus naturam, facit in eo relicta deberi.

Hinc motus Iaſ. vbi ſupra, contrariam Regulam ex diametro cō

4 ſtituit, quod † iuſiurandum actus naturam non ſequatur, ſed illum augeat, & extendat, quam ſequuti ſunt alij, in præcedenti Effectu relati.

5 Hinc etiam eſt, quod † vbi filijs in teſtamento non eſt relictum titulo inſtitutionis, ſi adſit iuramentum, facit illud valere iure inſtitutionis, Crot. in l. ſtipulatio hoc modo, nume. 19. de verbor. oblig.

Quonam igitur pacto regulæ ſic contrariæ, ac repugnantes conciliantur? Concluſiones quidem, effectusque hinc inde relati ve-

6 ri ſunt: Crediderim autem verius eſſe, vt † Regula conſtituatur, vt prædiximus in præcedenti Effectu, iuramentum ſcilicet ſequi naturam actus in quo apponitur: ſed quia facit illum valere omni meliori modo, Regula limitetur in multis caſibus, de quibus Iaſ. Rol. Aymo, & alij ſupra relati.

Nam quod iuſiurandum ſequatur naturam actus, ſuper quo interponitur, congruit magis iuris diſpoſitioni, ex quo venit acceſſoriè ad principalem actū, cui apponitur, c. acceſſoriū, de reg. iur. in 6.

7 Nec inconuenit, vt interdum ex præſumpta voluntate iurantis au

P 2 geat,

geat, amplietque diſpoſitionem: quia ſicuti non repugnat, vt ratio reſtringat,& ampliet Legis diſpoſitionem,l.cum pater,§.dulciſſimis,de leg.2.Iaſ.l.de quibus,num.5.ff.de legib.Ripa,lib.1.reſponſor.cap.3.num.13.Gozadin.conſ.1.nume.17.& 43. Aymo,conſil.
8 201.num.36.ita nec repugnare dicendum eſt, vt † ex præſumpta mente iurantis iuſiurandum modo limitetur, & reſtringatur à natura contractus, & modo contractum ampliet, & extendat, prout coniecturata iurantis voluntas ſignificabit,& huic conciliationi arrident 2.& 4. Limitatio ſupra relatæ.

9 Ideo Soc.iun.in conſ.44.num.47.lib.2. dicebat, † extenſionem habere locum,cum actus non valet ob defectum ſolennitatis,quia iuramentum ſupplet,ſecus autem,ſi partes ita agere noluerint.Cui conſonat Cagnolus in l.2.num.23.C.de reſcind. vendit.Aret.conſil.24.nu.5.Bar.in l.ſi quis pro eo,nu.15.ff.de fideiuſſor. vide inf.in Effectu 16.verſ.ſunt qui dicant.

10 Firmanda eſt igitur. Regula,† quod iuſiurandum ſequatur naturam actus cui apponitur, & recipiat omnes illius qualitates, & conditiones, ſed quandoque diſpoſitionem ampliet, & extendat, prout generaliter id facit in omnibus caſibus, in quibus actus ceſſante iuramento eſt inualidus, quia cum uirtute iuriſiurandi tunc veniat obſeruandus, vt latè deductum eſt ſupra in 3.quæſt. primi Effectus. Indubitatum eſt,vt in omnibus illis caſibus iuſiurandum non ſequatur naturam actus,ſed diſpoſitionem extẽdat, prout ampliat in alijs caſibus,de quibus Iaſ.in d.l.ſi conuenerit,nu.8. & ſeq. de quorum veritate ſucceſsiuè ſeparatim diſcutietur.

Sed ex eo quod aliquid addat diſpoſitioni, non ſequitur, quin in cæteris non recipiat tacitam conditionem, quæ ineſt ex natura contractus,ad Dec.in d.l.ſi conuenerit, nume.9.verſ. quarto quia, & num.7. & quod regulariter non trahatur ad eos caſus, ad quos ceſſante iuramento non traheretur.videatur Alex.conſi.28.nu.12. lib.1.& conſi.48.num.11.lib.7.Cagnol.l.2. num.97. C.de reſcind. vendit.Tiraq.in præfat.l.ſi vnquam, num.140. C. de reuoc.donat. Celſ.Vgo,conſ.24.nu.19.vbi de communi.

Hæc erit igitur prima Limitatio Regulæ iam firmatæ.

11 Quam tamen intellige, vt tunc † actus valeat eo meliori modo quo poteſt, quando nil operatur eo modo, quo celebratur, ſed ſi aliquo modo in ea forma valeret,tunc non eſſet iuramẽtum extendendum. Alc.in c.cum contingat,num.165. verſ.tertia declaratio, de iureiur.

12 Adnotauit autem Ruin.in conſil.6.num.8. lib.ſecundo,† quod iuramentum in his quæ ſpecificari debent, ſi omittantur, nihil operatur.

Et Alc.in l.1.§.ſi quis ita, nu.19.de verb.obl. dixit Regulã hanc

non

13 non procedere, quando † expreſsi ſunt tantum modi inepti, modiq; apti non deſcendunt ab expreſsis.

14 Aduertendum eſt autem, quod † ſuprà citatus textus, in l.cum pater,§.filius matrem,de leg.2.vnde ſumitur ea Regula,quòd iuramentum faciat actum valere omni meliori modo, quo valere poteſt,declarandus eſt, vt procedat, cum id quod eſt in diſpoſitione expreſſum, non valet vt agitur, vt valeat eo modo, quo valere poteſt,ſed non operatur, nec habet huiuſmodi virtutem, vt id quod ſpecialiter eſt exprimẽdum, ſi taceatur, habeatur pro expreſſo propter iuramentum : quia quoad factum aliundè pendens, & quod partes ignorant,non habet vim conſenſus,vt poſt alios ab eo relatos declarat Riminal.iun. conſil.ſeptuageſimoſecundo, num.146. & ſequen. lib.1.

15 Rurſus † declara, vt procedat, quando iuramentum adijcitur actui in quo eſt defectus ſolennitatis, ſecus vbi valere nequit ex defectu ſubſtantiæ, vel conſenſus,Soc.iun.in conſi.45. num.49.lib.2. Boerius deciſ.3.num.8.Gabriel.conſ.137.num.27.vbi nu.26.& aliter limitat, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio nulliter facta verbis directis, appoſito iuramento, valet vt obliqua.*

Effectus Decimus.

1 NEc exiguus eſt is Effectus, quem decimo loco referimus, & in quo iuſiurãdum relicta diſpoſitionis natura, illam extendit, (& erit ſecunda Limitatio) † quando ſcilicet facta eſt ſubſtitutio nulliter, verbis directis, quæ ſi appoſitum ſit iuſiurandum,valet ut obliqua, vt adnotauit Bald.in l.ſi iure,C.de teſtam.manumiſs.& in l.verbis ciuilibus, nume.2.verſic. item eſt iſta gloſ.de vulg. & pupill. vbi licet de iuramento non loquatur,ſed de Clauſula Codicillari, efficiente huiuſmodi effectũ, idem tamen operatur iuſiurandum,cum habeat vim Clauſulæ Codicillaris, vt infra ſuo loco deducetur, in Effectu ſubſequenti. Sequutus eſt Iaſ.in l.ſi conuenerit,num.9. de iuriſd.omn.iudic.idem in l.eam quam, nume. 115.C.de fideicom.& in §.item ſi quis, il ſecondo,num.14.verſ.item etiam per illum textum, Inſtit.de action. & in l.verbis ciuilibus,nu.13. & ſequen.ff.de vulg.& pupill.Natta, conſil.426.num.23.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Inſiurandum habet vim Clauſulæ Codicillaris, & nu.4. & 5.*
2 *Proinde, ſi in teſtamento appoſiti ſint tantum quinque teſtes, ſtante iuramento, valet vt Codicillus.*
3 *Et venientes ab inteſtato cenſentur rogati, vt reſtituant.*
6 *Et habet alios effectus Clauſulæ Codicillaris.*

Effectus Vndecimus.

1 IVſiurandum † habet vim Clauſulæ Codicillaris, quæ non mediocris eſt effectus. ad Bart. in l. ſi quis pro eo, num. 13. verſ. ad vnum tamen, ff. de fideiuſſor. Bal. & alij, in l. cum pater, §. filius matrem, de leg. 2. Iaſ. qui alios citat, in l. ſi conuenerit, num. 10. de iuriſd. omn. iud. & in l. eam quam, num. 17. C. de fideicom. & in l. verbis ciuilibus, num. 14. ff. de vulg. & pupill. Curt. ſen. conſil. 75. num. 5. verſ. quid tamen. Alpha. in ſuis Collectan. nu. 317. Seraph. de priuil. iuram. priu. 97. Viui. opin. 1365. nu. 17.

2 Proinde † ſi conditum eſt teſtamentum, & appoſiti tãtum quinque teſtes, ſi ſit iureiurando vallatum, licet non valeat, vt teſtamentum, ſuſtinetur vt Codicillus, Bar. ibid. Iaſ. vbi ſupra. Eritque tertia prædictæ Regulæ limitatio.

3 Et † venientes ab inteſtato intelliguntur rogati vt reſtituant, notant omnes, in d. §. filius matrem, & Iaſ. in d. l. eam quam, nume. 17. Alpha. d. num. 317. verſ. adde quod venientes. Corne. in Authen. Ex cauſa, num. 15. verſ. ſexto fallit, C. de lib. præterit. Pariſ. in conſil. 65. num. 19. lib. 2.

4 Inferrique poteſt † quod ſicuti facto caduco teſtamento, ex obitu hęredis viuente teſtatore, iuxta l. vnicam, §. pro ſecundo, C. de caduc. toll. ſuſtinetur teſtamentum ex virtute prædictæ Clauſulæ Codicillaris, ex deductis per Marſil. in Singul. 544. ita & ſuſtineatur, ſi appoſitum ſit iuramentum, cum ſit eiuſdem ponderis, vt liquet ex prædictis.

5 Parique † ratione, ſi teſtamentum ſit nullum, quoniam in eo filius eſt præteritus, ſicuti ſtante Clauſula Codicillari teſtamentũ ſuſtinetur, vt inquit Pariſ. in conſ. 3. nu. 10. lib. 3. vel ſaltem venientes ab inteſtato rogati cenſentur reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto, retenta Trebellianica, Iaſ. in l. ſi filius, nume. 13. ff. de lib. & poſthum. idem dicendũ venit appoſito iuramento, cum ex iam dictis liqueat paris eſſe virtutis.

6 Et in ſumma, idem † inferri poteſt quoad alios effectus Clauſulæ Codicillaris, vide Seraph. d. priuil. 97. per totum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
2 *Stante iuramento quis cogitur præcisè ad factum. Contra nume. 3. & vide num. 4.*
5 *Magna dubitatio an poſſit impleri per æquipollens.*
6 *Vbi factum impleri nequit, tunc ſufficit præſtare intereſſe.*
7 *Reus ſimpliciter confitens delictum, poteſt ex interuallo illud excuſare. Fallit, vt num. ſeq.*

Effectus Duodecimus.

MAgnus eſt ſequens duodecimus Effectus, ob quem valde augetur diſpoſitio, cui iuſiurãdum adijcitur, & quarta eſt Regulæ Limitatio, ſi quidem, de iure communi,
1 in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, l. 1. in prin. ff. de act. empt. l. ſtipulationes non diuiduntur, verſ. Celſus, de verb. obl. l. ſi quis ab alio, §. ſi quis promiſerit, vbi Bar. Ang.
2 Imola, & Ripenſ. ff. de re iudic. Nihilominus, † ſi promiſsio faciẽdi, ſit iureiurando vallata, cogitur promittens præcisè ad faciendum, & ſoluendo intereſſe, non liberatur, vt voluit Iaſ. in d. l. ſi conuenerit, nu. 10. ff. de iuriſd. omn. iud. Rolan. qui multos congerit, & teſtatur de communi, in conſ. 6. nu. 32. lib. 1. & nu. ſeq. prout teſtatur etiã Soc. in conſ. 90. nu. 10. lib. 4. Natta, conſ. 426. nu. 4. & plurib. ſeq. vbi latè, lib. 2. Iaſ. in l. eum qui, §. ſi iurauero, nu. 6. de iureiu. Couar. var. reſol. c. 15. nu. 3. verſ. ſecundum hic, lib. 2. Gozad. conſ. 32. num. 12. Alex. conſ. 91. nu. 6. lib. 2. Imola, in c. veniens, nu. 2. circa medium, de iureiur. Pedem. deciſ. 92. nu. 19. cũ alijs de quibus Viu. opi. 115. num. 2. & opi. 559. & habetur in deciſ. Rotę Lucen. par. 1. deciſ. 38. nu. 8. & ſeq. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 148. nume. 15. & ſeq. Boer. conſ. 24. nu. 9. Rimin. ſuper Inſtit. de teſtam. nu. 392. Grat. conſ. 86. nu. 18. & conſ. 95. nu. 19. lib. 1. Seraph. de priuil. iuram. priu. 74. Gomeſ. §. itẽ ſi quis poſtulante, num. 7. Inſtit. de action. Bero. conſi. 137. num. 7. 8. & 14. lib. 1.

3 Cõtrarium † vult Corneus in conſ. 256. col. 2. & 3. vbi latè id defendit, lib. 4. affirmans iuramento non obſtante, promiſſorem liberari ſoluto intereſſe, & non poſſe aliàs cogi præcisè ad factum, motus inter alia, in verſ. tamen his non obſtantibus, quod iuramentũ aſſumit naturam contractus, & ideo, iuxta illam eſt iudicandum, & propterea ſufficit præſtatio intereſſe; & ſentit Neguz. de pignor. in primo memb. 2. par. nu. 9. cum congeſtis per Viuium, d. opin. 115. nu. 2. verſ. in contrarium verò.

4 Quod iuramentum † obliget præciſè ad factum, communiter citatur gloſ. in l. ſi pecuniam, in principio, ſuper verbo, neceſſe, ff. de condict. cau. data, & eſt communiter receptum, vt patet ex innumeris, quos refert Gabriel. concluſio. octaua, de iureiuran. Gozadin. conſ. 32. num. 12. Alex. conſ. 91. num. 6. lib. 2. Imol. qui val de commendat in c. 1. num. 34. de iudic. de communi Iaſ. l. quoties, num. 36. C. de rei vendic. & conſ. 9. num. 10. lib. 1. & l. eum qui, §. ſi iurauero, num. 6. de iureiur. Natta conſ. 426. num. 4. lib. 2. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. Centur. 4. Caſu 336. num. 31. Dec. l. fin. num. 10. ff. ſi cer. petat. Pedemon. deciſ. 92. num. 19. Rimin. iun. conſ. 575. num. 6. lib. 5. Fely. in c. ad noſtram, num. 12. verſ. ex quo intellectu, de iureiur. eſtq; communis ſententia Legiſtarum, & Canoniſtarũ, teſte Iaſ. in l. ſi pecunia, num. 23. in fi. ff. de condict. cau. data. Rolan. conſ. 6. num. 32. lib. 1.

5 Quamuis autem iuſiurandum obliget prę̨ciſè ad factum, implẽdumq; ſit in forma ſpecifica, magna † nihilominus eſt dubitatio, an poſsit impleri per æquipollens, de quo particulariter infrà, in 20. Effectu diſcutietur.

6 Vbi † autem factum præſtari non poteſt, tunc locus eſt præſtationi intereſſe, ex notatis per Rimin. Inſtitut. de teſtament. nu. 392.

Declarabis tamen, vt quamuis obliget præciſè ad factum, id intelligatur in his, quæ præciſè præſtari, & fieri poſſunt, vt latè comprobat Aymo, conſ. 12. qui videatur.

7 Facit etiam ad terminos huius præciſæ obligationis, quod † licet Reus confitens ſimpliciter delictum, poſsit ex interuallo illud excuſare, vtputa, quod fecerit ad propriam defenſionem, Felyn. in c.
8 cum dilecti, in princ. per illum textum, de accuſat. † attamen, ſi iuraſſet dicere plenam, & meram veritatem, talis excuſatio non admitteretur. Felyn. ibidem Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 135. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum excludit purgationem moræ.*
2 *Quod de iure ciuili non habet difficultatem.*
3 *Et procedit cum partes iurarunt ſeruare promiſſa, ſecùs in ſimplici iuramento.*
4 *Non procedit de æquitate Canonica. Oppoſitum, nu. 15.*
5 *Aequitas Canonica procedit ſi agitur ad euitandam pœnam.*
6 *Reijcitur hæc differentia inter Ius Ciuile, & Canonicum, & vide numero 7. & 9.*
8 *Aequitas Canonica quando intret, & nu. 11.*
10 *Oblatio implendi tollit moram, intellige ſi ſufficienter eſt facta. num. 20.*

L. ſi

12 L. ſi quis maior. C. de tranſactio. non reperitur correcta de Iure Canonico.
13 Rota non audet recedere ab illa æquitate Canonica.
14 Vbi res amplius non eſt integra etiam de æquitate nequit purgari mora. & num. 38. & 39.
16 Nec purgatur vbi pars paſſa eſt damnum, & nu. 18. & 19.
17 Nec quando adeſt pactum reſolutiuum contractus.
21 Nec cum de non implemento iam eſt oppoſitum in actis.
22 Nec quando promiſſor ex dolo non obſeruauit.
23 Et vbi mora incurſa eſt in non implendo conditionem.
24 Nec quando à Lege vel ab homine facta eſt exequutio. & nu. 48.
25 Nec vbi debitor eſt obligatus per publicum inſtrumentum.
26 Et vbi appoſita eſt dies, & pœna.
Præſertim ſi appoſita ſit à teſtatore.
27 Intellige de die expreſſa, ſecus in tacita.
28 Et de die certa, ſecus in incerta.
29 Quid ſi appoſita ſit pœna & non dies.
30 Quid de pœna incerta?
31 Sunt qui velint præmiſſa procedere tantum in contractibus bonæ fidei. Author contra, num. 32.
33 An præmiſſa procedant tantum in pœnis conuentionalibus, vel etiam in his quæ veniunt de mandato Iudicis?
34 Dies interpellat pro homine, etiam quando promiſſio faciendi, vel ſoluendi reſtricta eſt ad certum tempus cum Clauſula, Et abinde citrà, ad creditoris beneplacitum.
35 Moræ purgatio ceſſat, vbi partes renunciarunt facultati purgandi illam.
36 Et quando renunciatum eſt omni iuris, & legum auxilio.
37 Et quando promiſſum eſt omnia attendere, & obſeruare, & in nullo contrauenire.
38 Cum res deſiit eſſe integra.
39 Quid ſi facto partis deſiit res eſſe integra.
40 Fallit ſi mora non eſt commiſſa in omittendo, ſed in faciendo.
41 Nec purgari poteſt in eo caſu, in quo ex ſtatuti diſpoſitione ſeruandus eſt rigor.
42 An Hebræus poſſit purgare moram.
43 Nequit purgari vbi facta eſt nouatio.
44 Nec vbi ſumus in contractu facto in exequutione rei iudicatæ. & numero 62.
45 Nec vbi pœna ipſo facto, & ipſo iure incurritur.
46 Nec vbi lapſus eſt terminus datus in ſecundo proclamate.
47 Nec poſtquam lis eſt conteſtata. & nu. 52. & 57.
49 Nec purgari valet, cum ius partis eſt factum deterius. & nu. 50.

51 *Ex ſtipulatione Notarij ius non quæritur ante acceptationem.*
53 *Vbi mora eſt geminata, ceſſat moræ purgatio.*
54 *Poſt monitionem iudicis de implenda voluntate teſtatoris, ceſſat purgatio.*
55 *Ceſſat etiam poſt mandatum iudicis de reſpondendo poſitionibus.*
56 *Et in vltimis voluntatibus, vbi exequutio fit ipſo iure.*
58 *Et vbicunque non eſt poſſibilis rei repoſitio in priſtinum ſtatum.*
59 *Vbi in diſpoſitione poſitæ ſunt dictiones præciſæ.*
60 *Et vbi mora committitur in facultate prius competente moroſo, & poſt eius moram transfuſa in alium.*
61 *Nec cum proceſſum eſt ad pœnam priuationis.*
62 *Nec quando iam proceſſum eſt ad exequutionem, & nu. 24. 44. & 48.*
63 *Nec vbi ſumus in mora irregulari.*
64 *Quæ mora irregularis incurritur fauore minorum, & piæ cauſæ, & nu. 65. & in alijs caſibus. nu. 66.*
67 *Nec admittitur in tertij præiudicium.*
68 *Nec quando alter de lucro, alter de damno tractaret.*
69 *Nec cum vaſallus intra diem & annum non petijt inueſtituram.*
70 *Nec quando pœna vna cum re promiſſa peti poteſt.*
71 *Et quando Dominus declarauit rem cecidiſſe in commiſſum.*
72 *Ceſſat moræ purgatio ob Clauſulam, rato manente pacto.*
73 *Et vbicumque ante purgationem eſt alteri ius quæſitum.*
74 *Et tunc admittitur purgatio, cum Actor facit id ad actionem conſeruandam.*
75 *Secùs ſi ad eam acquirendam.*
76 *Nec admittitur vbi ius eſt quæſitum Reo ad excipiendum.*
77 *Vbi cauſa eſt cognoſcenda veritate inſpecta, ſemper purgatio admittitur.*
78 *Etiam in tranſactione purgatio admittitur, ſi eſt modica mora.*
79 *Et vbi promiſſum eſt factum alienum, & promiſſor fecit diligentiam ceſſat mora.*
80 *Vbi mora ipſo iure incurritur, an ſententia declaratoria requiratur, & num. 81. & ſeq.*
83 *Neceſſaria eſt declaratio partis.*
84 *Facere obligatus vel ſoluere, ſi ex iuſta cauſa recuſet, & litiget, non eſt in mora.*
85 *In contractu vltro, citroque obligatorio, ſtatim quod vna pars impleuit, altera eſt in mora.*
86 *Vbi debitum non eſt liquidum, ceſſat mora, etiam ſi adeſſet pars liquida. & num. 87.*
88 *Mora incurſa ob interpellationem remiſſa cenſetur ſi fiat alia interpellatio.*
89 *Item ſi poſt moram aliquid à creditore recipiatur.*

Vbi

90 *Vbi pecunia ſit certo loco ſoluenda, & creditor non doceat ſe ibi fuiſſe.*
91 *Vel ibi procuratorem conſtituiſſe.*
92 *An tunc neceſſe ſit, vt debitor coram iudice proteſtetur.*

Effectus XIII.

SVbſequitur decimuſtertius Effectus, & quinta Regulę Limitatio, in quo iuſiurandum non ſequitur naturam actus, ſuper
1 quo apponitur: nam † vbi partes medio iuramento ſe obligarunt, & permiſſa non obſeruant, virtute iuramenti à moræ purgatione excluduntur. Iaſ. in l. ſi conuenerit, nume. 11. de iuriſd. omn. iud. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 48. nu. 4.

2 Quod † de iure Ciuili nullam habet difficultatem, & frequenti ſcribentium calculo recipitur, ad Dec. in conſ. 452. num. 5. Gabriel. qui plures cumulat, in concluſ. 1. num. 10. de tranſaction. Alexand. conſ. 158. num. 5. lib. 2. & in l. ſi inſulam, nume. 37. vbi Crot. nu. 49. Ripa num. 90. & 112. Ang. num. 19. verſ. ſexto fallit, de verb. oblig. Ripa l. fin. num. 112. C. de reuoc. donat. Aymo conſ. 216. nume. 5. & 23. verſ. impeditur. Cagnol. l. ſi quis maior, num. 151. C. de tranſact. Ruin. conſ. 74. num. 2. lib. 5. Iaſ. conſ. 10. nu. 12. lib. 1. Pedemon. deciſ. 49. num. 12. Viui. Opin. 522. num. 6. & ſeq. Peruſ. deciſ. 96. nu. 11. Proinde vbi vigeret Statutum de ſeruando iure ciuili, res de plano procederet, ad Seraph. in priuileg. 48. nu. 23.

3 Intelligit autem Ripa, tunc † huiuſmodi effectum reſultare, cum partes iurarunt attendere, & obſeruare promiſſa, & ſecus eſſe, ſi iuſiurandum præſtitum ſit ſimpliciter, pro confirmatione contractus in d. l. fin. num. 113. C. de reuoc. donat. & in d. l. ſi inſulam, num. 94. de verb. obligat. cui conſonant deducta infra, in Effectu 19. verſ. eſt autem aduertendum.

4 Limitatur autem hæc concluſio, vt † non procedat de æquitate Canonica, ex congeſtis per Gabr. in d. concluſ. 1. num. 12. Crot. d. l. ſi inſulam, num. 49. verſ. ſecundo fallit, & plures ſequuti ſunt. Marſil. in Sing. 463. Seraphin. d. priuileg. 48. nume. 8. & liquet ex proximè deducendis, volentes, attenta Canonum æquitate, vt morę purgatio non obſtante iuramento ſemper admittatur, dummodò altera pars non ſit paſſa damnum, vt infra deducetur.

5 Hanc † autem Canonicam æquitatem placuit nonnullis procedere, cum agitur ad euitandam pœnam, vt tunc contrauentor moram purgare valeat, vt illam non ſoluat; ſecus verò, vt recuperet amplius implendi facultatem. Pariſ. conſ. 19. nu. 243. lib. 2. Aymo, conſ. 246. num. 4.

6 Reijcitur autem † huiuſmodi Limitatio frequenti Doctorum ſenten-

ſententia, volentium nullam inter Ciuiles, Canonicaſque ſanctiones in his terminis eſſe conſtituendam differentiam: quia l. ſi quis maior, C. de tranſact. in qua fundatur excluſio moræ, de iure Canonico correcta non reperitur, qua ratione moti, exiſtimarunt æquitate Canonum non refragante, ſtante iuramento, moram purgari non poſſe. Dec. conſ. 452. num. 14. & 15. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 12. verſ. contrariam tamen, & num. 13. Ripa, l. ſi inſulam, num. 93. vbi Alex. de verb. oblig. num. 38. Cagnol. d. l. ſi quis maior, nu. 152. & 156. Corne. conſ. 121. col. fi. verſ. inſuper, & ver. ſeq. lib. 1. & conſ. 49. col. penult. verſ. nec obſtat quod dicit Bald. lib. 4. Roman. conſ. 427. num. 8. Ripa l. fin. quæſt. 32. num. 112. C. de reuoc. donat. Pariſ. conſ. 19. num. 241. lib. 2. Ruin. conſ. 20. num. quarto, lib. quarto, Gozadin. conſ. 57. num. 18. verſ. ſeptimo quod. Decian. conſ. 10. num. 5. & 7. lib. 1.

7 Et præſertim † quando vltra iuramentum adiecta eſt pœna. Grat. conſ. 93. num. 69. lib. 1. Seraph. in priuil. 48. num. 22.

8 Eamque † Canonum æquitatem nonnullis placuit habere locũ in foro conſcientiæ, & ſecus eſſe in foro contentioſo. Curt. ſen. in d. l. ſi quis maior, num. 44. inter Repetent. Rimin. iun. conſ. 132. nu. 27. lib. 2. Seraphin. d. priuil. 48. num. 7. & procedere tantum in terris Eccleſiæ. Seraphin. ibid. num. 28.

9 Et † periculoſum videtur firmare, quid potius in praxi ſit ſequẽdum, cum in facti contingentia etiam Sacrum Rotæ Auditorium dubitaſſe videatur: Cum etenim de anno 1572. huiuſmodi dubietas coram A. C. in quadam cauſa Romana Caſalis Capicottæ inter bo. mem. Angelum Capranicam, & Dominos Odeſcalchos occurriſſet, qui cum die 3. Iunij illius anni dictum Caſale conduxiſſent pro 14. annis tunc futuris, incipiendis die prima Septembris proximi, & promiſiſſent accommodare d. Angelo ſcuta mille per totum mẽſem Auguſti, excomputanda poſtmodum in penſione Caſalis, & lapſo menſe Auguſti, & ſcutis mille, non aliàs accõmodatis, D. Angelus die prima Septembris dictum Caſale alteri, & pro maiori penſione locaſſet, declarando aduerſarios ob nõ ſolutas pecunias, & pacta non ſeruata, ab omni contractus cõmodo cecidiſſe; & Domini Odeſcalchi ſub die 3. eiuſdem menſis Septembris, depoſuiſſent cedulam bancariam pro ſolutione dictorum ſcutorum mille, & propterea ſtante celeri ſatisfactione prætenderent licuiſſe purgari moram, ex æquitate iuris Canonici, & tanto magis, quia prætendebant etiam probaſſe per teſtes, quod de menſe Auguſti eas pecunias d. Angelo obtuliſſent, quod tamen meo iudicio, qui teſtium dicta videram, legitimè non probabatur, cũ dubium eſſet vrgens, agereturque inter perſonas graues, concordatum fuit vt cauſa decideretur cum voto Rotæ. Proinde, pluribus in facto præſuppoſitis,

datum

datum fuit dubium tenoris ſequentis. Stantibus in facto præſuppoſitis an Domini Odeſcalchi poſsint agere contra d. Angelum, vt obſeruet locationem, & faciat conſentire ſecundum conductorẽ, qui erat in poſſeſsione. Et partibus hincinde, meque pro d. Angelo informantibus, dubio per R.P.D. Robuſtetium in Sacro Auditorio propoſito, Domini ſub die 21. Nouembris 1572. nil firmantes ediderunt ſequentem diſcurſum formaliter per hęc verba.

Diſcurſus Rotæ.

Die Veneris 21. Nouembris 1572.

Difficultas propoſita fuit diuiſa in tres partes. Prima præſuppoſitis oblationibus, de quibus deponũt teſtes Dominorum de Odeſcalchis, an ipſi fuerint in aliqua mora, etiam inſpecto rigore iuris ciuilis, l. ſi quis maior, C. de tranſact. Secunda, quid circumſcriptis dictis oblationibus. Tertia, an illæ probentur. Circa primam Domi
10 ni reſoluerunt, quod ſtantibus dictis † oblationibus, nulla eſt commiſſa mora, neque contractus reſolutus vigore d. l. ſi quis maior, quæ licet ipſo iure mox inducat exequutionem, & actionem extinguat, tamen requirit dolum, vt ibi notant Scribentes, & alij allegati per informantes, qui dolus abſque dubio ceſſat, ſtantibus iſtis oblationibus: quinimo, cum d. Angelus illas, vt prętenditur, acceptauerit & aſſumpſerit in ſe onus, quod quando vellet eas pecunias ipſe pro illis iret, iuſtè Domini Odeſcalchi interpellationem aliquam expectabant, vt benè deducunt informantes pro iſta parte.

Quoad ſecundam, plures ex Dominis ſi dictæ oblationes de mẽſe Auguſti, vt dicitur, factę, circumſcribantur, tenebant communẽ concluſionem, quod non obſtante diſpoſitione l. ſi quis maior, ex
11 æquitate † Canonica licuerit purgare moram infrà breue tempus, ex pluribus authoritatibus pro hac parte allegatis. Et quia Rota ſolet amplecti iſtam partem, vt aliàs in vna Tarraconen. concordiæ, & nuper in illa Romana mutui, & pluries Rota ita tenuit, licet aliqui ex Dominis dubitarent de iſta Communi opinione ex allegatis hic per informanses pro d. Angelo, aſſerentes non videri vbi nã
12 probetur iſta Doctorum Concluſio, cum † l. ſi quis maior, non reperiatur correcta de iure Canonico, eaque lex inducat exequutionem ipſo iure, ſaltem quoad priuationem actionis, & reſolutionem contractus, & vbi lex ipſo iure ita exequutiuè procedit, etiam de iure Canonico non admittitur purgatio moræ, etiam cum celeri ſatisfactione, vt per gloſ. in cap. cupientes, & in cap. licet Canon, de electione in 6. & deducunt latè Scribentes, in l. ſi inſulam, de verbor. obligat. & denique iſtis placebant rationes Cornei, in conſ. 40. lib. 4. & conſil. 121. lib. 1. cum alijs hic allegatis per informantes.
13 Nihilominus † iſti ijdem Domini non audebant in iudicando recedere ab iſta opinione, toties per Rotam canonizata, & per tot

Docto-

Doctores confirmata; Verum ad tollendas has diſputationes, ordinarunt, vt continuando iſtam diſputationem, iterum proponam cauſam, per vnam, aut duas poſitiones, & in cedula tranſmittenda reſtringam difficultatem ad hoc, Circumſcriptis oblationibus, quæ factæ dicuntur de Menſe Auguſti, & quod locatio alteri facta prima Septembris per d. Angelum non ſit ficta, ſed vera, & realis. An in caſu de quo agitur, poſsit dici res amplius integra, attenta declaratione d. Angeli, & locatione alteri facta pro maiori pretio, ad effectum, de quo agitur. Nam ſi res propter iſta non erit amplius inte-
14 gra, tunc iuxta Dominos intrat communis limitatio, quod † etiam ex æquitate Canonica non licet purgare moram; & in hac difficultate partes hinc inde debent benè, & clarè deducere, an dicatur res integra, quando amittitur lucrum non immediatè propter morã, ex ipſa negligentia, ſed ex accidenti, propter nouos conductores, vel ob tempus ipſum ante moram, vel potius ſit attendẽdum, quod quomodocunque non expediat amplius locatori iterum locare, dicatur res non integra, vt per Ripam & alios allegatos in d. l. ſi inſulam, num. 28. & in hoc inſiſtere debent ambæ partes.

Dixerunt etiam Domini, fore videndum in prima, vel alia poſitione, ſeparatim tamen, an in caſu, de qua agitur ſit attendendum Ius Ciuile, propter ſtatuta Romanorum, cum prætendatur Dominos Odeſcalchos eſſe Romanos, vel potius ius Canonicum, ex quo ſaltem duo ex tribus fratribus ſunt Clerici, & cauſa agitatur coram A.C. Nec ſatis liquet, an ipſi vtantur priuilegio Romanorum, præſertim ſtante Bulla Iulij II. confirmatoria Statutorum: nam ſi attendamus Ius Ciuile, res haberet maiorem difficultatem, circumſcriptis illis oblationibus.

Circa tertiam, nil concluſerunt, niſi, quod viſis ſupradictis ex reſolutionibus fiendis, videbit ponẽs, an ſit neceſſaria reſolutio iſtius difficultatis, & ſi erit neceſſaria, tunc ordinarunt Domini, quod Ponens ſeruando eundem ordinem abſque nouo puncto in cedula tranſmittenda, certioratis prius partibus, reſtringat difficultatẽ, ad hoc, An ſtantibus depoſitionibus teſtium, & exceptionibus cõtra illos, & tota ſerie huius facti, probentur oblationes per Dominos Odeſcalchos articulatæ.

Viſis aũt tot difficultatib. cauſa mediãtib. amicis cõcordata fuit.
15 Et in puncto iuris crediderim etiam de iure † Canonico iuramentum impedire moræ purgationem, cum contraria ſententia, vt etiam dicitur in ſupra relato diſcurſu Rotæ, non habeat iuridicum fundamentum, cum l. ſi quis maior, fundetur ſuper iuramento, & de Iure Canonico correcta nõ reperiatur. Quinimò, cum ius Canonicum maiorem efficaciam iuramento tribuat Ius Ciuile, tãto magis de Iure Canonico procedere debet.

Quod

Quod ſi ampleċti velimus huiuſmodi Canonum æquitatem, vt ſemper mora celeri ſatisfaċtione purgari poſsit, vt Sacrum Audito-
16 rium ampleċti ſolet, intellige primum, vt † ea procedat, quando pars damni aliquid non eſt paſſa, eiuſque iura illæſa perſeuerant. vt per Caputaq. deciſ. 230. num. 3. & deciſ. 231. nu. 2. par. 2. in impreſſ. Curt. ſen. in d. l. ſi quis maior, nume. 44. inter Repetentes. Ripa, l. ſi inſulam, nu. 93. Crot. nu. 13. & 16. de verb. obl. Ripa l. fin. num. 112. verſ. ſi verò loquuntur, C. de reuoc. donat.

Eamque in quampluribus caſibus ceſſare dicas, quos breuiter percurremus.

17 Primum igitur † non procedit hæc æquitas Canonica, quoties adeſt paċtum reſolutiuum contraċtus, in euentum inobſeruantiæ. Grat. conſ. 93. num. 77. lib. 1. Caputaq. d. deciſ. 230. in fine. Dec. conſil. 452. num. 17. Puteus, deciſ. 66. incip. In tranſaċtione, lib. 3. & deciſ. 11. de tranſaċt. Diuerſ. deciſ. 31. incip. die quarta Februarij. in manuſcript. Grammat. conſi. ciu. 19. num. 7. Laur. de Pinu, conſil. 116. num. 30. Gabr. Concl. 1. nume. 24. de tranſaċt. Ripa, in l. ſi inſulam, num. 116. de verb. oblig. vbi Alex. num. 43. Grat. conſi. 93. num. 61. & 77. lib. 1. Seraph. de priu. iuram. priuil. 48. num. 120. vbi enim contraċtus eſt reſolutus, non eſt traċtandum de purgatione moræ. Bal. in cap. 1. col. 2. verſ. & eſt ratio, quo tempo. mil. in vſib. feudor. vide omnino Caputaq. deciſ. 232. & deciſ. 235. par. 2. in impreſ. dicentē, hoc de Iure Canonico magnam habere difficultatem.

18 Secundo limita, vt hæc † ęquitas non procedat, cum aduerſarius paſſus eſt damnum, eiusue iura illæſa non remanent. Grat. d. conſi. 93. num. 76. Iaſ. conſi. 9. num. 8. lib. 1. Rota Ianuenſ. deciſ. 204. nu. 5. & quadrant præallegatæ deciſiones Caputaq. ſupra, in verſ. quod ſi ampleċti, num. 16. ceſſat enim æquitas iſta, vbi ius partis faċtum eſt deterius. Alex. in d. l. ſi inſulam, num. 10. 11. & 25. vbi Crot. nu. 14. & 15. Ripa, num. 27. & 105. Gabr. de tranſaċt. Concl. 1. nu. 14. & 15. Vel paſſa eſt ſingulare damnum. Ripa ibid. num. 105. Decian. conſ. 10. num. 7. in fi. lib. 1.

19 Iure † ſi quidem non deteriorato, poteſt mora purgari, etiā poſt lapſum terminū à iudice præfixum. Contarel. in l. diffamari, nu. 67. in quæſtionibus, C. de ingen. manumiſſ.

20 Tertio fallit, † cum oblatio ſatisfaċtionis inſufficienter, vel conditionaliter faċta eſt, quia non releuat. Grat. d. conſ. 93. nu. 75.

21 Quarto, cum † de non implemento iam oppoſitum eſt in iudicio. Alexan. conſi. 237. in fi. lib. 6. Aymo, conſi. 246. num. 5. & conſ. 216. num. 23.

22 Quinto, cum † promiſſor per dolum deſijt obſeruare promiſſa. Decian. conſ. 10. nu. 13. lib. 1.

23 Sexto, vbi † mora commiſſa eſt in non implendo aliquam con-

ditio-

ditionem, quoniam tunc eſt impurgabilis, Alex. in d. l. ſi inſulam, num. 24. de verb. obl. Pariſ. conſi. 19. nu. 23. & 28. lib. 2. Iaſ. l. 1. nu. 8. C. de inſtit. & ſubſtit. Tiraq. de retract. conuention. §. 2. gloſ. 1. nu. 4. Ruin. conſi. 74. num. 2. verſ. tertio quia, lib. 1. Moheda. deciſ. 25. in vna Romana, in manuſcr.

24 Septimo † cum à Lege vel ab Homine facta eſt exequutio. Dec. conſi. 452. num. 13. Alexan. d. l. ſi inſulam, nu. 33. vbi Crot. nu. 46. Ang. num. 19. verſ. ſecundo fallit. Ripa, num. 111. Roma. conſ. 427. num. 8. Pariſ. conſi. 19. nume. 199. 203. 224. & de magis communi, num. 228. lib. 2. Grat. d. conſ. 93. num. 62. lib. 1. Caputaq. deciſ. 234. par. 2. in impreſſ. & deciſ. 223. lib. 1. in manuſcr. Cagnol. in l. ſi quis maior, num. 150. C. de tranſact. Iaſ. l. 2. num. 74. verſ. octauo, & vltimo, & num. 78. C. de iu. emph. Tiraq. l. ſi vnquam, ſuper ver. reuertatur, nu. 310. C. de reuoc. donat. Natta, conſ. 364. in fi. lib. 2. Alc. l. ſi quis maior, ſuper ver. mox, qui videatur. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 48. num. 21.

25 Octauo, † cum debitor eſt obligatus per publicum inſtrumentum, habens paratam exequutionem. Dec. d. conſi. 452. nume. 16. Ripa d. l. ſi inſulam, num. 14. & in l. fin. num. 113. quæſt. 32. C. de reuoc. donat. Burſat. conſ. 84. num. 6. lib. 1. Afflic. deciſ. 174. nu. 4. in fi. Gozad. conſ. 57. nu. 19. Rol. conſ. 13. num. 7. lib. 1. Puteus deciſ. 466. incip. Dicebam in vna Mediolanen. lib. 2. in manuſcriptis. Marſil. ſing. 463.

26 Nono † ceſſat purgatio moræ, vbi appoſita eſt dies, & pœna, Alexan. d. l. ſi inſulam, num. 14. verſ. & iſtam opinionem, vbi Crot. nume. 19. Ripa, num. 37. qui in verſ. circa text. in l. 2. exiſtimat referre, an ſimus in pœna, & die legali, vel in conuentionali, & nu. 107. teſtatur de communi. Alexan. conſil. 40. num. 3. lib. 6. Ang. ead. l. nu. 15. Grat. conſ. 93. num. 6. lib. 1. Paul. conſ. 95. num. 1. lib. 1. Iaſ. in l. 2. num. 73. verſ. tertio ad idem, & nume. 77. verſ. vel & ſecundo, C. de iu. emph. Ang. conſ. 43. in fi. Bero. conſ. 120. num. 21. lib. 1. Pedem. deciſ. 49. num. 6.

Præſertim ſi appoſita eſt à teſtatore, Pariſ. conſ. 19. nume. 220. & ſequen. lib. 2.

27 Quod † intellige de die expreſſa, ſecus in tacita, Alexand. ibid. num. 15. vbi vide, quia patitur aliquam difficultatem, & Ripa, ibid. num. 46. 48. & 49.

28 Et rurſus declara, vt † procedat in die certa, ſecus in incerta. Alexan. ibid. num. 16. Crot. num. 24. Ripa, nu. 4. Boer. conſ. 22. nu. quarto, Pedem. deciſ. 49. nu. 8.

29 Quid † ſi appoſita eſt pœna, & non dies? pro affirmatiua concludit Ripa, ibid. nu. 50.

30 Quid ſi † pœna ſit incerta? vide Alex. ibid. num. 52.

Sunt

31 Sunt † qui voluere id non procedere in cōtractibus bonæ fidei, quod an verum ſit, vide Crot. ibid. num. 22. Ripam, nu. 43. ſed huiuſmodi Limitatio in his terminis videtur inanis, diſputamus enim an de æquitate Canonica ſtante celeri ſatisfactione, mora purgari
32 poſsit; † & cū paſsim admittatur de ęquitate Canonica, omnes cō tractus eſſe bonæ fidei, ad Iaſ. ex mente Baldi in §. quadrupli, in final. verb. Inſtit. de action. Decian. conſ. 10. nu. 16. lib. 1. ſuperflua eſt hæc declaratio, vt non procedat in contractibus bonæ fidei.
33 Sunt † & qui intelligunt hanc limitationem procedere in pęnis conuentionalibus, & ſecus ſit in his, quæ proficiſcuntur ex officio, vel mandato iudicis. Pedemont. deciſ. 71. num. 57. Nec deſunt uolentes hanc Canonicam æquitatem procedere tantum quoad eccleſiaſticos. Seraph. de priu. iuram. priu. 48. nu. 14. & 29.
34 Et quòd dicitur † diem pro homine interpellare, & in mora conſtituere debitorem, ampliatur etiam, cum promiſsio facta eſt ſoluēdi in Paſchate, & ab inde citra, ad creditoris requiſitionem. Socin. conſ. 288. num. 28. & ſeq. lib. 2. Alex. conſ. 157. nu. 4. lib. 6. Gabr. de ſolution. Concl. 9. nu. 3. vbi latè ad materiam.
35 Decimò fallit, † vbi pars renunciauerit facultati purgandi morā, conuentumque ſit, ne purgari poſsit. Alex. d. l. ſi inſulam, num. 23. vbi Ang. nu. 19. verſ. quinto fallit. Ripa, nu. 117. Afflict. deciſ. 174. num. quarto, verſ. item erat Clauſula. Grammat. conſ. ciu. 19. nu. 8. Seraph. priu. 48. num. 30.
36 Et per Clauſulam, † qua quis renunciauit omni iuris, & legum auxilio, renunciatum cenſetur purgationi moræ. Roland. conſ. 13. nu. 6. & ſeq. lib. 1. Gozad. conſi. 57. num. 19. Affl. d. deciſ. 174. num. quarto, in fi. Dec. conſ. 452. nu. 18. Burſ. conſ. 84. num. 6. lib. 1. & in materia vide omnino. Put. deciſ. 466. incip. dicebam in vna, lib. 2. in manuſcr. Magoni. deciſ. Lucenſ. 35. nu. quarto.
37 Idem † cum eſt promiſſum, omnia attendere, & obſeruare, & in aliquo non contrauenire. Ripa, l. fin. nu. 113. C. de reuoc. donat.
38 Vndecimo limitatur, cū † res non eſt amplius integra. Rubeus Alexand. conſ. 113. num. 2. Aymo, conſ. 246. nu. 5. Gram. conſ. ciu. 19. num. 10. Veronenſ. Caut. 35. Abb. conſ. 67. col. 3. par. 2. Dec. cōſil. 138. num. 6. Rom. conſ. 103. num. quarto, Natta conſ. 364. num. 12. lib. 2. Alex. de communi, in l. ſi inſula, num. 18. de verb. obl.

Quod procedere etiam de iure Canonico teſtantur Iaſ. conſ. 9. num. 8. lib. 1. Gozad. conſi. 57. num. 18. Pariſ. conſ. 19. nu. 214. lib. 2. Ruin. conſ. 123. col. fin. lib. 3. Grat. conſi. 43. nu. 55. lib. 1. Ripa in l. ſi inſulam, nu. 18. de verb. obl. Aymo, conſ. 246. nu. 5.
39 Quid ſi † deſijt eſſe integra facto partis? vtputa, quia poſt Aduerſarij moram incontinenti alienauit? vide Rip. in d. l. ſi inſulam, nu. 28. Crot. num. 16. de verborum obligat. Aymo conſ. 246.

num.5. latè Hannib. inter Repetentes, in dicta l.ſi inſulam, num. 41. & ſequen.

40 Fallit duodecimo † cum mora non committitur in omittendo, ſed in faciendo, quoniam eſt impurgabilis. Grat.conſ.93. nu.64. & 78.lib.1.Pedem.deciſ.71.nu.38.Ang.d.l.ſi inſulam,nu.19.verſ.vndecimo fallit,& Alex.nu.39.Seraph.priu.48.nu.19.

41 Decimotertio, quoties † ſumus in caſu, in quo ex diſpoſitione Statuti ſeruandus eſt rigor. Alex.in l.& ſi poſt tres,nu.3.ſi quis caution.Ioan.Hannib.inter Repetent. dicta l.ſi inſulam, num.25. qui alios citat.

42 Et cum rigor † ſit ſeruandus Hebræis, quæritur an ipſi queant purgare moram, cum id ex æquitate permittatur; & affirmatiuè reſpondit Rolan.conſ.35.nume.53.lib.2.Ripa, d.l.ſi inſulam,nu.16. & ſeq.Crot.num.6.Franc.Hannib.inter Repet.num.20.& ſeq.Seraph.priuil.48.num.27.

Contrarium aſſeruit Curt.iun.in l.fin.num.4.& 5. C.de edend. & in l.admonendi,num.72.ff.de iureiur.Iaſ. d.l.ſi inſulam, num.5. & in l.1.§.ſi vir vxori,num.10.de acquir.poſſ.& in d.l.admonendi, num.298.Felyn.c.2.num.5. vbi id non firmat de Iudæ. Ang.conſ. 464.in fi.Sim.de Pret.conſ.20.num.3.& ſeq.Crot.conſ.71. nu.33. & ſeq.Rol.d.conſi.35.nu.52.

43 Decimaquarta eſt limitatio, vt † nequeat mora purgari, cum facta eſt nouatio. Alex. d.l.ſi inſulam,num.26.vbi Ripa,nu.54. declarat,num.85. & 108.

44 Decimoquinto, non † eſt locus vbi eſſemus in contractu facto in exequutionem rei iudicatæ.ad Alex.ibid.num.27.

45 Sextadecima eſt Limitatio, cum † ipſo iure, & ipſo facto pœna incurritur. Natta,conſi.364.num.11.lib.2. Curt.ſenior, inter Repetent.in l.ſi quis maior,num.40.& 43.C.de tranſaction.quę cadit ſub ſeptima ſupra relata. Quoniam vbi ipſo iure,& facto pœna incurritur,tunc ipſo iure à Lege fit exequutio.Natta ibid.num.12.& ſupra retulimus.Alex.conſ.40.nu.3.lib.6.

46 Limitatur decimoſeptimo loco,cum † lapſus eſt terminus datus in ſecundo proclamate conceſſo ad purgandam moram incurſam ex primo,cui non fuit paritum.Pedem.deciſ.71.nu.7. quod tamen ibi impugnatur,nu.62.63.& ſeq.faciunt pro prima parte quę deducuntur à Gabr.in Concl.4.nu.5.de except.& per Affl.in conſt.Regni,lib.2.Rubr.29.nu.23.

Paſsim limitatur, & erit decimaoctaua fallentia, vt † non poſsit mora purgari, niſi ante conteſtatam litem. Alexan.l.ſi inſulam,nume.28.de verbor.oblig.vbi Crot.num.42.Ripa,num.6.16.& 109. Grammat.conſ.ciu.19.num.9.Decian.conſ.10.num.18.lib.1.Aymo,conſi.216.num.23.Marſil.in l.1.§.quæſtioni, nu.10.ff.de quęſt.

Gabr.

Gabr.concl.1.nu.16.de tranſact. Seraph. de priuileg. iuram.priuileg.48. num.13.

Et quia in his terminis occurrit pulcher caſus in dies per Tribunalia frequens,& deciſus eſt in ſacro Rotæ Auditorio, & nonnulla in deciſione firmantur ad materiam,de qua agimus,peropportuna,viſum eſt ad lectoris vtilitatem eius tenorem inſerere,factæ coram Illuſtriſs.Domino Cardinali Plato, Domino, & cõpatre meo obſeruandiſsimo, tunc Rotæ Auditore meritiſsimo, cuius verba hæc ſunt.

Viterbienſis ſeu Romanæ fideiuſsionis de repræſentando.

Die 21. . . . 1587.

Stante præſuppoſito in cauſa facto, quod ante carcerationem D.Balduini Maſſæ, iam fuiſſet relaxatum, & exequutum mandatum contra fideiuſſores,qui ſub pœna debiti cũ iuramento,& ampliſsimis renunciationibus ſe obligauerant de eo repræſentando, Domini vnanimiter tenuerunt,eoſdem fideiuſſores non eſſe libe-
48 ratos,quia poſt † factam exequutionem nequit purgari mora, tradunt omnes,in l.ſi inſulam,de verbor.oblig.Barto.in 4.& 5.quæſt. Alex.num.32.latè Ripa, nume.82.& 111. communem dicit Crot. nu.61.Iacob.de Nigr.nũ.255.Alex.conſ.44.& conſ.vlt.lib.2. Aret. conſi.18.Caſtrenſ.conſ.33.lib... & ita Rotam aliàs tenuiſſe tradit Caputaq.deciſ.284.lib.2.

49 Placebat Dominis & alia ratio, quia † videbatur ius Actoris factum deterius,cum D.Balduini fides nõ ſit amplius integra, quod apparet ex eo,quod tunc inuenit fideiuſſores, quos nunc inuenire non poteſt: & quia obtinuit dilationem annalem, prout latius per informantes deducitur.

50 Dubitari autem nõ poteſt, quin † ceſſet purgatio moræ, vbi ius Actoris deterius eſt factum? Ripa, in d.l.ſi inſulam, num.27.cum alijs vulgaribus.

51 Nec obſtat, quod † promiſsio & obligatio facta ſit abſentibus, Dominis Ruſpilioſis,notario pro eis ſtipulante,quo caſu, ante acceptationem nullum ius quæritur. Couarru.de teſtam. par.3.num. 13.Cagnol.in l.ſi librarius,num.63. de reg.iur.Alber.conſ.36.nume.1.quia dicebant Domini,ſatis de acceptatione conſtare,ſaltem ex citatione,quam obtinuerunt ab A. C. quæ fuit exequuta contra fideiuſſores die 19. Febr. præteriti, & ſic ſaltem ab illo tempore cępit currere tempus datum ad repræſentandum.

52 Et in omnem † euentum dato, quod nulla eſſet mora præcedẽs, per lapſum diei, vel per interpellationem, quæ purgari nequit, niſi vſque ad ſentẽtiam,Bar.in d.l.ſi inſulam,quæſt.1.Ripa,nu.28. Iac.de Nigr.nu.234.Hactenus verba deciſionis.

53 Decimonono fallit,† cum mora eſt geminata.Alexand.in d.l.ſi

inſulam,num.29.verſ.ex quo infertur.Ripa,num.76.77.& 110.Gabr.Concluſ.1.num.22.de tranſactio. Capic.deciſ.19. num.quarto. Bero.conſ.120.num.21.lib.1.Gozad.conſ.57.nume.21.Marſil.l.1. §.quæſtion.nu.10.ff.de quæſt.Decian.conſi.10.nu.11.lib.1.Seraph. de priuil.iuram.priuil.48.nu.3.& 25.

54 Vigeſimo fallit,in eo,qui † monitus eſt à iudice, vt defuncti voluntatem adimpleat,nam ſi id facere negligat,excluditur à purgatione moræ.Alex.in d.l.ſi inſulam,nu.35.

55 Vigeſimoprimo, † & is qui à iudice monitus reſpondere poſitionibus partis neglexerit,poſtquam iudex pronunciauit eas haberi pro confeſſatis,nequit purgare moram. Alex.vbi ſupra, num.36. Ripa,num.89.Angel.num.29.Ioſeph.Ludou.deciſ.Lucen.44.nume.43. & ſequen.

56 Vigeſimoſecundo † ceſſat moræ purgatio in vltimis voluntatibus, cum exequutio fit ipſo iure. Pariſ. conſil.19.nume.225.& ſequen. lib.2.

57 Vigeſimotertio † mora quæ incurritur ex cõteſtatione litis, purgari valet vſque ad ſententiam,& poſt eam latam eſt impurgabilis, declarat Crot.in d.l.ſi inſulam, num.48. vbi Ripa,nu.78. & habes in ſupraſcripta Rotæ deciſione, in limit.17. præcedenti in ver.cæterum in omnem.

58 Vigeſimoquarto Limitatur, † cum impoſsibilis eſt rei repoſitio in priſtinum ſtatum. Ripa vbi ſup.num.118. Rubeus Alexandrin. conſil. 113. nume.2. quæ reincidit ſub vndecima Limitatione de qua ſupra.

59 Vigeſimoquinto fallit, vbi † in diſpoſitione poſitæ ſunt dictiones præciſę,vtpote,Continuo,Mox,Omnino,& ſimiles,vel taxatiuę,vtpote dumtaxat,tantummodo,& ſimiles, de quibus Tiraq. in repet.l.ſi vnquam,ſuper ver.reuertatur, num. 82.124.& præceden. & ſequen.& num.135.& ſequen.C.de reuoc.donat.Crot.conſ.491. num.10.lib.1.

60 Vigeſimoſexto ceſſat † purgatio, vbi mora commiſſa eſt in iure, ſeu facultate prius moroſo competenti, quæ poſt moram transfertur in alium.Alex.in d.l.ſi inſulam, num.30. in 82. fallent. de verb. oblig.vbi Ripa,nu.119.Pariſius conſ.19. num.227.& 230.lib.2.

61 Vigeſimoſeptimo cum † proceſſum eſt ad pœnam priuationis. Pariſ.d.conſ.19.nu.232.

62 Vigeſimooctauo fallit, quando † iam proceſſum eſt ad realem exequutionem in vim mandati relaxati.Rota in iam relata deciſ.ſupra,in 17.limit.ver.ſtante præſuppoſito,num.48.

63 Vigeſimonono † ceſſat purgatio, cum ſumus in mora irregulari,Pariſ.d.conſ. 19.nu.234.lib.2.

64 Quæ mora † irregularis ipſo iure abſque vlla interpellatione cõ-

trahitur

trahitur fauore minorum. Menoch. conſ. 81. num. 64. lib. 1. Hieron. Gabr. conſ. 121. num. 59. lib. 1.

65 Et † ſimiliter fauore piæ cauſæ. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ. priuileg. 141. Menoch. de arbit. quæſt. lib. 2. Centur. 3. Caſu 220. num. 18. Alex. in repet. §. morte, num. 204. de oper. noui nuncia. Addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 407. verſ. ſecundo limitat.

66 Et † alijs pluribus in cauſis de quibus Plaut. in l. quod te, lib. 4. nu. 18. & plurib. ſequentib. ff. ſi cert. petat.

67 Trigeſimo † moræ purgatio non admittitur in damnum tertij. Pariſ. dicto conſ. 19. nume. 239. & ſequen. Grammat. conſil. ciuil. 19. num. 11.

68 Trigeſimoprimo † quando alter de lucro, alter de damno tractaret. Gabr. concl. 1. num. 22. de tranſact. Pariſ. conſ. 19. nu. 242. lib. 2. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 48. nu. 18.

69 Trigeſimoſecundo, cum † vaſallus intra diem & annum non petijt à Domino inueſtituram. Ripa, in l. ſi inſulam, num. 40. & 64. de verb. oblig. Alex. in conſ. 40. nu. 3. lib. 6. Dec. conſ. 328. nu. 2. & conſil. ſeq. Clar. de emphyt. quæſt. 43. ver. ſed pone quod. Cur. de feud. in quarta par. num. 45. in 23. cau. ex quib. cau. feud. amitt. Ripa in l. 1. num. 11. ff. de priuil. creditor.

70 Trigeſimotertio, vbi † ex pacto pœna ſimul cum re promiſſa peti valet. Ripa, vbi ſuprà, num. 110. verſ. octauum.

71 Trigeſimoquarto, nec † poſtquam Dominus declarauit rem incidiſſe in commiſſum, videas Afflict. deciſ. 174. per totam. Aymo, conſ. 216. num. 22. verſ. fallit in terminis, & conſ. 246. nume. 5. Dec. conſi. 138. num. 6. & conſ. 160. in fi. & conſ. 462. num. 17. Clar. de emphyt. quæſt. 9. verſ. quando autem dicatur. Cepol. caut. 135. Roman. conſ. 103. num. quarto, Natta, conſ. 364. num. 12. lib. 2. Crot. in l. ſi inſulam, num. 47. in fi. Ripa, nu. 38. & 116. Magon. deciſ. Lucen. 35. num. 2. Seraph. in priuil. 48. num. 17.

72 Trigeſimoquinto † ceſſat moræ purgatio ſtante Clauſula, Rato manente pacto, Afflict. deciſ. 174. nu. quarto, vide Ripam, in d. l. ſi inſulam, num. 80. Ang. num. 25. & Alex. nu. 31. de verb. oblig. qui non ſatis concordant.

73 Trigeſimoſexto † vbicunque interim alteri eſt ius quęſitum. Bellame. conſ. 9. num. 3.

74 Quod ſi actor ſit † qui moram purgare velit, ſi id faciat ad actionem iam quæſitam conſeruandam, admittitur. Crot. in d. l. ſi inſulam, num. 53. Ripa, num. 102. de verb. oblig. Alex. num. 47. & ampliat num. 50. id procedere etiam vbi adſit dies, & pœna, Seraphin. priuil. 48. num. 31.

75 Si verò † id faciat pro acquirenda actione, non poteſt. Crot. ibid. verſ. & concluſio. Pariſ. conſ. 19. num. 236. lib. 2. & num. 241. in fine.

Paul.conſ.88.in princ.lib.2.Dec.conſ.452. num.17. Roman.conſ. 352.nu.7.Ripa,d.l.ſi inſulam,nu. 103.Alex.nu.44.

76 Et vbi † Reo quæſitum eſt ius excipiendi,excluditur Actor à beneficio purgandi moram.Aymo conſ. 216.nu.23.

Et ad ampliorem huius materiæ exornationem, quæ in dies tractatur in forenſibus cauſis,non abs re viſum eſt pauca quædam ſubiungere,nec iniocunda,& ſatis quidem conducentia ad praxim.

77 Notandum eſt igitur,quod † vbicumque cauſa cognoſcenda venit ſola veritate inſpecta,ſemper mora purgari valet, non obſtante iuramẽto, dummodo pars altera non ſit paſſa damnum.Pedemon. deciſ.1.num.29.

78 Et † etiam in tranſactione purgabilis eſt, ſi modica ſit mora. Caputaq.deciſ.232.par.2. pro quo facit quod mora non ſtatim lapſo termino committitur, ſed cum aliquo temporis interuallo. Gabr. de ſolution.concl.9.num.29.facit in oppoſitum, quia non tantum vnius diei,ſed horę lapſus moram inducit. Menoch.de arbit.quęſt. lib.2. Centur.3. Caſu 220.num. quadrageſimoquarto, qui alios citat. & probat text. in l.ſi quis maior, in illa dictione, (Mox.) C.de tranſaction.

79 Et vbi † factum alienum promiſſum eſt, ſi promiſſor fecit quod potuit,mora aliqua non incurritur,etiam ſtante iureiurando. Caputaq.deciſ.230.nu.1.& 2.par.2.

80 Quæritur † autem cum mora ipſo iure incurritur, vtpotè,quia à Lege, vel ab homine facta eſt exequutio, an requiratur aliqua ſententia declaratoria quod incurſa ſit? Nec Doctores circa id concordarunt:ſiquidem,eam fore neceſſariam cenſuit Rimin. iun. conſil. 404. num.45.lib.quarto,& ſentit Ioſeph.Ludouic.in deciſ.Lucen. 44.num.44.& etiam Crot. in conſ.49.nume.7. ſed is fatetur, ſi fiat exequutio abſque vlla declaratoria, quod non eſſet iuri contraria.

81 Oppoſitum † placuit Bart.in l.ſi quis maior,num.10. C.de tranſaction. cuius ſententia frequentiori calculo recepta eſt, vt teſtatur Cagnol.ibid.nu.145.& ſeq. & nu. 187. verſ. quia tamen Doctores. Rolan.in conſ.90.nu.20.lib.3.

82 Et quoad † priuationem actionis, contractuſque reſolutionem, ſentit etiam Rota, in deciſ. ſupra relata in principio huius decimitertij Effectus,in verſ.licet aliqui ex Dominis.nu.10.

83 Verum eſt tamen quod † neceſſaria eſt declaratio partis acceptãtis ius ex mora quæſitum.Corneus conſ.115.col.2.verſ. his tamen, & verſ.iccirco ſi non apparet.lib.2.Dec.viden. in conſ.138.num. 5. Rolan.conſ.57.num.7.& ſeq.lib.3.Cur.iun.conſ.149.num.2. Fely. cap.Rodulphus,num.35.verſi.ſed declaratoria.de reſcriptis. Ruin. conſ.153.nu.15.& 16.lib.1.cum latè congeſtis per Tiraq. in l.ſi vnquam, ſuper ver. reuertatur, num. 10.& ſeq.C.de reuoc.donation.

Eſt

84 Eſt etiam notandum,quod † ſoluere obligatus, aut aliud facere, ſi iuſta ex cauſa recuſet,& litiget, non dicitur eſſe moroſus. Cęſal. conſ.407.num.34.lib.3.Curt.iun.conſ.28.nu. 10.

85 Et † vbi ſumus in contractu, vltrò citroq́ue obligatorio, ſtatim quod altera pars impleuit,altera conſtituitur in mora ni impleat ex ſui parte.Gozad.conſ.1.num.2.declarat nu.39.& 41. & vbi ſine facto alterius partis altera nequit implere, ibi ceſſat mora; niſi altera pars doceat feciſſe ex ſui parte,quod debebat.Alex.conſ.45. num. 5.verſ.fortius dico,lib.5.Natta conſi.450.nume.35. lib.2. Roland. conſ.57.nu.39.lib.1.

86 Cæterum † eſt aduertendum, ceſſare moram, quoties debitum non eſt liquidum. Aymo,conſ.89.num.5.Alexand.conſ.49. num. 3.lib.2.Ruin.conſ.198.num.3.lib.1.Rimin.conſ.72.nume.5. & 13. lib.1.Alex.l.ſi inſulam,num.21.Ang.num.16.verſ.quinto fallit, de verb.oblig.& prȩſertim,vbi liquidatio fieri nequit abſq; facto partis.Ruin.conſi.155.nu.12.& ſeq. lib.2.

87 Quod ampliatur,vt † procedat, etiam ſi adſit aliqua certa pars liquida: nam occaſionȩ illiquidi ceſſat mora in toto. Ancharan. conſil.235.num.2.Rimin. conſil.361.num.10. lib.2. Socin.conſil. 107.num.2.lib.1.

88 Et mora † incurſa per interpellationem remiſſa cenſetur, ſi fiat alia interpellatio.ad Ruin. conſ.110.num.quarto,lib.1.

89 Prout remiſſa cenſetur, ſi † poſt moram aliquid à debitore recipiatur.Cagnol.in l.ſi quis maior,nu.198.C.de tranſact.contrarium inquit Ruin.conſ.198.nu.11.lib.1.

90 Quod ſi † pecunia certo loco conuento ſoluenda veniat,ſolutaq́ue non fuerit,non dicitur conſtare de mora, niſi creditor doceat ſe ibi fuiſſe tempore faciendæ ſolutionis.Alex.conſ.172.num.quarto,lib.2.Dec.conſ.566.num.quarto,Cagnol.in l.vinum,nume. 43. ff.ſi cert.petat.Natta conſ.451.num.34.lib.2.Deciſ.Lucenſ.78.nume.7.par.2.

91 Vel † ibi procuratorem conſtituerit ad recipiendum, & exigendum.Diuerſor.deciſ.304.incip. die 9.Maij, 1560. in manuſcriptis.

92 An † autem neceſſe ſit,vt debitor coram Iudice proteſtetur,Decius,in d.conſ.566.num.5.dicit eſſe potius Cautelam,quam neceſſitatem.Vide Cagnol.d.l.vinum,num.44.Rolan.conſil.87. nume. 17.& 18.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in teſtamento habet vim Clauſulæ derogatoriæ.*

2 *Quid ſi teſtator dixerit,ſe velle primum teſtamentum præualere,& ita iurauerit.*

Effectus XIIII.

SVbſequitur decimuſquartus iuriſiu randi effectus, & ſexta limitatio Regulæ ſupra traditæ in octauo Effectu, vt iuramentum intelligatur, & reſtringatur, iuxta naturam actus, cui apponitur: ſiquidem, ſi conditum ſit ſecundum teſtamentum, nulla facta mentione primi, habentis Clauſulam derogatoriam ad futura, ſi in hoc ſecundo appoſitum ſit iuramentum, habet vim reuocationis illius Clauſulæ derogatoriæ in primo appoſitæ, ita Iaſ. poſt Bal. ab eo relatum, in l. ſi conuenerit, nu. 13. ff. de iuriſd. om. iud. Iaſ. l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, nume. 43. ſi quis caution. vbi habes aliqua in contrarium. Curt. iun. conſil. 75. nu. 5. verſic. quid tamen. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo, num. 21. de verb. oblig. Bero. conſi. quarto, num. 17. lib. 1. Socin. iun. conſ. 143. num. quarto, lib. 2. Iaſ. l. item ſi quis, il ſecondo, num. 14. Inſtit. de action. & in l. ſi mihi, & tibi, §. in legatis, in 1. lectu. num. 13. & ſeq. vſque ad 18. incluſiuè, & in l. ſancimus, num. 8. C. de teſtam. Clar. de teſta. quæſt. vlt. ver. item ſcias. Dilect. de arte teſtan. tit. de mutat. teſta. cautel. 1. nu. 5. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 70. nu. 80.

1 Et ſi † in primo teſtamento appoſitum ſit iuramentū, habet vim clauſulę derogatoriæ ad ſecundum, ideo ſecundum non reuocaret primum, ſi de eo non faceret mētionem. Crot. in d. l. ſtipulatio hoc modo, num. 20. de verbo. oblig. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 75. num. 6.

Quid iuris ſi ſecundum teſtamentum habeat clauſulas iſtas, videlicet, Non obſtante quocumque teſtamento, ſub quacumque verborum conceptione facto, & non obſtantibus quibuſcunque clauſulis derogatorijs in eo contentis, quibus omnibus hoc præſens teſtamentum præualere voluit, ſi in primo adſit iuramentum, & dicas adhuc non eſſe derogatum iuramento. Seraph. ibid. nu. 56. verſ. ſcias tamen, & vide in verſ. ſequentibus, vbi latè agit de his clauſulis derogatorijs.

2 Quid autem † ſi teſtator primum teſtamentum medio iuramēto præualere velle affirmauerit, & ſic medio iuramento promiſerit, an poſsit poſtea ab illo recedere, & aliter diſponere, reuocando primum. Videas infra, in 22. Effectu, verſ. Hinc infertur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor non obligatur in duriorem cauſam, quam principalis. Fallit ſi appoſitum ſit iuramentum.*

Effectus

Effectus XV.

1 DEcimusquintus effectus eſt, quia † licet fideiuſſor nō obligetur in duriorem cauſam, quam principalis, l. Græcè, §. illud, & §. fi. ff. de fideiuſſor. ſi tamen in duriorem cauſam medio iuramento ſe obligauerit, obligatio tenet, vt ſupra deductum eſt in octauo Effectu, verſ. Recitauimus hactenus; & refert Iaſ. in d. l. ſi conuenerit. num. 15. de iuriſd. omn. iudic. & hæc erit ſeptima limitatio prænotatæ Regulæ, in qua iuramentum non ſequitur actus naturam ſuper quo interponitur, ſed eam ampliat, & extendit.

Ad huiuſmodi materiam vide Alciat. in c. cum contingat, num. 173. & ſeq. extra de iureiur. Marſil. in rubr. ff. de fideiuſſor. nu. 291. & ſeq. Peruſ. deciſ. 57. Iaſ. in §. item ſi quis, il ſecondo, num. 14. verſ. item per illum, Inſtitut. de action.

Videbis autem omnino Seraphin. de priuil. iuram. in priuileg. 98. num. 29. referentem, quod licet fideiuſſor nequeat obligari ad id, ad quod principalis non eſt obligatus: attamen, ſi medio iuramēto promittat, cenſebitur obligatus, vt expromiſſor, qui pro non obligato ſe adſtringit, citando Angel. Alexand. & Corne. quos videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an habeat vim ſpecificæ expreſſionis.*

Effectus XVI.

1 DEcimusſextus iuramenti eſt Effectus, quod † iuſiurandū habet uim expreſsi, & ſic vbi requiritur ſpecialis renunciatio, & generalis non ſufficeret, ſi interueniat iuramētum, ſufficit, habetque vim ſpecialis, & expreſsæ renunciationis, iuxta Bald. Salicet. Ludo. & alios à Iaſ. relatos, in d. l. ſi conuenerit, num. 15. de iuriſdict. om. iudic. Grat. conſ. 94. nu. 35. & 36. lib. 2. Tiraq. in repet. l. ſi vnquam, in præfat. num. 150. C. de reuoc. donat. Rimin. iun. conſ. 484. num. 57. & ſeq. lib. 5. Gabr. de iureiur. Concl. 4. num. 1. Pariſ. conſi. 32. num. 50. lib. 1. Cagnol. l. 2. num. 91. verſ. iuramentum enim. C. de reſcind. vendit. Sim. de Pret. conſil. 137. num. 106. Pedem. deciſ. 18. num. 5. Soc. iun. conſ. 136. nu. 26. & ſeq. lib. 1. & conſi. 129. num. 11. lib. 1. Decian. conſ. 39. nu. 71. lib. 2. Mari. Anguiſ. conſ. 216. num. 28. & ſeq. lib. 1. Seraph. de priu. iuram.

priui-

priuileg.70.Decian.conſ.56. num.86.lib.4. & eſt octaua limitatio, in qua iuramentum non reſtringitur ad naturam actus, ſed illam ampliat.

Sed quam periculoſus ſit huiuſmodi effectus, liquet ex notatis per Curt.ſenior.in conſ.75.num.7.vbi de communi in contrarium atteſtatur, & ipſam contrariam ſententiam pluribus fulcit rationibus,& fundamentis, & ſequitur Iaſ. in l.ſed etſi quis, §. quæſitum, num.43.ſi quis caution. & vide citatos per Gabr. vbi ſup.nume.2. verſ.contrariam.Ruin.conſ.6.num.8.lib.2.Cardinalis Alban. conſil.37. num.2.

Sunt qui dicant,quòd tunc operetur effectum expreſsionis,quã do defectus dumtaxat eſt in ſolennitate,ſecus ſi in ſubſtantia,vtpote in conſenſu,Bald.in l.1.num.quarto,in fi. C.commoda. Iaſ.in l. ſed & ſi quis,§.quæſitum.in fi.ff.ſi quis cautio. Menoch. conſil.27. num.50.lib.1.Gabr.vbi ſupra,num.3.cum adductis ſupra, in 9.Effectu, verſ.ideo Socin.iun. Proinde ſi factum ignoretur,quia penderet aliunde, tunc iuramentum non trahitur ad ignorata. Gabr. ibid. nume.5.

Barbatia autem in conſ.55. num.15.lib.2. dixit vbi ſpecificatio pro forma requiratur, tunc generalem expreſsionem non ſufficere, & iuramentum non habere vim ſpecificæ expreſsionis; & alia ſubdit,quæ ibi uideas. Boer.deciſ.29.in fi.Sylua.conſ.49.nu.59. vide deducta inf.in Effectu 201.nu.7.& 8.

Hinc Grat.in conſ.15.nu.13.lib.1. aſſeruit iuramentum generaliter præſtitum nil operari in his quæ ſpecificari debent.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit, vt tranſactio, quæ non valet in vim tranſactionis ſuſtineatur in vim pacti.*

Effectus XVII.

1 DEcimusſeptimus † eſt Effectus, in quo iuramentum non ſequitur actus naturam, ſed extendit, quando tranſactio ſuſtineri nequit in vim tranſactionis: ſi interpoſitum ſit iuramentum, valebit in vim pacti. Curt.ſenior, qui alios citat,in conſ.75. num.primo, verſ.quid tamen in caſu. Iaſ.in l.eam quam,nume.17. C.de fideicom.& in §.item ſi quis, il ſecondo,nume.14.Inſtit.de action.

Plura in id cumulat Seraph. de priuileg.iuramenti, priuileg.98 num.9. vbi videre poteris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim continuæ interpellationis.*

Effectus XVIII.

1 DEcimusoctauus iuriſiurandi eſt Effectus, quod habet vim continuæ interpellationis, & vbi præſtitum eſt iuramentum de aliquo faciendo, non eſt interpellatio neceſſaria. Roland.conſ.6.nu.48.lib.1.de Communi. Pedem. deciſ.49.num.7.vbi plures cumulantur. Rol.conſ.25. nu.22.lib.2. Ripa,l.ſi inſulam,num.91. de verb.oblig. vbi inquit, quod quotidie iurantem ſtimulat ad obſeruandum promiſſa.Seraph.de priu. iuram. priuil.47.num.1.

Quod intelligas eſſe verum data ſcientia, & non aliàs, vt patet ex congeſtis per Menoch.conſ.128.num.15.lib.2.& declarat Sim. de Pret. conſil.24. num.28.

SVMMARIVM.

1 *Inſinuationis defectum ſupplet iuramentum, & num.5.*
2 *Inſinuationis ſolennitati renunciari poteſt, & nu.3.& 9.& vide n.10.*
4 *Donatio facta intuitu matrimonij, non eget inſinuatione.*
6 *Iuramẽtum an ſuppleat defectum inſinuationis in præiudiciũ alterius?*
7 *Licet matri filio donare bona ad ſe pertinentia.*
8 *Inſinuatio præſumitur ex curſu quadraginta annorum.*
10 *An ſufficiat ſimplex iuramentum ſuper obſeruantia promiſſorum, vel neceſſe ſit, vt ſpecialiter renuncietur inſinuationis ſolennitati.*
11 *Quid ſi donatio facta ſit inter coniuges, & excedat quingentos aureos?*
12 *Aurei ſiue ſolidi quingenti olim ſub inſinuationem cadentes, cuiũs fuerint valoris reſpectu noſtratium aureorum nunc in vſu exiſtentium.*
13 *Donatio facta inter Hebræos an ſuſtineatur ſi intercedat iuramentum vbi non fuerit inſinuata.*

Effectus XIX.

1 DEcimusnonus eſt Effectus, quod iuramentum ſupplet inſinuationis defectum, iuxta communem ſententiã, de qua Decius conſ.239.num.3.& conſ.432.num.18.& 19. Iaſ.conſ.51.nu.3.col.fin.lib.1.Ruin.conſ.51.nu.18.lib.1. Pariſ.conſ.33.num.45.lib.3.de magis communi.Curt.iun.conſ.34.

num.

num.1.Grat.conſ.70.num.28.lib.1.Cephal.conſ.61.num.18.lib.1. cum congeſtis ab eod. in conſ.467.num.94.lib.quarto, Aym. conſil.118.num.1.Roland.conſ.39.num.38.lib.1.& conſ.19.num.48. ibid.Socin.iun.conſ.67.num.20.lib.2.Tob.conſ.56.num.12.& cõſil.1.num.12.Viu.inter communes,ſuper ver.donatio inter viuos, num.2.& 8.Bello.conſ.60.num.19.cum congeſtis per Gabr.de donat.concl.1.num.66.Puteus deciſ.7.de tranſact.in manuſcr.dilect. de arte teſtan.caut.10.de teſta.nu.3. Marc. deciſ.326.num.5. Sim. de Pret.conſ.10.num.21.& conſ.72.num.3.Iaſ.in conſil.118. nu.2. lib.quarto,Laur.de Pinu,conſ.81.num.6.& 7.Porti. conſ.30.num. 26.& 48.& num.52.vbi de contraria communi,& conſ.80. nu.16. vbi diſtinguit.Guido Pap.Sing.341.verſ.donatio ſine.Rimin.iun. conſi.242.num.24.& plur. ſequent. lib.3. vbi de magis communi. Tib.Decian.conſ.31.num.159.& num.79.lib.1.& conſ.59. nu.26. vbi de magis communi,lib.2.vide infra in effec.172.num.16. cum alijs congeſtis à Seraph.de priuil.iuram.priuil.73.num.quarto, Iaſ. de magis communi in conſ. 169.num.9. lib.quarto, Decian.conſ. 60.in princ.lib.quarto, Peruſi. de magis communi. deciſ.66.nu.6. & ſequen.par.2.

Quamuis non deſint permulti,qui contrarium voluere, & præſertim Crot.conſ.76.nu.14.lib.1.

Primam ſententiam affirmatiuam nouiſsimè tenuit Rota corã bo.mem. Gypſio,ſub die 21. Octobris 1585. in vna Beneuentana Territorij, ſeu donationis, inter Illuſtriſs. Dom.Rodericum & fratres de Aualos,clientes meos,contra D.Antonium ſimiliter de Aualos,qui excipiebat de nullitate donationis, de qua agebatur Territorij Villæfranchæ Beneuentanæ Diœceſis,ob defectum inſinuationis, & cum pro validitate plura deduxiſſem, & ſignanter iuramentum ſuper eius obſeruantia præſtitum, fuit facta ſequens Deciſio, videlicet.

Lunæ 21. Octobris, 1585.

2 Plura fuerunt in medium adducta, propter quæ Rota † cenſuit donationem de qua agitur,quamuis non inſinuatam,ſuſtineri,præſertim, quia D.Fœliciana cum iuramento expreſſo illi renunciauit,

3 quo † fit, vt donatio inſinuatione non indigeat. Tiraquel. in præfat.l.ſi vnquam,num.143.C.de reuoc.donat.Clar.de communi,in §.donatio,quæſt.18. verſ.retenta igitur. Chiſanenſ. deciſ.50.incip. Donatio. ſæpiuſque ſic in Rota fuiſſe deciſum meminit Verall. deciſ.286. par.1.

4 Eoque magis hoc dicendum venit, † cum donatio matrimonij contemplatione facta extiterit. Decian. conſil.31. num. 159. & ſequen. lib.1.

5 Tollitur inſuper obiectum, ex † eo, quod iuramentum ſupplet

inſinua-

inſinuationis defectum, iuxta Scribentes, quos congerit Gabr. de donat. Concl. 1. num. 66. Hancque magis communem opinionem eſſe voluerunt Albenſ. conſ. 4. nu. 20. Rolan. conſi. 39. nu. 38. lib. 1. & nouiſsimè Aquilan. inter communes, in ver. donatio inter viuos, col. 2. verſ. tamen prima ſententia, & opin. 212. nu. 5. cum alijs cumulatis per informantes. vide inf. in Effectu 172. num. 16.

6 Nec dicatur † prædictam magis communem opinionem in alterius præiudicium locum ſibi non vendicare; vt inquit Soc. iun. conſil. 69. nu. 40. lib. 1. quem refert, & ſequitur Gabr. d. Concl. 1. nu. 68. & dicti nouiſsimi in locis ſupra citatis.

Quoniam huiuſmodi limitatio forſan præcederet, ſi donatio facta Illuſtr. D. Alphonſo primogenito, facta eſſet principaliter in detrimentum aliorum filiorum, non ſi ſecundario id eueniret, in quibus terminis conſuluit Soc. vt clarè dignoſcitur ex cap. 2. de pact. in ſexto, ab ipſo allegato, vbi gl. fin. quam vti ſingularem notandã dicunt ibi Gemin. num. 11. & Franc. num. 14. ita declarat, & nõnulla exempla ponit, ſed in hac facti ſpecie præſupponitur, ſicut de mẽ

7 ſe Iunij præteriti reſolutum † fuit, licuiſſe D. Felicianæ matri, filio donare, dummodo territorium donatum ad eius liberam diſpoſitionem pertineret.

8 Et in † omnem euentum cum ante motam litem 40. ferè anni lapſi ſint, hæſitari nequit pro ipſa inſinuatione præſumendum eſſe. Puteus deciſ. 136. cum ſimilibus.

Hactenus verba Deciſionis.

9 Et notabis in hac inſinuationis materia, † quod renunciari poteſt eius ſolennitati ſi ei ſpecialiter medio, iuramento renũcietur, vt firmatur in ſupra relata deciſione Rotæ; pro qua tunc informãtes citauimus vltra relatos in ea Guido Pap. deciſ. 350. num. quarto, & ſequen. Gabr. dicta Concluſ. 1. nu. 10. & 69. Soarez inter communes, in ver. donatio aureos, nu. 170. Rimin. in §. 1. num. 240. Inſtitut. de donation. Dec. conſ. 432. num. 20. Ruin. conſ. 51. num. 18. lib. 1. Rubeus Alexandr. conſ. 59. nu. 2. Capic. deciſ. 159. nu. 31. Decian. conſ. 39. num. 78. lib. 2. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 72. num. 48. & ſequen.

10 Eſt autem † aduertendum, quod Plot. in conſil. 79. nume. 6. poſt nonnullos ab eo relatos, & Illuſtr. quidem Doctores, aſſeruit præmiſſa procedere, ſi contrahentes expreſsè iuraſſent non contrauenire donationi, ob defectum inſinuationis, vbi autem ſimpliciter iuraſſent ſuper obſeruantia contractus, & ei non cõtrauenire quauis de cauſa, vt regulariter fieri conſueuit, tunc huiuſmodi generale iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis: quod ſi verum eſt, notabile eſt dictum: attamen ei repugnare videtur Caterua Doctorum generaliter adnotantium, iuramentum ſupplere

inſi-

inſinuationis defectum, vt patet ex tot ſupra cumulatis, & ſignanter ex prænotata deciſione Rotæ, quæ primo facit vim in ſpeciali iuramento quo renunciatum fuit inſinuationis ſolennitati; & poſtea ſe fundat in vulgari regula, quod iuramentum defectum inſinuationis ſupplet iuxta communem ſententiam, ex præallegatis.

Pro opinione Ploti. & relatorum ab eo faciunt notata ſupra in Effectu 13. verſ. intelligit autem Rip. vide Seraphin. in priuileg. 73. num. 48. & ſequen.

11 Quid † ſi donatio facta ſit vxori, & excedat ſummam quingentorum aureorum; an iuramentum confirmet, & ſuppleat ambos defectus. Seraphin. ibid. num. 72. vide notata ſupra in primo Effectu, quæſt. 3. in fi.

Alias limitationes refert Seraphin. in d. priuileg. 73. ibi vide.

12 Aduertendum † eſt autem ad valorem illorum 500. ſolidorum de quibus in l. penul. in fine, C. de donation. & in §. aliæ autem, ver. & cum retro principum. Inſtitut. eod. ti. & Clarus (relatis Duenna, & Bellon.) q. 15. de donat. inquit iuxta communem ſententiam hodie illos 500. ſolidos, ſiue aureos aſcendere ad ſummam ſcutorum 700. noſtri temporis, & ſubiungit ex mente Duen. hodie valere donationem vltrà mille aureos. Roland. autem de lucro dot. quęſt. 53. in fine, aſſerit ex authoritate Fely. Socini, & aliorum, de quibus ibi. quod hodie valeret donatio abſque inſinuatione vltra 800. aureos. & in conſ. 39. num. 40. & 41. lib. 1. inquit vltrà ſummam 700. Decius autem, in conſi. 452. num. 15. ait valere vſque ad aureos 700. de aureis (hæc ſunt eius verba) qui nunc ſunt in vſu, ex authoritate Pauli, quem ibi refert; Socin. iun. in conſ. 118. num. 10. lib. 2. aſſerit facta computatione antiqui ad modernum valorem aurei, quod hodie donatio valeret vſque ad aureos 700. in circa, & in conſ. 67. nume. 18. libro eodem, dicit de aureis 670. in circa. Gabriel. concluſ. 1. num. 58. de donation. inquit, forte hodie aſcendere vſque ad 800. Riminal. in §. 1. num. 679. Inſtitut. de donation. affirmat quampluribus in id citatis, donationem hodie ſuſtineri vſque ad aureos 700. & vltrà. Tandem Seraphin. in d. priuileg. 73. nume. 3. aſtruit valere vſque ad aureos noſtros 744. quos in vſu habemus.

13 Quid † autem iuris de donatione facta inter Hebræos, an illa iuramento ſuſtineatur, ſi non fuit inſinuata: vide Rimin. iunior. conſ. 72. num. 28. 29. & ſeq. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum eſt implendum in forma ſpecifica.*
2 *Iuramentum importat formam & non verificatur in caſu ficto.*
3 *Impleri poteſt per equipollens, ſi id iure parit eundem effectum.*

Item

4 *Item quando Lex aut Statutum non cogitauit modum,ſed effectum.*
5 *Ob iuramentum perſonæ induſtria electa videtur.*
6 *Si ſeruari non poſſit in forma ſpecifica, an iuuet ſeruari eo modo quo poteſt.*

Effectus XX.

1 VIgeſimus eſt Effectus † quod iuſiurandum eſt implendũ in forma ſpecifica,& nequit impleri per ęquipollens. Rolan.de Communi,conſ.6.nu.29.& cõſ.53.nu.40.& ſeq. lib.1.Simon de Pret.conſ.138.num.34. Brun. de ceſsio. bonor. quæſt.3. principali.nume.16. Gozadin. conſ. 22. nu. 11.& 12.Iaſ.in l.eum qui,§.ſi iurauero,num.6.& ſeq.de iureiur. Felyn.in c.ad noſtram,num.12. verſ.ex quo intellectu de iureiuran. Cæſ.de Graſſ.deciſ.148.num.15.

2 Iuramentum † enim importat formam. Neuizan. conſil.50.numero 18.

Et non verificatur in caſu ficto,de Communi. Gozad.conſil.32. num.15.& 16.

3 Limita tamen id non procedere, cum † æquipollens ipſo iure parit eundem effectum, quia tunc admittitur æquiuallens implementum.Aretin.conſ.100.num.quarto, Pedemon. deciſ.92.num. 15.latè Tiraq.in repet.l.ſi vnquam,ſuper ver.reuertatur,num. 352. C.de reuoc.donat. Mantua in apophtegma.225.

4 Limita etiam, † quando Lex, vel Statutum non cogitauit modum, ſed effectum; vt poſt Ruin.ab eo relatum,in conſ.137.nu.9. lib.1.declarat Rimin.ſuper Inſtit.de teſtament.nu.393.

5 Faciunt notata infrà, in Effectu 183. quod † ſtante iuramento videtur electa induſtria perſonæ, ideo promittens,nequit ſeruire per ſubſtitutum.

6 Cum † autem ſeruari nequit in forma ſpecifica, an ſatis ſit illud obſeruari eo modo,quo poteſt.vide Abb.in cap. quanto, nume.2. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim litis conteſtationis.& nu.3.*
2 *Verum eſt in iuramento iudiciali.& nu.4.*
3 *Iuramentum actionem perpetuat.*
5 *Quid de iuramento aſſertorio?*

Effectus XXI.

1 Vigeſimusprimus ſubſequitur Effectus, nempè † quod iuramentum habet vim litis conteſtationis, l. nā & poſtea, §. ſi is qui temporaria, vbi Bar. & alij notant, ff. de iureiur. Iaſ. l. quod te, num. 24. ſi cert. petat. & in §. item ſi quis, il ſecondo, num. 5. Inſtitut. de actio. Dec. conſ. 682. nu. 7. & in l. ſi conuenerit, num. 8. de iuriſd. omn. iudic. Aymo conſi. 71. nu. 2. Caballi. de euictio. §. 3. num. 57.

2 Intellige ne † fallaris, de iuramento iudiciali. Plot. in d. l. quod te, nume. 24. ſi cert. petat. & iuramento dumtaxat deciſiuo, de quo loquitur text. in d. §. ſi is qui, vt declarat Ripa, in l. ſi inſulam, num. 90. de verb. oblig. vbi Crot. num. 49. Caballin. vbi ſupra, num. 69. vide Seraph. de priuil. iuram. priuil. 50. nu. 2. prope fin. Gomeſ. §. item ſi poſtulante, nu. 5. Inſtitut. de action.

3 Ex quo reſultat Effectus magnus, † vt perpetuet actionem, d. §. ſi is qui etiam, vſque ad 40. annos. Aymo, conſ. 71. nu. 2. cum alijs, de quibus in Effectu 85.

Qua ſtante declaratione, videre potes, quam ſit periculoſa ratio ponderata per Caputaq. deciſ. 417. incip. fuit dubitatum, lib. 1. in manuſcript. dum ponderatur, debitum iuratum nō præſcribi, quia iuramentum habet vim litis conteſtationis, quę perpetuat actionē;

4 Cum † hic iuramenti effectus proueniat tantum ex iudiciali iuramento in quo plures lapſi ſunt, ſimpliciter allegantes pro Regula, quod iuramentum habet vim litis conteſtatæ.

Verum eſt tamen, quod Imola in l. naturaliter, num. 8. verſ. item adde, & num. 10. verſ. & nam quod, de vſucap. tenet eundem effe-

5 ctum † reſultare ex iuramento aſſertorio. Sequitur Gabr. in concl. 11. num. 2. de Statut. & Seraphin. in dicto priuileg. 50. num. 4. verſi. ego verò.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum reuocabilia facit eſſe irreuocabilia.*

2 *Pactum de litigando coram vno iudice, eſt reuocabile. Fallit appoſito iuramento.*

3 *Contractus innominati ſunt reuocabiles, & appoſito iuramento irreuocabiles.*

4 *Patronis in præſentando variare licet, quod fallit appoſito iuramento.*

5 *Donatio cauſa mortis eſt reuocabilis, ſed ob iuramentum fit irreuocabilis.*

6 *Fundi dotalis alienatio non valet, & appoſito iuramento validatur.*

Procu-

7 *Procurator conſtitutus ad permutandum, vel reſignandum reuocari valet, ſed appoſito iuramento non eſt reuocabilis, & nu.10.& 11.*

8 *Iuramentum appoſitum ſuper actu libero, vt diſponenti facere libuerit, non impedit reuocationem, licet reuocans ſit periurus.*

9 *Iurans non reuocare teſtamentum, valet illud reuocare, etiam ſi votum feciſſet de eo non reuocando.*

Is qui conſenſum præſtitit alijs de ſua hæreditate paciſcentibus, illum ad libitum reuocare poteſt. num. eod.

10 *Conſtituens procuratorem cum iurata promiſſione non reuocandi, illum ad libitum reuocare valet.*

11 *Fallit ſi promiſſio non reuocandi facta fuiſſet parti, quia tunc obſeruare compelleretur.*

12 *Princeps gratiam à mero eius arbitrio pendentem, iuramento non obſtante, reuocare poteſt.*

13 *Iurans non diuidere, vel à ſocietate non recedere, pœnitere poteſt, & contrauenire.*

14 *Vicarius cũ iuramento de eo non reuocando cõſtitutus, reuocari poteſt.*

15 *Promittens aliquem in Canonicum recipere niſi deficiente primo numero, ſi recipiat, receptio tenet, iuramento non obſtante.*

16 *Statuta non reuocare medio iuramento promittens, ſi reuocat, reuocatio tenet.*

17 *Non alienare medio iuramento promittens ſi alienet, alienatio tenet.*

18 *Cum aliqua non contrahere promittens, ſi contrahat, obligatur ad contractus ratihabitionem.*

19 *Non cedere ſua iura promittens, ſi cedat, ceſſio tenet, etiam iuramento non obſtante.*

20 *Bonorum diuiſio à patre viuente inter filios facta, & iuramento vallata, poteſt tamen à patre reuocari.*

21 *Pacto de non auantagiando maſculos plus quam filias fœminas, medio iuramento firmato, poteſt contraueniri.*

22 *Facultas alicui data perpetuò adminiſtrandi, vel alia faciendi, cum iurata promiſſione non reuocandi, non durat facta reuocatione.*

23 *Confeſſio facta in teſtamento vel quacumque alia vltima voluntate iuramento validata, vtrum reuocari poſſit, remiſſiuè.*

Effectus XXII.

1 VIgeſimusſecundus Effectus eſt, † faciẽs irreuocabilia quæ ceſſante iuramento reuocabilia forent. Plura in id congerit Ferrat. cautela 30. Neuiz. conſ. 66. num. 35. Bero. conſ. quarto, nume. 16. & ſequen. & num. 50. vbi vide. lib. 1. Natta conſi. 607. nume. 3. lib. 3. Gabr. concl. 9. in princ. de iureiur.

Seraphin. priuileg. 64.nume. 162.& ſequen.& 176. & ſequen.

2 Pactum † de litigando coram iudice non ſuo, reuocari poteſt ante litem conteſtatam,l.ſi conuenerit, ff. de iuriſd. omn. iudic.ſed ſi fuerit iuratum,efficitur irreuocabile,vt ibi notat Ferrat.num. 1.ver. ſecundo,& fortiter. Gabr.de iureiuran.concluſ.9. num. 12. Alciat. in cap. cum contingat, nume.248. de iureiuran. Natta conſil. 607. num. 3. lib.3.

3 Contractus † innominati pœnitentia reuocantur, ſed appoſito iuramento ſtabiliuntur.Ferrat.d.cautela 30. Gabr.dicta concluſ.9. num.11.Berous d.conſi.quarto,num.18.Alciat.ibid.nu.248.Natta conſi.607.num.3.lib.3.Seraph.in priuil.74.nu.162.

4 Patroni † variare poſſunt in præſentando, ſed ſi iurauerint non venire contra primam præſentationem, non admittitur variatio. Grammat.conſ.ciuil.31.num.7.& 8.

5 Donatio † cauſa mortis eſt reuocabilis, & appoſito iuramento de ea non reuocanda, tranſit in donationem inter viuos irreuocabilem.Ferrat.d.cautela 30.nu.1.verſ. quæ opinio.Rol. conſ.77. nu. 51.lib.1. vide infra in Effectu 209.

Contrarium voluit Decius poſt alios ab eo relatos in conſ.305. nume. quinto, Decian.conſ.7.num.114.lib.1. Natta, dicto conſil. 607.num.quarto.

6 Fundi † dotalis alienatio de iure Communi eſt nulla, & reuocari poteſt,ſed appoſito iuramento fit irreuocabilis. Alciat. in c.cum contingat,num.41.de iureiur.

7 Conſtituens † procuratorem ad permutandum, vel reſignandũ ex cauſa permutationis,ſi adijciat iuramento, non poterit contrauenire,& reuocatio non tenet. Rota; deciſ.8.de procurator. in antiq. Vide citata infra,num.10.& 11.Roland. conſ.6. num.51.lib.1. Boerius,deciſ.207.num. 1.& 2.vbi plura habes pro & contra.

Cæterum, vereor ne potius in contrarium Regula ſtatui poſsit,
8 vt † ſcilicet iuſiurandum interpoſitum ſuper actu libero, & ad libitum diſponentis ex iuris diſpoſitione variabili, non impediat reuocationem,licet is,qui reuocat, ſit periurus, ſed actus reuocatus firmus,& validus ſit.Socin.iun.conſi.44.num.23.24.& 28.lib.2. Decius in l.ſi conuenerit,num.quarto,ff.de iuriſd.omn.iud. Curt.ſen. conſi.52.num.12. Gabr. de iureiur.concl.1.num.3.Syllueſt.in ſum. ſuper ver.iuramentum quarto,nu.12.Bello.d.conſ.6.nu.52.

9 Hinc infertur, quod † iurans non reuocare teſtamentum, valet illud ad libitum reuocare, iuramento non refragante. Curt. ſen.d. conſ.52.num.12.Gabr.dicta concluſ.1.num.8.Pariſ.conſ. 69.num. 111.lib. 3.& conſ.24.num.66.lib.2.Socin.iun.conſ. quadrageſimoquarto, num.25.lib.2. Abb.in conſ.48.num.quarto,par.2.Boer.deciſ.204.num.19.& 20.Ancharan.in c.cum &,num.24.de teſtamen.

Seraph.

Seraphin.priuil.75.num.1.Quod procedit, etiam ſi votum feciſſet
de non reuocando. Iaſ.in conſ.122.nume.3.lib.quarto. Habetque
locum in eo,qui medio iureiurando alijs de ſua hæreditate paciſcē
tibus aſſenſum præſtitit,quē pro ſui libito reuocare valet. Boerius
d.deciſ.204.num.20.cum alijs,de quibus Viui. Opinio.578. num.
quarto,licet Felyn.in c.in præſentia, num.6. verſ. hinc eſt quod iu-
ramentum,de probation.contrarium dixerit.

10 Similiter † is, qui procuratorem ab eo conſtitutum non reuoca-
re promiſit,poterit eum ad libitum reuocare. Socin.iunior d.conſ.
44.num.26. Cur.ſen.d.conſi.52.num.10.verſ.primo quia.Gabr. d.
concl.9.num.9.Plot.in repet.l.ſi quando,num. 749. C.vnde vi.Pa-
riſ.conſi.69.num. 145. qui limitat, lib.3.Aymo,conſ.191.nume.6.
Felyn.in cap.doceri,num.7.de reſcript. Natta, conſi. 426. num.11.
lib.2.Seraphin.priuil.75.nu.13.vbi de communi, & Ripa, in lib.3.
reſponſo.c.16. num.8. vbi ſimiliter de communi. vide allegata ſu-
pra, nume.7.

Declara id & intellige, in ſimplici iuramento appoſito in conſti
11 tutione procuratoris,& † ſecus eſſe, ſi eſſet promiſſum parti cū iu-
ramento, quia tunc reuocare non poſſet,ſed obſeruare compelle-
retur,vt poſt Bald.& Iaſ.ab eo relatos adnotauit Roland.in conſ.6.
nu.50.lib.1.& faciunt notata per Abbat.in c.finem litibus, in fi. de
dolo & contumac.Boerium, deciſ.207. nu.3. Nattam,d.conſ.426.
nume.11. lib.2.

12 Princeps † gratiam à mera eius voluntate pendentem alicui fa-
ctam, reuocare valet,non obſtante iuramento.Socin.iun. d.conſil.
44.num.27.ſed id facere non debet, ſed vnum dumtaxat calamū,
& vnam linguam habere debet, illiq; cōuenit,quod ſcripſi, ſcripſi.
Roland.conſ.13.nu.52.57. & ſeq.lib.3. Menoch. conſ.103. nu.54.
lib.1.Curt.iun.conſi. 170.nu.41.& ſeq.

13 Iurans † non diuidere,nec à ſocietate recedere, poteſt iuramen-
to non obſtante contrauenire.Curt. ſen.dicto conſ.52.nu.10. Ga-
br.d.Concluſ.1.num.22.Viu.opi.460.num.2.verſ.amplianturpr
miſſa. vide inf.Effectu 160.

14 Vicarius † cum iuramento de eo non reuocando conſtitutus,
poteſt nihilominus reuocari.Curt.ſen.d.conſ.52. nu.12.verſ.tertio
mouetur.Gabr.d.Concl. 1.nu.14. de iureiur.

15 Et medio † iuramento promittens aliquem in Canonicum non
recipere niſi deficiente primo numero, ſi tamen recipiat,tenet re-
ceptio.Gabr.d.Concl. 1.num. 16.Seraph. d.priu.75.nu.14.

16 Et † iurans nō reuocare Statuta, ſi reuocauerit, reuocatio valet.
Gabr.ibid.nu.20.Seraph.ibid.nu.15.

17 Promittens † non alienare etiam cum iuramento ſi alienet, va-
let alienatio. Sylueſt.ſuper ver.iuramentum quarto, num.12.Gab.

d.Concl. 1.num.15. Alcia.in c.cum contingat, nu.42.de iureiur. & no.ſup.in hacmet quarta par.1.Effectu, q.quinta.

18 Non contrahere † cum aliqua iurans, ſi poſtea contrahat, cõtractus tenet. Gabr. d.Concl.1.nu.18.

19 Et † non cedere iura promittens, ſi cedat, ceſsio eſt valida. Aymo, conſ. 191.num.6.

20 Bonorum † diuiſio inter filios à Patre facta, etiam iuramento vallata, poteſt à Patre nihilominus reuocari. vide inf. in Effectu 51. verſ. ſed huiuſmodi.

21 Pactum † factum de non auantagiando filios maſculos vltra fœminas, iuramento non firmatur. Decius conſ.184.nu.7.prope fin.

22 Facultas data alteri perpetuò adminiſtrandi, vel alia faciendi, cũ iurata promiſsione non reuocandi, non durat facta reuocatione, licet reuocans ſit periurus. Ruin. conſ.54.num.12.lib.1. Alia etiam exempla habes per Seraph. in d.priuil.75.num.16.& ſeq.& per Iaſ. in l.duobus, §.fin.nu.9.& plur.ſeq.de iureiur.& per Fely. in c.ſi diligenti, num.32.verſ.Amplia etiam, & verſ. ſequenti, de foro competen. Boer.deciſ.204.nu.17.& ſeq.

Doctrinas huiuſmodi ſic repugnantes conciliare poteris ex notatis per Grammat.in conſ.31.nu.13.14.& 15.vbi videas.

Et conferunt deducta ſupra in primo Effectu, q.quinta, quæ ſatis quadrant ad effectum de quo agitur.

23 An autem † confeſsio facta in teſtamento, vel alia vltima voluntate, medio iuramento firmata, ſit reuocabilis, tractabitur infra in Effectu 211.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſupplet partis præſentiam.*
2 *Intellige in actu illi fauorabili, & proficuo.*
3 *Aequiparatur ſtipulationi Notarij.*
4 *Ratificatio abſentis an ſit neceſſaria.*
5 *Transfundit actionem in abſentem abſque ceſſione.*

Effectus XXIII.

1 VIgeſimustertius, & non mediocris eſt Effectus, quem iuramẽtum operatur in actibus abſente parte geſtis, nam ſupplet † eius præſentiam, & valẽt, ac ſi facti fuiſſent parte præſente, vt poſt alios ab eo relatos notauit Alexan. in conſi.31. num.13. verſ. & maximè cum iuramentum. lib.6. vide infra in Effectu 172. num.13. idem in l.ſtipulatio, §.alteri, num.9. vbi

vbi Iaſ.nu.quarto,de verb.oblig Felyn.in proœm.Decret. Gregor. Epiſcopus,num.24. Bertrand.conſi.95.num.2. in no. lib.2. Rube. Alexandr.conſi. 117.num.9.Pariſ.conſi. 107.num.50.lib.3. Ruin. conſi.144.num.8.lib.1.& conſ.108.nume.49.verſ.item abſenti, lib. quinto,Ripa,in l.1.num.17.vbi Cagnol.nu.75. C.de pact. Rolan. conſi.19.num.33.lib.1. Burſat.conſi.118.num.quinto,lib.1.& conſ. 304.num.52.lib.3. Neuizan.conſ.51.nume.32.Seraphin.de priuil. iuram.priuileg. 24.Grat. conſi.12.num.9.lib.1.

2 Intelligas † autem vt procedat in actu fauorabili pro abſente, prout loquuntur omnes ſupra relati, nam in his, quæ nociua ſunt, effectus huiuſmodi foret abſurdus.

3 Et † æquiparatur ſtipulationi Notarij. Pariſ.d.conſi.107. nu.49. 50.& 51.Roland.conſi.19.num.30.lib.1.Socin.iun. conſi.118. nume.16.lib.2.Alex.conſi.31.num.13. verſ.& maximè cum iuramentum, lib.6. Felyn.in proœm.Decret.Greg.Epiſcopus, nu.24. Socin. iun.conſi.118.num.16.lib.2. Ancharan.quæſt.38.num.6.par.1. Burſat.conſ.118.nu.6.lib.1.& infra in Effectu 172.nu.13.

4 An autem ſit † neceſſaria abſentis ratificatio, vide infra in Effectu 172. nu.14. ſed quia non leuis apud maiores noſtros circa hoc extitit controuerſia, viſum eſt ad Lectoris vtilitatem infraſcripta referre: quod permulti maximæque authoritatis aſſeruerunt, ratificationem non aliàs eſſe neceſſariam; vt firmat Socin.in conſ.137. col.3.ver.ſecundo, & vltimo,lib.1.& Corneus videndus in conſ. 2. col.2.litera E.verſ.præterea ius,& actio,lib.quarto, Aymo,qui hãc communem ſententiam appellat in conſ.252. nu.2. & ex pluribus comprobat Socin.iun.in conſi.118.num.13.& 14.lib.2. & pro hac parte aliàs fuiſſe iudicatum refert Guido Pap.deciſ.49. & ex pluribus confirmat Ruin.in conſil.172.nume.15.& ſeq. lib.1. Felyn. in proœ.Gregoria.nu.24.Pariſ.conſi. 107.num. 50.& ſeq.lib.3. & tandem hanc veriorem,& communiorem affirmat Burſat.in conſ.118. nu.quarto,& ſeq.lib.1.vbi alios cumulat.

Econtra,requiri ratificationem,& acceptationem voluerunt alij non minoris ponderis Doctores,de quibus Pariſ.conſil.27.nu.28. lib.1.Bertrand.conſi.304.nu.3.lib.3.in antiq.Cagnol. in l.ſi librarius,num.64. vbi hanc communem ſententiam, & à toto mundo ſeruatam teſtatur,de reg.iur.Decius in conſ.402.nu.25. & ſequen. Bero.in conſi.206.num.38.& ſeq.lib.3.& conſi.108. num.8. ibid. Plot.in repet.l.ſi quando,nume.51. verſ.ſic & donatio, C.vnde vi. Hanc quæſtionem diſputat ad partes Alciat. in cap. cum contingat,num.230. in fi. cum pluribus ſequen. de iureiur. vbi nonnulla adducit pro parte negatiua,& tandem, num.234. affirmat contrariam opinionem, quod ſcilicet acceptatio ſit neceſſaria, veriorem eſſe,ac magis communem,pluréſque congerit Cephal.in conſ.33.

in princ.lib. 1. & plura in vtramque partem congerit Gabr. Concl. 1.num. 110.de verb.oblig.

Diſſonantes huiuſmodi opiniones conciliat Ruin.in d.cōſ.172. num.16.lib. 1. vt vera ſit prior ſententia, quod acquiratur abſenti ante ratificationem ſed reuocabiliter, ſi ille non acceptet; neceſſariam autem fore ratificationem, vt irreuocabiliter acquiratur, declarat idem in conſ. 108.num.9.lib.quinto, ſequitur Rolan. in conſil. 19.num.28.lib.1.inſulſa namque foret opinio, vt nolenti ius acquiratur, contra Regulam triuialem; Beneficium non confertur in inuitum.

5 Transfunditque † actionem in abſentem abſque alia ceſsione. Roman.conſi.76.num.1.Burſat.conſ.304.nume.53.lib.3.Roland. conſi.19.num.31.lib.primo, Gabr.Concluſ.1.nu.70.in 7.Limit. de verbor.oblig.Decian.conſi.31.num.74.lib.1.Rimin.iun.conſ.242. num.155.lib.3.Rubeus Alexandr.conſ.112.nu.quarto, Seraphin. priuil.25.num.2.de priuil.iuram.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habetur pro efficaci cauſa obligationis.*
2 *Et facit non in plus, ſed efficacius quem obligari.*

Effectus XXIIII.

VIgeſimusquartus ſubſequitur effectus: nam vbi de iure in qualibet obligatione cauſa requiritur, aliàs eſt inefficax, ad cap.ſi cautio, vbi omnes notant, de fide inſtrum. Marſil.in Sing.482. vbi inquit id ſcire doctos, & impe-
1 ritos. Decius conſ.682.num.8.nihilominus † ſi appoſitum ſit iuramentum, id habetur pro efficaci cauſa obligationis. Plot.in d.Repet.l.ſi quando, num.36.& 37.C.vnde vi. Marſil.in l.prima, §.pręterea, nu.62.de quæſtio.Abb.in d.cap.ſi cautio, & apoſtil. ad eum, ſuper ver.ſemiplenam, num.6.& ibid.Fel.nu.25. Maſcard.de probat. Concl.345.num.36.& ſeq. vbi declarat id procedere in ciuilibus, & ſecùs eſſe in criminalibus.

2 Et licet iuramētum † non faciat quem in plus teneri, operatur, vt efficacius obligetur. Alcia.in cap.cum contingat, nu.249. de iureiur.& vide deducta ſupra in Effectu 7.& 15.

Quamplura ad exornationem huius materiæ refert Seraph. de priuil. iuram. in priuileg.94. ibi videas ne eadem abſque propoſito repetantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum addit forum foro.*

2 *Laici compromittentes, & iurantes pro obſeruantia laudi, ob iuramentum conueniri poßunt coram eccleſiaſtico.*

3 *Quid in Vniuerſitate, cuius Syndicus iurauit in compromiſſo, an ob id iuramentum conueniri valeat in foro Eccleſiaſtico.*

4 *Recurri poteſt ad forum eccleſiaſticum, ſi recurrens inſtet pro obſeruãtia iuramenti.*

5 *Actori datur electio, ad quem magis recurrere velit ſæcularem iudicem, vel eccleſiaſticum.*

6 *Quid autem in hærede iurantis.*

Effectus XXV.

1 Vigeſimusquintus eſt Effectus, & mirabilis, quod † ſcilicet iuſiurandum addit forum foro; ſi quidem laicus, qui cõueniendus eſſet coram iudice ſuo laico, ratione iuramẽti conueniri poteſt coram eccleſiaſtico. Imola, in c. cum contingat, num. 29. de iureiur. de communi Iaſ. conſ. 9. nu. 8. lib. 1. & in Authen. Sacramenta, num. 17. verſ. item addit. C. ſi aduer. uendit. Rip. l. 2. num. 49. ff. ſol. matrim. Alex. conſ. 63. num. 1. & 2. lib. 3. Claud. Seyſel. in l. ſi ita ſtipulatus, nu. 10. de verb. obl.

2 Hinc eſt, quod ſi factum ſit † à laicis compromiſſum medio iuramento roboratum, ſi petatur laudi reductio, adiri poterit iudex eccleſiaſticus. Alex. d. conſ. 63. nu. 2. lib. 3.

3 Quid iuris † in Vniuerſitate? ſi eius Syndicus in aliquo inſtrumento iurauit, an propterea conueniri poſsit coram iudice eccleſiaſtico? latè diſcutit Berous in conſ. 8. & tandem, num. 30. pro negatiua concludit, lib. 3. reddita ratione, quia ex iuramento Syndici Vniuerſitas ligatur tantùm quoad temporalia, & ſecùs quoad ſpiritualia, & animam, vt inquit num. 25. 30. & 31. ibi vide.

4 Intellige tamen, † vt recurri poſsit ad eccleſiaſticum, ſi recurrens inſtet pro obſeruantia iuramenti, iuxta cap. fin. de foro compet. lib. ſexto, & declarat Iaſ. in præcitato conſ. 9. num. 3. lib. 1. Calderin. conſi. 2. de iudicijs, Couarr. vidend. in lib. 1. variar. reſol. c. 4. num. 8. verſ. ſi vero conceſſa.

5 Daturque † Actori electio ad quem magis iudicem, eccleſiaſticum, vel ſæcularem recurrere malit, vt docet Imola, in c. cum contingat, num. 29. verſ. circa ſecundam ſpeciem, de iureiur.

6 Nunquid † autẽ id procedat in hærede iurantis? Vide Gui. Pap. deciſ. 414. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 67. num. 22. & ſeq. Caſ-

ſador.deciſ.2.num.9.vbi de communi, de iureiur. Bero. conſil.92. num.18.lib.1.& conſil.8.num.31.lib.3.

Non deſunt autem dicentes quod ita demum iuram. facit hunc effectum, vt eius occaſione cauſa fiat Eccleſiaſtica, ſi perſona ſit Eccleſiaſtica, vel ſi dubitetur de validitate iuram.vt refert Seraphi. in d.priuileg.86.num.quarto,ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum excludit exceptionem, dolo facis, petendo quod reſtituturus es.*

Effectus XXVI.

1 VIgeſimusſextus effectus colligitur ex c.debitores,de iureiur. nempè, quòd † excludit exceptionem dolo facis, petendo id, quod reſtituturus es, contra Regulam, l. dolo facit, ff. de doli mali except. nam petens vſuras, ſcit ſe teneri ad reſtitutionem, & nihilominus debitor ratione iuramenti compellitur ad ſoluendum, ex quo textu, d. c. debitores, huiuſmodi effectum deprompſit Iaſ.poſt alios,in l.eum qui, §. ſi iurauero,num.7.de iureiur. Natta in conſ.54.nu.2. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Simplex renunciatio iuris futuri, non valet.*

2 *Valet tamen ſi ſit iurata.*

3 *Simplex renunciatio intelligitur de iure quod competit de præſenti, & an virtute iuramenti porrigatur ad ius futurum.*

4 *Valet renunciatio iuris futuri, ſi fiat in iudicio.*

5 *Prout valet etiam facta parte præſente.*

Effectus XXVII.

1 VIgeſimusſeptimus receſetur Effectus, quoniam licet ſimplex renunciatio iuris futuri nihil valeat, l.ſi ita ſcriptũ, §.ſi ſub conditione,de leg.2. Alex. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum,num.3. ff.ſi quis caution. Seraphin.de priuil.
2 iura. priuil. 109. num. 1. Appoſito † tamen iureiurando validatur, Cuman.l.is qui hæres,num.3.vbi Alex.num.7.de acquir.hęred. Alex.in d.§. quæſitum, num.4. cum congeſtis à Tiraq. in præfat.l.ſi

vnquam,

vnquam,num.138.C.de reuo. donat. Pariſ.conſil.26. num.2.3. & ſeq.lib.3.Roma.conſil.22.nu.2. Decian. conſil.39.nume.76. lib.2. Seraphin.d.priuil.109.nume.3.Marcabru.conſil.86.num.71.

De quo tamen an verum ſit, dubitat Tiraquel. poſt alios ab eo relatos, in d.præfat.num.153.

3 Et aduerte, quod † renunciatio ſimpliciter facta, intelligitur de iure, quod de præſenti competit, quoniam ſtrictè eſt interpretanda. Tiraq.in d.præfat.num. 149. Proinde periculoſum eſt, quod inquit Decius in conſil.379. nume. 10. quod virtute iuramenti porrigitur ad ius futurum. Ad quod probandum citat Cuman.& Alex.in locis proximè relatis, qui tantummodo dicunt, quod ſuprà retulimus, quod vigore iuramenti firmatur renunciatio iuris futuri, quę ceſſante iureiurando non valeret.

4 Valet † etiam renunciatio iuris futuri, ſi fiat in iudicio, vt poſt gloſ.& alios, notauit Iaſ.in l.1.num.6.de verb.obligat.

5 Prout † valet etiam facta parte præſente, & ſuſtinetur in vim pacti. Socin. conſil. 114. num.6. lib.1. Rota. deciſ.2. de renunciat. in nou.

Et generaliter, iuſiurandum firmat renunciationem aliàs inualidam. Tiraq. in præfat.l.ſi vnquam,num.num.138.C.de reuoc. donation.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum firmat alienationem rei dotalis, ſi non adſit enormis læſio.*
2 *Et idem eſt in donatione propter nuptias.*
3 *Quamuis æquiparatio dotis, & donationis propter nuptias ſit periculoſa.*
4 *Augmentum dotis priuilegio ipſiuſmet dotis gaudere dicitur.*

Effectus XXVIII.

1 VIgeſimuſoctauus eſt effectus, † quod iuramentum firmat alienationem rei dotalis. Ripa, in lib.3. reſponſor. c.6. num. quarto. De Communi Alex. conſil.7. num.6. lib. 6.& conſil.38.num.1. verſ.præſtito enim iuramento,lib. 2. Affiict. deciſ.311. num.quarto. Ruin.conſil.66. nume.14. lib.2. Ancharan.conſil.433.nume.3.Imola in c.cum contingat,num.88. verſil.ſed aduerte in tantum, de iureiur. Bal.nouell.de dote, par.6. priuil.21. limitat.12. verſi. tu aduerte. Seraphin. de priuil.iura. priuil.76. num.1.

Verumtamen hoc eſt ſanè intelligendum, quatenus mulier immodicè

modicè non lædatur; quoniam ſi adſit enormis læſio, poterit abſolutionem à iuramento petere, & contrauenire. Vide latè ſupra deducta in 1. Effectu, in prima, & 2. quæſtione.

Et vide deciſionem Rotæ relatam infrà in Effectu 212. pro fauore dotis.

2 Et quod † de dote dicitur, procedit etiam in donatione propter nuptias. Seraphin. ibid. num. quarto, & ſeq. Pari enim paſſu cum dote ambulat. Bellon. conſil. 17. in princ. Cephalus conſil. 598. nume. 29. lib. quarto.

3 Sed huiuſmodi † æquiparatio dotis, & donationis propter nuptias eſt periculoſa, quoniam aliàs Rota me informante coram Illuſtriſsimo D. Blanchetto, in vna Senenſi, alimentorum inter Illuſtriſsimã D. Duciſſam Amalphiæ Clientem meam, & Illuſtriſs. DD. Iacobum, & Scipionem de Piccolomineis, ſub die 25. Februarij, 1575. declarauit id indiſtinctè non eſſe verum, & eſſe intelligendum vt ſint æquiparata (quoad augmentum,) & diminutionem; Minus enim eſt verum, vt in omnibus pari paſſu ambulent, vt patet ex Neguſant. de pignorib. in quarto memb. 2. par. nume. 64. & ſeq. Pariſ. conſil. 95. nume. 39. & ſeq. lib. 2. Natta, conſil. 591. num. 1. & num. 5. lib. 2.

4 Idem dicas in † augmento dotis, quod eodem dotis priuilegio gaudet. Aretin. conſil. 152. in princ. Natta, conſil. 253. num. quarto, lib. 2. Menoch. conſil. 93. num. 13. lib. 1. Pariſ. conſil. 62. nume. 34. lib. quarto, cum alijs triuialibus.

Limitat Seraphin. hunc effectum in d. priuileg. 76. num. 12. vt non procedat, ſi non ſuperſint bona mariti, ſuper quibus vxori conſuli poſsit; circa quod vide notata ſupra in princ. quamuis ſibi ſit contrarius, quoniam in Effectu 95. nume. 2. tenet oppoſitum.

Limitatur etiam, vbi prius mulier iuraſſet bona dotalia non alienare: quia tunc primum iuramentum ſecundo præualeret. Vide notata ſupra in 1. Effectu, quæſtio. quinta.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit vt inſtrumentum habeat paratam exequutionem.*

Effectus XXIX.

1 Vigeſimusnonus cauſatur Effectus à † iuramento, nempè quod appoſitum in Inſtrumento, facit illud habere paratam exequutionem. Ripa, in l. 2. num. 50. ff. ſol. matrimon. Iaſ. in l. fin. num. 6. verſ. quartus caſus, C. de edic. diui Adria. toll. & in l. nulli, num. octauo, C. de Iudi. & in l. 2. num. 9.

&

& plu. ſequ. de iureiur. Marſil. Sing. 356. Gramat.conſ. ciuili, 11. num.3. Iaſ. conſil.9. num.1. & in vltima reſponſione ad d. conſil. nu. 3. cum congeſtis à Tiraq.in l.ſi vnquam,ſuper ver. donatione, num.104. C.de reuoc.donat. Io.de Amic.conſi.31.num.20. Seraphin.priuileg.77.num.2.qui alios citat.

Cauendum eſt autem ab hoc Effectu, quem toties, & paſsim Doctores ſimpliciter inculcant, quoniam huiuſmodi effectus non habet locum in iuramentis promiſſorijs. Curt. iun. in l.2. nume.7. prope finem, vbi de Communi,ff.de iureiur.& melius declarat Iaſ. in d.l.2.num.20. verſ.quarto notabiliter limita. de iureiur. vbi inquit eſſe cauendum, nè cum aliquibus Aduocatis erretur, putantibus omne inſtrumentum, in quo appoſitum eſt iuſiurandum, habere paratam exequutionem; ſed id procedere duntaxat in iuramento tendente ad litis deciſionem. Granut. Theoremate 10. numero 31. Proinde ita intellectus hic Effectus, exigui momenti erit.

Seraphin. autem in priuileg.77. nume.15. verſi. quinto amplia; refert Communem in contrarium, reſtrictam tamen cum iuratum eſt ſecundum formam ibi relatam; & rurſus firmat inferius, nu.32. Quæ forma eſt, vt debitor iuret ſe eſſe debitorem; quod caret difficultate,quia ſi ſola confeſsio ſufficit,ex l.1.ff.de confeſſ.multo magis vbi ſit iurata. Vide Carocium de iuram. deciſiuo, in 20.quæſt. principali.

SVMMARIVM.

1 *Nil refert an debitor ſoluat, vel compenſet, ſed ſtante iuramento compenſatio non admittitur.*

2 *Sed ſi debitum, quod compenſari prætenditur, ſuperuenit poſt iuratam promiſſionem ſoluendi, tum poteſt compenſari.*

3 *Admittitur etiam compenſatio ad fauorem pauperis, aut eius qui numeroſa ſobole eſt grauatus, tunc enim æquitatis intuitu admittitur.*

4 *Et admittitur etiam in cauſis, in quibus ſola veritate inſpecta, proceditur.*

5 *Quid ſi compenſationis exceptioni fuerit renunciatum?*

6 *Pactum an valeat ne fiat vlla compenſatio pro negatiua remiſſiuè.*

7 *Quid in hærede iurantis?*

8 *Fallit ad euitandam pœnam, & periurium.*

9 *Et cum debitum eſt hincinde iuratum.*

10 *Retentio non excluditur, licet excluſa ſit compenſatio vbi illi de iure ſit locus.*

Effectus

Effectus XXX.

1 TRigeſimus ſubſequitur Effectus, nam † licet nihil interſit, an debitor ſoluat, vel compenſet, l. ſi debitor, circa fin.ff. qui potior.in pign. habe. ſi tamen debitor iurauerit ſoluere in certo tempore, non poterit compenſare, quoniam iuramentum præciſè ſeruandum, compenſationem excludit, ad c. ad noſtram, il 1.de iureiuran. Iaſ.in l.eum qui, §.ſi iurauero, num.5. de iureiur. de Communi Alex. in conſil.91.num.5.lib.2.cum con geſtis in Deciſ. Pedemon.92. num.26. vbi de magis Communi, & per Sebaſtia. de compenſat. quæſtio. 25. vbi ſatis diffusè, nume.1. Anchara.quæſtio.2. num. 3. part. 1. Peruſi. deciſ. 15. num. 10. Roland.conſil.6.num.31.lib.1. Capici.deciſ. 167. num. quarto. Gabr. de iureiuran. Concluſ.7.Chiſſanen.dec.29.incip. Compenſatio, in manuſcrip.Neuizan.conſil.62. num.26. Natta, conſi.54.nu.1. & 6. lib.1.Crot.conſi.120.num.49.lib.1.vbi de Communi.Sylua.conſi. 40.num.23. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 148. num. 16. Seraphin.de priuil. iuram.priuileg.74.num.35.& ſeq.& num.37.

2 Limita huiuſmodi Concluſionem, † ſi debitum quod prætenditur compenſari, ſuperueniſſet poſt promiſsionem ſoluendi iuratam, quia tunc eſſet admittenda compenſatio. d.deciſ. Pedem. 92. nume.33. vbi plures in id cumulantur; & ſequitur Galleſi. de Camer.oblig.in 2.parte tract.& quarta Formul. quæſt.2. num.9. Ancharan. quæſt.2. num.3. & 4. Capicius, deciſ.167. num.4. Gabr.d. Concluſ.7.num.5.Sylua.d.conſil.40.num.23.Sera phin.d.priuileg. 74.num.143.

3 Limita ſecundò quando † debitor eſſet pauper, aut grauatus onere filiorum, quoniam æquitatis intuitu tunc eſt admittenda com penſatio, nec ferenda eſt durities creditoris volentis exigere quod ſibi debetur, & ſoluere recuſantis, quod alteri debet. Galleſi.d.quęſtio.2.num.7.Pedem.ibid.num.35. Sebaſtia. d.quæſt.25.nume.25. Ancharan.d.quæſt.2.num.5.Gabr.d.Concl.7.num.11.Seraphin.d. priuileg.74.num.142.& 158.

4 Limitatur, & tertiò, vt † non procedat, quoties eſt procedendũ in cauſa, ſola veritate inſpecta.Pedem.d.deciſ.92.num.35. Sebaſtian. d.quæſtio.25.nume.24.Gabr.d. Concl.7.num.12. Seraphin.d. priuileg.74.num.148.

5 Quid ſi † exceptioni compenſationis eſſet renunciatum? adhuc in debito ſuperuento eſſet locus compenſationi. Ancharan. d.quæſt.2.num.11.12.& ſeq.Capici.d.deciſ.167.num.5.

6 An autem † valeat pactum, vt nequeat fieri compenſatio. Vide pro negatiua Seraphin.in d.priuileg. 74.num.35.

Limi-

7 Limitatur,& quartò vt † non procedat in hærede iurantis,ex deductis per Seraphin. in d.priuileg.74.num.241. vbi de Communi, quamuis ipſe nonnulla adducat in oppoſitum.

8 Quintò † ad euitandam pœnam,& periurium. Gabriel. d.Concluſ.7.num.10.de iureiuran. Seraphin.d.priuileg.74.num.145. Tiraq.de retrac.lignag.§.3. gloſ.3.num.3. & vide in oppoſitum notata num.6.

9 Sextò limitatur cum † debitum hincinde eſſet iuratum.Pedem. d.deciſ.92.nu.35.Seraph.d.priu.74.nu. 149.

Nonnullas alias Limitationes recenſet Seraphin. ibid. vbi videre poteris.

10 Notabis autem, quod licet † excluſa ſit compenſatio, non propterea impedita eſt retentio, vbi illi de iure ſit locus, ex deductis per Aymo.in conſil.148.nume.2.cum alijs de quibus Seraphin.in d.priuileg.74.num.144.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim actus geminati.*

2 *Geminatio vt operetur, requirit temporis interuallum inter actus geminatos.*

3 *Leges quare temporis interuallum requirant inter actus geminatos, & vide num.5.*

4 *Eadem facilitate induci aliquem ad iurandum, qua inducitur ad contrahendum quomodo intelligendum ſit.*

Effectus XXXI.

TRigeſimusprimus ſequitur Effectus, quod iuſiurandum habet vim geminati conſenſus; vbi enim lex ad actus validitatem requirit cõſenſum geminatum,veluti in l.ſi mu-
1 lier,ſecunda,& in Authen.Siue à me,C.ad Velleian.† tũc iuramentum operatur effectum actus geminati, ad glo. magnam, in cap.cum contingat, verſic.præterea prohibitio, de iureiur. vbi Abb.num.5.Alciat.num.64.Imola,nume.10. quem videas. Curt. ſen.conſi.75.num.quinto,Alexan.conſi.27.nu.3. lib.1. Boer.conſil.29.in fi.verſ. vbi idem.Fel. in c.ſi cautio, nu.39. de fide inſtrum. Seraphin.de priuil.iuram.priuil.62.in princ. & vide quia in aliquo contradicit,& in priuileg.89.

Huiuſmodi autem effectus ita generaliter intellectus videtur pe-
2 riculoſus, quoniam † ad effectum, vt geminatio pariat effectum, requirit interuallum inter actus geminatos, & ſi ſimul fiant, pro

vnico

vnico actu reputantur, vt in his proprijs terminis aduertit Iaſ.in l.ſi inſulam,num.35.verſ.ſecundum fundamentum, de verbor.oblig. idem in l.1.num.31.& ſeq. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. Ripa, in Rubr.de verb.oblig.nu.34.Fely.in c.ſi cautio,nu.44. de fide inſtrum.Pariſ.conſ.71.nu.20.lib.3.

3 Poſſet autem reſponderi,quod † ideo leges requirunt temporis interuallum inter actus geminatos, quoniam præſumendum eſt, vt in repetitione actus magis cogitauerit, & deliberatior acceſſerit in ſecundo conſenſu, vt arguitur ex præcitata l.ſi mulier, ſecunda, in verſ.ſin autem poſt biennium; Sed is qui actum facit medio iuramento, præſumitur vt deliberatus, & benè prouiſus id faciat, vt adnotauit Ruin.poſt alios quos citat,in conſil.135. nume.quarto, lib.1.Rimin.iun.conſ.483.num.54.lib.quinto,& conſ.553. nu.24. ibid.Cagnol.in l.2.num.93.C.de reſcind.vend. Alexand.conſ.27. num.3.lib.primo, Simoncel.de decret. lib.3.tit.8. num.136. inſpectione 18.imo præſumitur,vt deliberatiſsimè id faciat. Soc.iunior, conſi.67.nu.33.lib.2. non mirum ſi Doctores voluerint æquipollere conſenſui geminato.

4 Sed replicari poteſt, non deeſſe Doctores dicentes † eadem facilitate quem induci ad iurandum, qua inducitur ad contrahendũ, & Doctores ſe fundant in eo, quod fieri deberet, ſed rerum experientia docet, in negocijs maiorem diligentiam non adhiberi, (reſpicientibus contrahentibus eorum vtilitatem) ſiue cum iuramento, vel abſque illo contrahant,vt inquit Aymo,in conſi.192.nu.9. de quo particulariter agetur infra in Effectu 137.

Et valde vrget l.ſi mulier, ſecunda, C.ad Velleian. vbi ſi mulier intra biennium ſecundo conſentiat, talis conſenſus non præiudicat,ſed requirit lapſum biennij à primo ad ſecundum, & tunc lapſo biennio, ſi ſecundo conſentiat,dat robur contractui; Proinde inferri uidetur,quod non debeat attendi hæc præſumpta deliberatio,quæ ſumitur ex iuramento,cum nullum interueniat temporis interuallum,quo maior deliberatio præſumi poſsit, quam ea, quæ ob vnicum actum præſumeretur.

5 Sed reſponderi poteſt † ob reuerentiam iuramenti cenſeri maiorem,& maturiorem deliberationem,vt latius deducetur infra,in Effectu 137. vbi vide,& etiam congeſta per Seraphin. de priuil.iuram.priu.64.per totum, vbi nonnulla deducit ſatis ad propoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ante excuſſum principalem conueniri nequit.*
2 *Fallit ſi medio iuramento promiſit, & nu.3.*
Fallit item in fideiuſſore indemnitatis, num.4.

Effectus

Effectus XXXII.

1 TRigeſimusſecundus adnotatur Effectus. Namque † fideiuſſor conueniri nequit niſi prius excuſſo principali. Authen.præſente. C.de fideiuſſor. vbi tamen fideiuſſor cum iuramento ſe obligauerit amittit excuſsionis beneficium ex notatis à Tiraq.in præfat.l. ſi vnquam,num.137. C.de reuocan. donat.cum congeſtis per Duen.in reg.335.num.20. Natta,conſil. 426.num.22.lib.2. Rol.conſi.6.num.45.lib.1.Gozad.conſi.32.nu. 14.Alciat.in l.1.§.ſi quis ita,num.47.de verb.oblig. Barbat.conſil. 43.num.2.lib.2.Gabr.de fideiuſſor.Concl.1.nu.23.Seraph.de priuil.iuram.priuil.88.de communi.Ioannes de Hannibal.inter Repetent.in l.ſi inſulam, nu.85.de verb.oblig.

2 Contra † huiuſmodi effectum tenent Iaſ.in l.decem,num.23.& ſeq.de verb.oblig.& alij ab eo citati,& cumulati per Duen.in dicta Reg.335.num.20.verſ.contrariam tamen,& per Tiraq. in d.præfatione,num.152.Gabr.d.Concl.1. num.44. verſ.contrarium vero, & Seraph.d.priuil.88.nu.2.& ſeq.

Rota autem Romana ſupremum Orbis Tribunal in rectè iudi-
3 cando, tenuit ob iuramentum & ob Clauſulam † qua mulier pro marito fideiubens renunciauerat omni iuris auxilio, fore renunciatum beneficio excuſsionis, vt habes in lib. diuerſ. deciſ. 26. incip. die 24.in vna Bononienſi,in manuſcriptis.idem habes in deciſ.Peruſi.57. num.4.& 7.

Huius autem Authen.Regula quamplurimas habet alias limitationes,& quidem notabiles; quas latè proſequuntur Marſil.in Rubrica de fideiuſſoribus,num.8.cum multis ſequen.Gabr.qui ponit ampliationes,& magnas Limitationes in præcitata Concl.1.de fideiuſſor.& Duen.in d.Regula 335.

4 Signanter † autem fallit in fideiuſſore indemnitatis, vt per Seraph. in d.priuil.88. num.11.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tollit beneficium l.2.C.de reſcind. vendit.*

2 *Sed vbi extet enormis læſio, petita abſolutione à iuramēto, venditionem retractare poterit.*

Effectus XXXIII.

TRrigeſimustertius, qui à iureiurādo ſcaturit effectus eſt, quod iurans non venire contra venditionem non eſt audiendus, ſi
1 poſtea dicat ſe læſum, † amittitque beneficium l.2. C. de reſcind.

vendit.

vendit.& not.per Capr.in Reg.87.num. 113.& 119.& paſsim ibi, nam diffusè tractat iſtam materiam.de communi Alexan.conſ.42. num.9.lib.1.Cagnol.d.l.2.num.91.vbi diffusè.Pinell. in 3.par.c.1. num.1.& ſeq.Aymo,conſ.290.num.1. verſ.tertio pro hac parte,& de communi in conſi.114.num.9.Soc.iun.conſil.50.num.quinto, lib.2.Decius conſi.180.num.quarto,latè Couarru.lib.2. variar.reſol.c.quarto,Roland.conſi.13.num.23.& conſi.59. num.18.lib.1. Gozad.conſ.32.num.13.Soc.conſ.155.num.14. vbi de communi, lib.2.Boer.conſ.28.num. 10.& conſi.30.num. 10.Pedem.deciſ.41. num.8. Abb.conſ.71.num. 8.verſ.condeſcendo,lib.1.Socin.conſi. 80.num.12.lib.1.de communi,Imola,conſ.14.num.2. verſ.ſecundo, & fortius, Seraph.de priuil.iuram.priu.136.nu.1.

3 Nihilominus † vbi vendens ſit enormiter læſus, poterit abſolutionem petere, & venditionem retractare, ex d.l.ſecundæ remedio. Affl.deciſ.322.num.9.10.& ſeq.vide deducta ſupra, in 1.Effectu,q.2.& 8.vbi latè materia iſta diſcutitur, lateq; de ea agit Gabr. de empt.& vendit.Concluſ.1.

SVMMARIVM.

1 *Cenſuarius diu moroſus in ſoluendo, nunquam cadit.*
2 *Fallit ſi cenſus ſolutionem medio iuramento promiſit.*
3 *Quod non procedit in hærede iurantis.*
4 *Valet pactum, vt cenſuarius ceſſans in ſolutione in termino conuento, cadat à iure cenſus.*

Effectus XXXIIII.

1 TRigeſimusquartus, & ſtupendus eſt Effectus, quod † licet Cenſuarius moroſus per centum annos in ſoluendo Cen-
2 ſu nunquam cadat, ſi † tamen iurauerit Cenſum ſoluere, ſi ſemel tantum deficiat, cadit. De communi poſt Caſſador. Roland.conſi.6.num.41.lib.1.Gabr.de tranſact.Concl.1.num.43. & firmauit Rota, vt vltra Caſſador.& prænominatos teſtatur Simonett.in deciſ.37.fuit quæſitum, in manuſcr.

His arrident relata ſupra in quarto Effectu, quæ videre poteris.

3 Quod † tamen non procedit in hęrede iurantis. Simonetta ibid. in principio.

4 Et licet Cenſuarius ex † natura contractus nunquam cadat ob non ſolutionem: valet tamen conuentio, vt Cenſu per biennium aut triennium non ſoluto, res incidat in commiſſum. Couarr.lib.3. variar.reſolut.c.7.nu.1.col.3.verſ.ſolet tamen.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Renunciationem Velleiani S.C. valere facit appoſitum deſuper iuramentum.*
2 *An certioratio requiratur, quod, & quale ſit huiuſmodi beneficium.*
3 *Et quod ſi nullum ſit appoſitum iuramentum, & Notarius atteſtetur de certioratione facta mulieri huius beneficij, an ei ſit fides adhibẽda.*
4 *Raro aut nunquam fiunt inſtrumenta ſine interpoſitione iuramenti.*

Effectus XXXV.

1 TRigeſimusquintus numeratur Effectus, quia † licet mulier Velleiani Senatusconſulti beneficio renunciare non ualeat, ſi tamen id faciat medio iuramento, obſeruare tenetur, ad text. in c. ex Reſcripto, de iureiur. Iaſ. poſt alios, in l. ſciendum, num. 33. verſ. pro iſta parte, de verb. oblig. & num. 31. & 32. & in l. penul. num. 18. verſ. item aduerte, C. de pact. Soc. in Reg. 274. num. quarto, cum his quæ notata ſunt ſupra in Effectu 27. quę huic Concluſioni applaudunt. Paul. conſ. 8. num. quarto, lib. 2. Alexan. conſi. 222. num. quarto, lib. 2. & conſi. 42. num. 9. lib. 1. Afflict. deciſ. 336. num. quarto, Boer. deciſ. 30. nume. 11. Neuizan. conſ. 22. num. 9. Iaſ. in Auth. Sacramenta, nume. 53. C. ſi aduerſ. vendit. cum congeſtis per Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num. 36. C. de reuoc. donat. & tenet Rota, in diuerſ. deciſ. 26. incip. die 24. in vna Bononien. in manuſcr. Socin. iun. conſi. 165. num. 2. lib. 2. Viu. opin. 529. num. 2. vbi de communi, cum alijs de quibus Seraph. de priuil. iuram. priuil. 99. nu. 1. Bero. conſ. 48. num. quarto, lib. 1.

Licet non deſint, qui communiter admiſſum aſſerant, etiam cũ iuramento, huiuſmodi renunciationem non valere. Abb. in conſil. 71. num. 2. par. 1. Grammat. de communi, in deciſ. 76. nu. 20. Calcaneus conſ. 25. num. 28.

Et quamuis Soc. in conſ. 263. num. 14. lib. 2. affirmet, iuxta com-
2 munem, ad effectum, vt iurata † renunciatio teneat, requiri certiorationem; oppoſitum eſt verius, vt liquet ex ſupra citatis in Effectu 1. quæſt. 13. verſ. opportunè autem, nu. 21.

Vide deducta infra in Effectu 202. vbi plura ad materiam pertinentia referuntur.

3 Quid autem † ſi nullum appoſitum ſit iuramentum, & Notarius atteſtetur ſe certioraſſe mulierem de huiuſmodi beneficio, an ei ſit credendum? Plura pro, & contra refert Iaſ. in l. ſi duo, §. idem Iulianus, num. 19. de iureiur. & Seraphin. de priuileg. iuramen. in pri-
4 uileg. 63. num. 11. 12. & pluribus ſequentibus: ſed † quia raro, vel

nunquam fiunt inſtrumenta ſine iuramento, cum caſus in foro non ſit practicabilis, diſcutere omitto.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim Clauſulæ, Se facturum, & curaturum.*

2 *Et niſi adimpleat, tenetur ad intereſſe partis.*

3 *Taliter promittens, ſi omnem diligentiam adhibuit, vt ille pro quo promiſit, illud faceret, isq; recuſauerit, excuſatur.*

4 *At ſi vltra promiſſionem de faciendo, & curando, vt tertius faciat, adiecta ſit Clauſula, Ita vt omnem poßibilem diligentiam faciendo, non excuſetur, ſed de proprio teneatur, tunc omnino eſt obligatus.*

Effectus XXXVI.

1 TRigeſimusſextus eſt Effectus, quoniam iuſiurandum habet vim, & efficaciam Clauſulæ, Se facturum, & curaturũ: is enim, qui ſimpliciter alienum factum promittit, nõ obligatur, ſed ſi adijciat iuramentum, id operatur, ac ſi promiſiſſet ſe facturum & curaturum, quod is pro quo promiſit, faciet,
2 & adimplebit, & ideo † niſi adimpleat, tenetur ad intereſſe. Pulchrè Rom. in l. ſtipulatio iſta, num. 5. & 6. in verſ. ego addo, de verbor. oblig. & in conſ. 510. nume. 24. Afflic. deciſ. 298. num. 2. Pariſ. conſi. 110. num. 6. lib. 1. Caball. de euictio. §. 3. num. 67. & 68. Ruin. conſi. 42. num. 16. lib. 1. Iaſ. in §. item ſi quis, il ſecondo, nu. 14. prope fin. Inſtit. de action. Rol. conſ. 6. num. 33. lib. 1. Grammat. quæſt. 2. poſt deciſiones, nu. 1. Seraph. de priuil. iuram. priu. 87. vbi vide.

3 Notandum eſt tamen, quod † ſi taliter promittens fecerit omnẽ diligentiam, & conatum, & tertius pro quo promiſit, adimplere recuſat, quod tunc excuſatur, nec dicitur periurus, & non debet moleſtari. Afflict. deciſ. 295. vbi in facti cõtingentia refert ita aliàs fuiſſe iudicatum. Viui. proximè referendus, & Aret. in conſ. 142. ante num. 1. Dec. conſ. 313. col. 2. Gram. d. q. 2. num. quarto, & ſeq. Caputaq. deciſ. 26. incip. Promittens. lib. 1. in manuſcr. Gabr. de pactis. Concl. 2. col. 1. Ripa, in l. quarta, §. Cato, num. 58. de verb. oblig. Rimin. iun. conſ. 553. nu. 1. & ſeq. lib. quinto. de communi Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, num. 10. de verb. oblig. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 74. num. 22.

4 Sed ſi vltra † promiſsionem de faciendo, & curando, quod talis faciet, adiecta fuerint verba, ita vt factum alienũ promittendo, omnemq; poſsibilem diligentiam adhibendo, non excuſetur, ſed de proprio teneri voluit, tunc ſi tertius non adimpleat, taliter promittens

tens non excuſatur, ſed tenetur ad intereſſe de ſuo proprio. Viuius inter communes, ſuper ver. Promittens ſe facturum, Pariſ. d. conſi. 110. nu. 8. 9. & 10. lib. 1. & conſi. 76. num. 16. lib. 3. Decius conſ. 323. num. 5. Aymo, conſ. 272. num. 13. Soc. conſ. 288. nu. 30. & pluribus ſequent. lib. ſecundo, Gabr. d. Concl. 2. num. 11. & 14. Roland. conſil. 53. num. 11. & plurib. ſequen. lib. 1. Rimin. iun. d. conſ. 553. nu. 6. & ſeq. Purpurat. conſ. 561. nu. 2. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum minoris repræſentat eum maiorem, & ſupplet ſolennitates à iure requiſitas.*

2 *Non tamen fingit eum ſagacem neque prudentem.*

3 *Minor ex Ariſtot. authoritate habet iudicium imperfectum, & mulier inualidum.*

4 *Iuramentum Deo præſtitum eſt obſeruandum, vbi ſeruari poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ.*

Effectus XXXVII.

1 TRigeſimusſeptimus eſt Effectus, quod iuramentum minoris repræſentat eum maiorem, & ſupplet ſolennitates à iure requiſitas. Marc. deciſ. 606. num. 1. Multa quoad hoc cumulat Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 83. ſed quia huiuſmodi Effectus reincidit cum notatis ſuprà, in 1. Effectu, in 15. quæſtio. & cum deductis in 3. Effectu, ad ibi dicta me remitto.

2 Ponderabis tamen, † quod licet iuramentum repræſentet minorem pro maiori, non fingit eum ſagacem, neque prudentem; Nam

3 vt inquit Ariſtoteles Minor † habet iudicium imperfectum, & mulier inualidum. Rimin. conſil. 5. num. 112. lib. 1. Sylua. conſi. 13. num. 7. Soci. iunior. conſil. 115. num. 14. lib. 2. Dec. conſil. 180. in fine, vide Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 136. Quod facit ad mouendum iudicem in relaxatione iuramenti, vt notatur ibidem.

Seraphin. vbi ſuprà, nume. 3. 4. & ſequen. refert Doctores diſtinguentes iuramentum præſtitum manualiter tactis ſcripturis, à

4 ſimplici iuramento, quod mihi non ſatisfacit, quoniam † cum iuramentum præſtetur Deo, eſt obſeruandum, vbi ſeruari poſsit abſq; diſpendio ſalutis, c. cum contingat, cum ſimilibus, de iureiuran.

Et eo ipſo, quod maiorem eum repræſentat, ſequuntur alij Effectus ponderati à Seraphino, de priuileg. iuramen. in Effectu 96. nu. 2. & ſeq. & in priuileg. 133.

SVMMARIVM.

1 *Minor qui actum aliquem abſque ſolennitate facere nequit, nec ſine ea procuratorem conſtituere valet. Quod & in muliere locum habet, & num.3.*

2 *Fallit vbi medio iuramento conſtituat.*

Effectus XXXVIII.

1 TRigeſimusoctauus ſequitur Effectus; Nam † minor, qui nõ poteſt certum actum facere ſine aliqua ſolennitate, nec ad illum faciendum procuratorem abſque ea ſolennitate conſtituere poteſt. Puteus deciſ.161. incip. In vna Segobienſi, lib.1.in manuſcript.

2 Nihilominus, ſi † procuratorem conſtituat cum iuramento, conſtitutio illius virtute ſuſtinetur. Socin.in l. 1. §. item quærimus, nu. 16.de acquir.poſſeſſ.& in conſil.131.num.5.iuncto nume.10. lib.4. Capell.Tholoſa.deciſ.45.in addit. Guid.Pap.quæſtio. 35.& 494.in fin.Maranta in ſuo Speculo,in 2.actu 3.part.6. par.princ.nume.92. de Communi Contard.in Repet. l.diffamari, in ampliat. num.71. C.de ingenui manum. Gramat. conſil.ciui.61.nu.6.

3 Et quod † de Minore dictum eſt, habet locum etiam in Muliere. Maranta ibid.num.94.

Faciunt notata per Seraphin. in priuileg. 133. quæ ibi videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Erroris allegatio excluditur ob iuramentum.*

2 *Error iureiurando probatur.*

3 *Erroris præſumptio licet iureiurando probetur, oppoſitum probari valet ex coniecturis.*

Effectus XXXIX.

1 TRigeſimusnonus numeratur Effectus, quia † iurans excluditur ab allegatione erroris. Neuizan. conſil.50.nume.34. iuncto,num.35. Alex.conſil.17.num.2.& 3,lib.3.Roland. conſil.13.num.23.& ſequ.lib.1. Sylua. conſil.57. num.33. Seraphin.de priuileg. iuram.priuileg.90.

Oppoſitum voluerunt relati per Socin. iun. in conſil.3.num.19. lib.2.

lib.2.Iaſ.l.1.num.9.C. de erro.calculi. Aym.conſil.144.nume.16. & 17.Rolan.d.conſil.13.num.29.lib.1. Rimin.iun.conſ.203.num. 102.& ſeq.lib.2. Plot.conſil.40.num.7. Pariſ.conſ.97.num.29.lib. 1.Vide tamen eundem ibid.num.82.& ſeq.vbi diſtinguit. Decian. conſil.59.num.23.lib.2.

Hic Effectus reincidit cum notatis ſuprà in 1. Effectu, quæſt.9. videas ibi deducta.

Rimin.iun.in conſ.42.num.15.lib.1. diſtinguit; Aut iurans eſt certus de facto, ſuper quo iurat, ſed ignorat remedium ſibi competens de iure, & tunc excluditur allegando errorem. Aut non eſt certus in facto, & tunc iuramentum non ſupplet ignorantiam facti, ibi videas.

At non venit ſilentio prætereundum, id quod pro Regula deducitur directò oppoſitum huic Effectui, quod iuramentum alle-
2 gationem erroris excludat. Quod ſcilicet dici † ſolet, errorem iureiurando probari; ad cap.ſi verò. il ſecondo, de ſent. excommun. cum alijs deductis per Decian. in conſil. 66.nume.84. lib.3. Vide quæ ſuprà deduximus in primo Effectu, quæſtio.9. verſic. Videndum eſt autem.

Nec taceri debet, quod ex ſententia plurium, quos citat adnotauit Ruin.in conſil.60.num.27. lib. 3. quod licet ex Clauſula illa,
3 qua † mulier medio iuramento non vi,&c. Sed ex certa ſcientia, renunciat iuribus ſuis excludatur præſumptio erroris, quod nihilominus ex coniecturis contrarium probari poteſt, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum firmat donationem inter coniuges.*
2 *Intellige, quando verè conſtat de donatione, & ſecùs, ſi præſumptiuè, niſi coniecturæ concurrant. & num. 3.*
4 *An tali caſu tollat beneficium reſtitutionis in integrum, & nu.5.*
6 *An Iuramentum firmet donationem inter coniuges Hebræos, veluti inter Chriſtianos?*
7 *Quid de donatione inter nurum, & ſocerum?*

Effectus XL.

1 QVadrageſimus Effectus eſt, quia licet † donatio inter coniuges ſit prohibita, attamen iureiurando firmatur. Iaſ.in l.pacta quę contra, num.6.C. de pact. de magis Communi Cotta in ſuis memorial. ſuper ver. donatio cauſa mortis, non tranſmittitur. De magis Communi teſtatur etiam De-

cius in conſil.202.nu.2.Aretin.conſ.74.num.5.& 6.Bellon.conſ.4. num. 2. Miliſ. ſuper ver.donatio facta inter virum & vxorem.Ripa, reſponſo. lib.3. cap. 6. num.3. Alex. conſ.8. nume.3. vbi de magis Communi, lib.2.Alciat.in c.cum contengat,num.196. & ſequ. de iureiur. Bertrand. conſil.304.num.2.lib.1.in antiq. latiſsime Gabr. de donat.Concl.3.in princ. Roland.conſ.77.in princ. lib.1. Ceph. conſ.61.num.18.lib.1. Soarez inter Communes, ſuper ver.donatio inter coniuges, num. 218. Duen. Reg.219. verſ. ſecùs tamen, vbi cumulat infinitos. Roland.conſil.98. nume.51.& 59.lib.1. Purpurat. in l.rogaſti, §.ſi tibi, num.4.ff.ſi cert.petat. Rol.conſil.25.num. 15.lib. . & Socin.in reg.104. num.2. Ruin.conſil.154. num.5. & 6.lib.5.Seraphin.de priuil. iura.priuil.71.vbi de Communi,num.3. & 4.Burſat.conſ.303.num.23.lib.3.

2 Intellige, † quando vere conſtat donationem fuiſſe factam, ſecùs, ſi præſumptiuè; vt puta, ex iurata confeſsione alterius coniugis aſſerentis ſe aliàs donaſſe; quoniam tunc iuramentum non firmat huiuſmodi confeſsionem veluti ſuſpectam,ad Roman.conſil. 293.num.3. Conſonat Bar.in l.cum quis decedens,§.Titia,nume. 2.& 3.de leg.3.Purpurat.in l.rogaſti,§.ſi tibi,num.40. ff. ſi cert. petat. Alciat. in d.c.cum contingat, num.201. de iureiuran. Gabr.d. Concl.3.num.3. de Communi. Cur. iun. conſil.94. num.5. Ruin. conſ.69.num.27.lib.3.& conſil. 154.num.5.& 6.lib.5.Grat.de Cõmuni,in conſil.36.num.27.lib.1.& conſil.54.num.34. ibid.

3 Declara † id procedere, niſi concurrant coniecturæ pro veritate donationis.Gabr.d.Concluſ.3.nume.14. Tiraq.in l. ſi vnquam,ſuper ver. donatione largitus, nume.101. C.de reuoc. donat. Achill. deciſ.1.de confeſſ.

Non tamen deſunt qui aſſerunt huiuſmodi Concluſionem licet Communem, falſam eſſe, prout voluerunt Moderni in apoſtill. ad Alex.in d. conſil.8. num.3. ſuper ver.firmetur. Alciat.in d. c. cum contingat,num.198.Verſ.contrariam.Socin. cõſ.65.num.12.lib.1. Gabr. Concl.3.num.1.verſic.contrarium tamen;plures pro & contrà cumulat Viui. opinio.209.

Placuit alijs, quod licet magis Communis ſententia ſit,donatio-
4 nem iuramento firmari, † nihilominus, ſatis eſſe; ſi iuramentum hoc operetur,abſque eo,quod alteret reſtitutionis in integrum beneficium, pro ea reſcindenda. Alciat. in l.1.§.ſi quis ita, nume.49. de verb.obligat.

At Roland.in conſil.77.num.8.& ſeq.lib. 1.firmauit huiuſmodi
5 donationem † ex vi iuramenti, à principio valere,& amplius reuocari non poſſe. Cephal.conſ.62.nu.22.lib.1.

6 Quæritur autem, an iuſiurandum confirmet donationem inter coniuges Hebræos, prout inter Chriſtianos; & Gabriel. in Con-

cluſ. 3. de donation. nume.25. quamplures citat pro negatiua. ſed num.26.ex multorum authoritate pro affirmatiua concludit. Vide notata ſuprà, in 1. Effectu, quæſt.7.

7 Quid iuris † in donatione facta inter Socerum, & Nurum? & Seraphin. dicit eam à pari procedere cum donatione facta inter coniuges; in priuileg.71.num.9.de priuil. iuram.

SVMMARIVM.

1 *Donationem patris in filium confirmat iuſiurandum.*
2 *Et pariter firmat factam à filio fauore Patris.*
3 *Non ſolum donatio, ſed omnis conuentio iuramento firmatur inter Patrem, & Filium.*
4 *Quid ſi fiat donatio ad fauorem ſpurij non legitimati.*

Effectus XLI.

1 Qvadrageſimusprimus refertur Effectus, præcedenti ſimilis, & ab eadem ratione ſcaturiens, quod ſcilicet † Iuſiurandum firmat donationem patris in filium. Alex.in conſi. 16.num. 3.lib. 2.Capic. deciſ.56.num.2.Decius, conſil.414.num. 12. & conſil.432.num.4. Ripa,lib.3. Reſponſor.c. 6.num.8.& c.9.num. 10.Guid.Pap.deciſ.146. Dilect.de liber.inſtituend.Cautela 2.num.2. Iaſ.in l.pacta quæ, num.6. C.de pact.latè Gabr.de donat.concluſ.4. Ripa in l.ſi vnquam, quæſt.15. num.34. C.de reuoc. donat. Rol. conſil. 77. in princ. lib.1. cum innumeris quos refert Neuizan. conſil.8.num.3.verſ.ſed huic primæ, Cephal. conſ.495.num.quarto,& 13.lib.quarto,de magis Communi Grat. in conſ.7.num.8.lib.2.Rube.Alex.conſ.130.nu.5. Socin.iun.conſ. 67.num.58.lib.2.Socin.in Reg. 103.num.8.Grat. conſ.63.num.23. lib.2.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.40.nu.9.vbi de Communi, & in priuil. 72.nu.1.vbi plures congerit.

2 Idemque dicas † de donatione filij in patrem, Gabr.d.Concluſ. quarta,num.2.de donation. Seraphin.de priuileg.iuramen. priuil. 72.num.5.

Vide Rotæ deciſionem ſupra relatam in Effectu 19.num.6.

3 Quinimò non ſolum donatio, ſed † omnis alia conuentio inter patrem & filium, iuramento firmatur. Seraphin. ibid. num.6. priuileg. 72.

4 Quid ſi fiat † donatio ad fauorem filij ſpurij? Ruin.in conſ.179. col.1.& 2.lib.1.Seraphin.d.priuileg.72.nu.8.

SVMMARIVM.

1 *Obligat iurantem ad implendum promiſſa etiam irrequiſitum.*

Effectus XLII.

1 QVadrageſimusſecundus notatur Effectus, quoniam † iurans Eccleſiam defendere, ratione iuramenti, eam defendere tenetur, ſi ſcit eam indigere auxilio, etiam non requiſitus. Abb. in c. breui, num. 5. de iureiuran. Rubeus Alexandrin. in repet. §. morte, num. 688. de oper. no. nunciat. Roland. conſ. 6. nu. 47. lib. 1.

Hinc eſt, quod debitor ſciens creditorem indigere, ſi iurauit ſoluere, conſtituitur in mora, & ſtatim ſoluere tenetur abſque alia interpellatione, Iaſ. l. quod te, num. 22. ff. ſi cert. petat. vbi Purpurat. num. 97.

Faciunt notata infrà, in Effectu 163. quæ ferè tendunt in idem.

SVMMARIVM.

1 *Valet pactum, vel Statutum, vt ob non ſolutionem Canonis non ſit locus deuolutioni, ſi tamen eſt iuratum ſoluere, & ceſſetur, intrat deuolutio.*

Effectus XLIII.

QVadrageſimustertius colligitur Effectus, quia licet valeat pactum, Statutum, & Conſuetudo, vt propter Canonem in termino non ſolutum, Emphyteuta non cadat à iure ſuo. Curt. iun. in tract. de feud. par. 2. quæſt. 17. præſentiali, & quæſt. 3. num. 3. & ſequ. Pariſ. conſil. 108. nume. 37. lib. 1. Decius in Auth. qui rem, num. 8. vbi Cagnol. num. 30. & Iacobin. de S. Georgio, num. 118. C. de Sacroſanct. Eccleſ. Socin. conſil. 118. num. 2. lib. quarto, Nihilominus, ſi debitor medio iuramento ſe obligauerit ad ſolutionem, & defecerit, eſt locus deuolutioni. Iaſ. in l. ſi quis maior, num. 12. vbi Cagnol. nu. 55. C. de tranſact. Vide deducta ſupra, in quarto Effectu, quia valde conferunt ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Quæ in animo conſiſtunt, iurantis aſſertione probantur.*
2 *Non occidendi animus iuramento probatur.*
3 *Item quid factum fuiſſe calore iracundiæ.*

Et

4 *Et aliquid factum fuiſſe ex aliqua cauſa, quæ iurantis dicto probari poteſt.*
5 *Quid partis timore factum fuiſſe?*
6 *Denunciatorem calunniandi animo non denunciaſſe crimina iurantis aſſertione probatur.*
7 *Aſtantem homicidio, non dolo, ſed caſu interfuiſſe.*
8 *Filium in paterna domo adeundi animo non habitaſſe iurantis aſſertione probatur.*
9 *Quod quis inhabitandi animo ſe contulerit ad Ciuitatem.*
10 *Quod aliquem actum fecerit ob ſui iuris ignorantiam.*
11 *Quod ignoraret domi habere, ſi quid in ea prohibitum reperiatur.*
12 *Quod iuſta ex cauſa diſceſſerit quis vel fugerit iurantis aſſertione probatur.*
13 *Præmiſſa limita, primo, vbi daretur occaſio malignandi, vel delinquendi.*
14 *Limita ſecundo, vt non procedat quando præſumptio iuris eſt in contrarium.*
15 *Limita tertio, niſi contrarium ex aduerſo probetur concludenter, vel præſumptiuè.*
16 *Iuramento alicuius quando ſtandum ſit regulariter id intelligitur niſi fuerit probatum contrarium.*
17 *Et intellige de iurante, qui ſit fide dignus.*
18 *Fallit, quando animus poteſt per exteriora probari.*
19 *Item ſi agitur de magno tertij præiudicio.*
20 *Nec procedit in caſu, in quo de iure probatio requiritur.*

Effectus XLIIII.

1 QVadrageſimusquartus inſurgit Effectus, quia † ea, quæ in animo noſtro conſiſtunt iurata aſſertione probantur. ad Bar. in l. Celſus, num. 6. ff. de vſucap. Roman. conſil. 76. num. 5. & conſil. 320. num. 9. & conſil. 398. nu. 5. Alciat. præſumpt. 16. in princ. in 3. Reg. Iaſ. in §. ſed iſte, num. 88. Inſtit. de action. & in l. admonendi, nu. 309. de iureiuran. Rota, deciſ. 3. de Reſcript. in nou. Marſil. in Rubr. C. de probat. nume. 122. Maſcard. de probat. Concluſ. 954. num. 5. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 1. vide tamen Marſil. in l. 1. num. 78. C. ad leg. Cornel. de Sicar.

2 Hinc eſt, quod † allegans ſe non habuiſſe animum occidendi, id probat eius iuramento. Iaſ. in l. admonendi, num. 310. de iureiu. Tiber. Decian. in conſ. 93. nu. 95. lib. 2.

3 Hinc etiam ſcaturit, quod † ad probandum aliquid factum fuiſſe

ſe calore iracundiæ, iurata id affirmantis aſſertione probatur. Berous conſi.189.num.7.lib.3.

4 Similiter ad † probandum, quem aliquid feciſſe motum ex aliqua cauſa, probatur eius iuramento. Gabriel. de criminal. Concluſ.8.num.68.

5 Et quid factum † fuiſſe ob timorem partis, quia timor conſiſtit in animo, iurata aſſertione probatur.ad Petr.Anton.Anguiſſol.in conſi.1.num.10.lib.5.Burſat.conſil.333.nu.17.lib.3. Quod verum credimus vbi concurrant aliquæ coniecturæ,vt inquit Anguiſ.ibi.

6 Et quod † denunciator calumniandi animo crimina non denũciauerit,ad gl.in c.fi.vbi Abb.nu.7.de calumniatorib.

7 Ab eodem fonte procedit,vt † aſtantis iuramento probetur, an caſu,vel dolosè,& ex propoſito aſtiterit homicidio. Cephal.qui alios inducit,in conſ.76.nu.76.lib.1.Burſat.conſ.316.nu.27.lib.3.

8 Et ſimiliter,quia † quamuis filius habitãdo in domo Patris,pręſumatur animo adeũdi inhabitaſſe, quoniam aditio pendet ab animo,ſtandum erit eius iuramento,ſi aſſerat tali animo non habitaſſe;ex congeſtis per Seraph.de priu.iuram.priu.3.nu.2.& ſeq.Tiraq. de præſcr.§.2.gl. vnica,col.3. verſ.quibus concinit.

9 Eademque ratione probatur,† quod animo inhabitandi quis ſe contulerit ad ciuitatem.Tiber.Decian.conſi.98.nu.9.lib.2.

10 Et quod † ob proprij iuris ignorantiam,& ob errorem quis fecerit aliquem actum,ſacramento probatur. idem Decian. conſil.66. num.83.& ſeq.lib.3.

11 Si quid † prohibitum reperiatur in domo, quod is ignorauerit adeſſe, per iuramentum probare valet.idẽ Decian conſ.93.nu.91. 92. & ſeq.lib.2.

12 Quod iuſta † ex cauſa diſceſſerit, aut fugerit. Seraph.d.priuil.6. num.3.inf.in Effectu 102.

13 Quod limita primum,vt non procedat, vbi daretur occaſio delinquendi,vel malignandi,vt declarat Roland.quem vide, in conſil.35.num.19.lib.1.Marſil.in l.1.nu.78.C.ad l.Corn.de ſicar.

14 Limita ſecundo,vt † non procedat, quãdo præſumptio iuris eſt in contrarium.Fel.cap.ſi diligenti,nu.4. verſ.ſi dicas bona fides,de præſcript.Iaſ.in §.ſed iſtæ,nume.92.Inſtit.de action.Socin.Reg.72. num.3.Ripa in cap.cum eccleſia Sutrina,nu.37.de cau.poſs. & propriet.Rimin.iun.conſ.42.num.22.lib.1.Alexan.conſil.118. num.11. lib.2.Buttigel.in l.ſciendum,num.27.de verb.oblig. Seraph.d.priuil.1.nu.22.Alc.in præſumpt.16.nu.2.vbi vide in 3.Regula.

Contra huiuſmodi limitationem plura ponderat Alciat. in præſumpt.16.num.2.in 3.Reg.& tandem in verſ.ſed tamen, ſaluando illam admittit,quando præſumptio iuris eſt efficacior,& veriſimilior,quam illa,quæ oritur ex iuramento partis.

Limita

15 Limita † tertio,niſi contrarium ex aduerſo probetur concludenter,vel præſumptiuè.Iaſ.in d.§.ſed iſtæ,nu.43.Soc.ibid. nu.quarto, Seraphin.de priu.iuram.priuil.1. nu.41.

16 Regulariter † enim,quoties alterius iuramento ſtandum ſit, intelligitur,niſi oppoſitum ſit probatũ. Decius qui ponit Regulam, & fallentias,in c.propoſuiſti,num.3.& ſeq.de probation.Iaſ.in d.§. ſed iſtæ, num.93.

17 Quarto † limita,vt procedat,ſi perſona ſit aliàs fide digna. Iaſ.in d.§.ſed iſtæ,nu.96.Rimin.iun.conſ.39.nu.22.lib.1.Soc.d.Reg.72. nu.5.Seraph.d.priuil.1.nu.29.& in Effectu 108.nu.18.

18 Quinto fallit,† quando animus poteſt per exteriora probari. Ripa in d.c.cum Eccleſia Sutrina, num.37. de cau.poſſ. & propr. Seraph.d.priuil.1.nu.20.

19 Sexta eſt fallentia, quando † agitur de magno tertij præiudicio. Rimin.iun.conſ.323.num.2.lib.3.

20 Limita ſeptimo id non † procedere, vbi ſimus in caſu, in quo probatio de iure requiritur, quia tunc iuſiurandum non recipitur. Deciſ.Ianuenſ.14.nu.106.Seraph. d.priu.1.nu.79.

SVMMARIVM.

1 *Litis expenſæ iuramento probantur.*
2 *Expenſas minutas ab adminiſtratore factas, iuramentum probat.*
3 *Secus eſt in magnis, quia legitimè ſunt probandæ.*
4 *Sed contra hanc probationem iuramento factam, admittitur probatio in contrarium.*
5 *Iuramento probantur expenſæ factæ pro captiuorum redemptione.*

Effectus XLV.

1 QVadrageſimusquintus reſultat Effectus, quoniam † litis expenſæ iureiurando probantur, præuia tamen Iudicis taxatione,l.Sancimus, C.de iudic. Afflict. deciſ.70.nu.1.glo.fin.in c.dilecti, de foro compet. Abb.in c. finem litibus,num.37.de dolo & contum. Alex.conſil.37.num.33. lib.2. Marc.deciſ.485.num.9.Marſ.in rubr.C.de probatio.nu.141. Iaſ.in l.admonendi,num.306. de iureiur. Seraphin. de priuil. iuram.priuil.32. in princip. licet enim earum quantitas ſpecificè non probetur, dummodo conſtet in genere fuiſſe factas,iuramento facientis probari poſſunt, ad congeſta per Cephal.conſ.589.nu.2.lib.4.

2 Quod procedit † etiam in expenſis minutis ab aliquo adminiſtratore factis.Barbat.conſ.46.nu.30. lib.quarto. Marc.quæſt.485.

num.

num.9. Aret.in c.quoniam contra,num.2.de probation. Tiraq.de iudic.in reb.exig. nu.9. fol.29. verſ.ex hoc fit.vt pote de expenſis à tutore factis. Seraphin.de priuil.iuram. priuileg.27.num.12. & priuileg.32.num.16.

3 Secus autẽ † in magnis, quia legitimè ſunt probandæ.Barb. ibi.

4 Poterit † tamen probari contrarium. Tiraq. de retractu lignag. §.quarto,gl.1.nu.7. Iaſ.in repet.d.l.admonendi,nu.306.

5 Prout etiam † iuramento probantur expenſæ factæ pro redimendis captiuis. Vide infra in Effectu 161. vbi particulariter de hoc agetur.

SVMMARIVM.

1 *Poſt cauſam iuramento deciſam, nil aliud quæri poteſt, & prætextu periurij etiam inſtante fiſco, retractari nequit, remiſſiuè.*

Effectus XLVI.

1 QVadrageſimusſextus ſuccurrit Effectus, nempè, † quod cauſa iuramento deciſa, nil aliud quæri poteſt, & prætextu periurij retractari nequit, etiam inſtante Fiſco, vt ſupra deductum eſt in ſecunda parte, artic.5. vbi latè materia diſcuſſa eſt, ibi videre poteris, in verſic. poſt litem, nume.43. & pluribus ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Indiuiduum eſt iuramentum.*

2 *Teſtis falſus in vno, præſumitur in omnibus falſus.*

3 *Intellige vbi falſum dicitur in pertinentibus ad negocium in iudicio deductum. Contra num.4.*

5 *Communis eſt concluſio Doctorum, vt falſa depoſitio in extrinſecis, quę ſubſtantiam cauſæ non reſpiciunt, non vitiet.*

6 *An ea procedat, quando teſtes iurarunt ſuper omnibus dicere veritatem, vel vbi ſimpliciter eſt iuratum.*

7 *An referat, falſum dixerit in principio, vel in fine.*

Effectus XLVII.

1 QVadrageſimusſeptimus eſt Effectus, quod † iuramentũ eſt indiuiduum, eique prorſus eſt ſtandum. Boer. deciſ.339.num.quarto, Soc.iun.conſ.39.nu.51.& conſ.40. nu.13.lib.2.Seraph.de priuil.iuram. priu.107.nu.30.

2 Hinc eſt, quod teſtis † in vno tantum falſus, reijcitur in omnibus,

bus, & hoc ea ratione; quoniam iuſiurandum ab eo præſtitum de veritate dicenda, eſt indiuiduum, & prout in vno mentitus eſt, in omnibus mentiri præſumitur; aut ſaltem taliter eſt ſuſpectus, vt fidem non mereatur, vt declarat Socin.iun. d.conſil.40. num. 12. & 13.& conſil.ſeq.num. 14.lib.2.Alex.conſi.134.num.9. lib.2.Socin. conſil.155.num.10.vbi de Communi,lib.2. Grat.conſil.2.num.18. vbi ſimiliter de Communi, lib. 2. Rol. conſil. 40. nume. 11.lib.1. Gabr.de criminal.Concluſ.4.Puteus deciſ.28.incip.in cauſa Romana,lib.3.in manuſcript. Cagnol. in l.diem functo, num.209. de offic.aſſeſſor. Decius conſil. 105.num.5.verſic.ſimiliter teſtis vltimus, Pariſ.conſ.149.in fine,lib.quarto,de magis Communi Crot. de teſtibus, nume. 388. cum congeſtis à Tiraq. de pœnis temper. Cau. 44.numero 24.

3 Quod † intelligit Felyn. procedere, vbi falſum dicitur in pertinentibus ad negociū in iudicio deductum, & ſecùs eſſe, ſi in alijs, vt potè acceſſorijs, ad notata per illum, in c. licet cauſam, nume.7. verſic.& ſi diceretur, de probation. Butrius in c. cum cauſam, in fine, de teſtib. Alex.conſil.5.num.10.lib.1. & conſil.47. nume.5. lib. 2.& conſil. 88. nūme.19. lib.quinto, cum latè congeſtis per Gabr. d.Concluſ.quarta, num. 12.

4 Oppoſitum † autem de directo habetur in d. deciſ. Putei 28. vt procedat, etiam ſi mentiatur, aut variet in acceſſorijs, quia iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, ideo ſi in vno deficiat, inquit eius dictum non attendi, ex notatis per Milis, in ſuo Repertor. ſuper ver.teſtis ſi in vno, qui ibi diſtinguit: quod aut teſtis eſt ſuſpectus, & tunc etiam in extrinſecis mentiendo, reijcitur; Aut non eſt ſuſpectus, & tunc non repellitur, niſi circa ſubſtantialia mentiatur; Et rurſus facit aliam diſtinctionem; quod aut iurauit dicere veritatem ſuper articulis, vel ſuper cauſa, & tunc, quia iuraſſe cenſetur ſuper contentis in articulis, & ſuper eis cohærentibus, ſi in extrinſecis falſum dicat, non eſt periurus; Aut iurauit dicere veritatem de omnibus ſuper quibus interogabitur, & tunc, ſi ſuper extrinſecis mentiatur, eius dictum non recipitur. Concordat Iaffred. videndus in deciſ.21.Gabr.de criminal.Concluſ.quarta, num.13.Rol.conſil.2.num.23.lib.1.

Quod non tranſit abſque maxima difficultate; quoniam (vt inquit Clar.in pract.Crimina.quæſtio.53.verſic. ſcias tamen) Com-
5 munis † eſt Concluſio penes Doctores, quod falſa depoſitio teſtis in extrinſecis, quæ ſubſtantialia cauſæ non reſpiciunt, non vitiat eius dictum, ſi ſuper ſubſtantialibus vera depoſuit. Concordat Iaſ. in l.ſi ex falſis, num.10.C.de tranſactio. Socin.iun.conſil.31.nume. 27.vbi in id plura cumulat, lib.2. Gabr.d.Concluſ.quarta, num.12. Caputaq.deciſ.270.num.2.par.3.

Nec

6 Nec † ea ratio valde vrget ponderata per Doctores, quod dicta Concluſio non procedat, quando teſtis iurauit ſuper omnibus, de quibus interogabitur dicere veritatem: quoniam dum Doctores diſputarunt, an ſit credendum teſtibus, qui in acceſſorijs, & extrinſecis falſum dixerunt, præſuppoſuerunt teſtem iuraſſe, cum teſti non iurato fides non adhibeatur, nec in ſubſtantialibus, nec in acceſſorijs, & extrinſecis, l. iuriſiurandi, C. de teſtib. cum alijs vulgaribus, & nil vulgarius, quam cum de vno diſputatur, vt reliqua præſupponantur habilia. Aymo, conſil. 270. nume. 5. & conſil. 307. nu. 2. Cagnol. in l. vinum, num. 3. ff. ſi cert. petat.

Nonnè inſulſa foret diſcuſsio, an credatur teſti, qui citra, iuramentum aliqua deponat? cum hoc careat principio dubitandi; Et ſi dicatur, præſupponi teſtem iuraſſe ſuper articulis tantum, & iuramentum reſtringi ad contenta ſuper articulis, proinde ſi quid extra articulos deponat, in hoc nullum extare iuramentum, & in his terminis procedere doctrinas præallegatas, apparet euidenter violentam eſſe reſtrictionem; quia Doctores generaliter loquuti ſunt dicta teſtium non vitiari ex eo, quod in extrinſecis, & ſubſtantialia non tangentibus, aliquid falſi dixerint, & præſuppoſuerunt etiam in illis iuratos depoſuiſſe; vt patet ex Felyno, in d. c. licet cauſam, nu. 7. verſ. & ſi diceretur, de probation.

7 Et licet † quamplures diſtinguant, aſſerentes præmiſſa procedere, vt ſcilicet falſus in vno, cenſeatur falſus in omnibus, quando falſa depoſitio præcedit, vt in his, quæ poſtea deponit, non credatur, & ſecùs ſit in illis, quæ ante mendacium depoſuerat. Socin. iun. con ſil. 41. num. 2. lib. 2. attamen, hæc diſtinctio vera non videtur, eamque ex pluribus ibid. impugnat Socin. nu. 11. & pluribus ſequẽtib.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim Clauſulæ, Rato manente pacto.*

2 *Si contractus ſit iuratus, & pœnalis, & pars contraueniat, non liberatur ſoluendo pœnam, & adhuc ea ſoluta, contractum ſeruare tenetur.*

3 *Obligatus ad rem tradendam ſub pœna, ſi poſt eam incurſam creditor rem recipiat, ſibi non præiudicat in pœna.*

4 *Pœna ſemel tantum exigi poteſt.*

Effectus XLVIII.

1 QVadrageſimusoctauus enarratur Effectus, nam iuſiurandum in contractu appoſitum habet vim Clauſulæ, Rato manente pacto. Marc. deciſ. 412. num. 15. Iaſ. in §. ſed iſtæ, num. 15. Inſtitut. de action. & in l. ſi quis maior, nu. 22. vbi Curt. ſen. num. 36. C. de tranſaction. Felyn. in cap. ad no-

ſtram,

ſtram, num. 12. verſic. ad text. in d. l. ſi quis maior, de iureiur. Alex. conſil. 206. nume. 1. lib. 7. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 85. numero 2.

2 Propterea infertur, quod † ſi contractus ſit iuratus, & pœnalis, ſi pars contraueniat, non liberatur ſoluendo pœnam, ſed adhuc ea ſoluta, tenetur ſeruare contractum. Felyn. in c. ad noſtram, nu. 12. verſic. Idem tenet, de iureiuran. & ibid. in verſic. ad text. in d. l. ſi quis maior.

3 Et ſi quis † ex conuentione tenetur ad rem tradendam, & niſi dederit, promiſit pœnam, ſi poſt eam incurſam, creditor recipiat rem, ſibi non præiudicat in petitione pœnæ, ſi appoſita ſit d. Clauſula, Rato manente pacto; ad Alex. conſil. 206. nume. 1. lib. 7. qui alios citat. Ibique reſpondet obiectioni, quæ fieri poſſet, quod recipiens poſt moram, videtur eam remittere, ex congeſtis per Aymo. in conſil. 106. vbi latè: quod ſcilicet id procedat, quando de iure quis vtrumque conſequi nequit, vtpotè, habere rem, & precium, quia inuicem ſe non compatiuntur; veluti in pacto legis commiſſoriæ, ſi enim poſt lapſum terminum recipiatur precium, neceſſariò remittitur reſolutio contractus, quia precij receptio neceſſariò infert ad contractas approbationem, vt benè declarat Bellame. conſi. 9. num. 6.

4 Notabis autem, † pœnam pro vna tantum vice peti poſſe, prout declarat Seraph. d. priuil. 85. num. 6.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum an ſeruandum ſit præſtitum ſuper prohibitis à iure ciuili.

Effectus XLIX.

1 Qvadrageſimusnonus ponderatur Effectus, cum † iuramentum ſeruandum ſit, etiam præſtitum ſuper prohibitis à iure Ciuili, Ancharan. conſi. 433. nu. 3.

Cæterum huiuſmodi Effectus ita generaliter ſumptus, non ſine periculo procedit, quoniam prout verus eſt in his, quæ ad fauorem priuatum introducta ſunt, cum iuxta Regulam valeat vnuſquiſque renunciare fauori ſuo, vt patet ex tot Effectibus ſupra relatis, ita minus procedit in his, quæ ad bonos mores conſeruandos, & ad publicam vtilitatem ſtatuta ſunt. vide latè deducta ſupra in 1. Effectu quæſt. 4.

SVMMARIVM.

1 Iuſiurandum ſilere facit patriam poteſtatem, & nu. 2. & 3.

Bona

4 *Bona licet à Patre profecta, medio iuramento filio donata, patri non ac quiruntur, & in eis pater filio ſuccedit vt hæres, ideo tenetur ad onera hæreditaria.*

Effectus L.

1 QVinquageſimus eſt Effectus, † quod iuſiurandum facit ſilere patriam poteſtatem, c.fi. de iudic. in 6. Marcabrun. conſi. 30. nu. 6. Hinc eſt, quod licet pater filio donare nō poſsit, quia quidquid acquirit filius, cedit lucro Pa-
2 tris, quia † iuramentum tollit, ſeu circumſcribit patriam poteſtatē, facit donationem valere, vt ſupra deduximus in Effectu 41. & pari ratione faciet & valere alios contractus, qui ratione patriæ poteſta tis inter patrem & filium non ſuſtinentur.

3 Quod autem † iuramētum patriam poteſtatem ſilere faciat, pro bat Ripa, in repet. l. ſi vnquam, nu. 34. q. 15. C. de reuoc. donat. & in lib. 3. Reſponſor. c. 9. nu. 10. Cephal. conſil. 495. num. 5. lib. quarto, Soc. iun. conſi. 165. nu. qnarto, lib. 2. Bald. conſi. 430. col. fin. verſ. in contrarium videtur, lib. 1. Alc. in c. cum contingat, num. 208. de iu reiur. Alex. in l. ſi donatione. nu. 9. de collation. Rota in 1. parte, di uerſ. deciſ. 366. num. 37.

Ex hoc Effectu influit alius, de quo in proximè ſequenti capite videndum erit.

4 Hinc etiam inferri poteſt, † quod donata filio, medio iuramento firmata, licet profecta à Patre, patri non acquiruntur, & in his Pater filio ſuccedit vt hæres, & ideo tenetur ad onera hæreditaria, Aymo conſil. 102. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum firmat patriam diuiſionem inter filios factam.*

Effectus LI.

QVinquageſimusprimus eſt Effectus, quod ſtante Conclusione ſupra firmata, quòd iuramētum facit ſilere pa-
1 triam poteſtatem, ſequitur, vt † diuiſio inter Patrem, & filios, quæ aliàs non valebat, appoſito iureiurādo firmetur. Cephal. conſil. 495. num. 4. & 44. lib. quarto, cum deductis per Dilect. de arte teſtan. ti. 3. Caut. 2. nu. 2. Pedem. deciſ. 125. nu. 5. Nat ta conſi. 273. lib. 2. Rol. conſi. 77. lib. 1. Aymo, conſil. 102. nu. 1. & 2.

Sed huiuſmodi Effectus non caret difficultate, ob magnum Doctorum numerum, qui voluerunt iuramento non obſtante, poſſe à 1

Patre

Patre reuocari, ad Pariſ.conſi.24.nu.59. & ſequen. lib.2. & in conſil. 26. num.62. ibid.

Placet autem magis affirmatiua: quia non datur ratio cur pater donare poſsit filijs, & donatio iuramento firmetur; vt ſupra firmatum eſt Effectu 41. & nequeat bona ſua diuidere inter filios, cum idem ſequatur Effectus, ergo idem ius conſtituendum, l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. à Titio, ff. de verb. obl. & quamuis Seraph. in priu. 112. id reuocet in dubium, eius tamen rationes iudicio meo non eneruant fundamentum prædictum pro affirmatiua.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tollit ſuſpitionem fraudis, & num.5.*
2 *Alienatio, quæ aliàs ſuſpecta de fraude foret, conualidatur ex iuramento, quod illam ſuſpitionem ceſſare facit.*
3 *Iuramentum contractus de fraude ſuſpectos, facit eſſe magis ſuſpectos.*
4 *Minus eſt verum, niſi aliæ concurrant fraudis ſuſpitiones.*
6 *Iuramenta præſtita ante adminiſtrationem ſpiritualium, ſuſpecta præſumuntur, & ſimoniaca.*

Effectus L I I.

QVinquageſimusſecundus ſubnectitur Effectus, nempe,
1 quod † iuſiurandum remouet fraudis ſuſpitionem. ad Pariſ. conſil. 13. num.61. lib.1. Bald. conſi. 114. num. 2. lib.3. Anchar. q.73. num.3. & ſeq. par.1. Menoch. qui alios citat in conſi. 23. nu. 54. lib.3. & conſil.37. nu.29. lib.2. Tiber. Decian. conſ.81. num.7. lib. quarto.
2 Proinde alienatio, quæ † aliàs de fraude ſuſpecta foret, ſi eſt vallata iuramento, facit ceſſare huiuſmodi ſuſpitionem. Pariſ. dicto conſi.13. num.61.

Cæterum, Bald. in conſ.275. nu.3. lib.5. totum oppoſitum adno-
3 tauit; tradens hæc formalia verba. Nam † iuramentum contractus ſuſpectos reddit magis ſuſpectos, & eſt ſuſpitio violenta, & quamplures eius ſententiam comprobarunt; de quibus Tiraq. de retractu conuention. in præfatio. num.6. cum alijs de quibus Menoch. in conſi.109. nu.17. lib.2. Rim. iun. conſ.565. num.52. lib.5. Bart. in l.2. comment.2. §.1. num.36. Seraph. de priu. iuram. priuil.53. nu.3. Decian. conſi.81. nu.60. lib. quarto.

Crederem eſſe tenendum, quod ſolum iuramentum hoc non operetur, immo potius oppoſitum, vt remoueat fraudis ſuſpitio-
4 nem, ex notatis in princ. Sed † vbi concurrant aliæ fraudis conie-

ſturæ, tunc etiam iuramentum augeat ſuſpitionem, propter cautelarum multiplicitatem, vt inquit Socin. in conſil. 216. num. 6. lib. 2. & ita loquuntur plures ex Doctoribus contrariæ ſententiæ aſſertoribus. ad Calcane. in conſil. 26. num. 20. cum citatis à Tiraquel. in d. præfatio. num. 18.

Sed ceſſantibus alijs coniecturis, ſtandum erit Regulæ, quod
5 iurans † contractum eſſe verum, ob iuramentum excludatur allegatio fraudis, ex ſupradictis, prout etiam excluditur exceptio ſimulationis. Afflict. deciſ. 60. nu. 1. Soc. conſi. 82. nu. 2. lib. 3.

6 Notabis autem, quod † iuramenta, quæ exiguntur ante adminiſtrationem ſpiritualium, ſuſpecta præſumuntur, & ſimoniaca. ad Paul. conſ. 363. num. 7. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum, quæ de iure communi non valet, an appoſito iuramento ſuſtineatur, & num. 2.*

Effectus LIII.

1 QVinquageſimustertius adnotatur Effectus, quod † licet donatio omnium bonorum de iure non valeat, ſi tamē appoſitum ſit iuramentum, ſuſtinetur; vt placuit Corneo, in conſi. 252. col. 3. litera G. verſ. & iſta pars, & verſ. ſeq. lib. 3. Decius conſi. 63. num. 12. & ſeq. cum alijs de quibus Duen. in Reg. 219. num. 2. verſ. contrariam tamen. Socin. iun. conſ. 143. num. 37. lib. 1. Tob. conſi. 55. num. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 71. num. 3.

Contraria ſententia frequentioribus calculis eſt recepta, vt atteſtatur Duen. d. Reg. 219. num. 2. verſ. amplia ſecundo, & verſ. & ſic prima opinio. Cagnol. in l. fin. num. 163. C. de pact. cum alijs quos congerit Menoch. conſi. 184. nu. 10. lib. 2.

2 Notabis autem quod † ſtante iuramento ſi non valet, quoad omnia bona præſentia, & futura, ſuſtinetur quoad præſentia, ex not. per Grat. in conſi. 70. num. 23. 24. & ſequen. lib. primo. Guid. Pap. Sing. 844. Cagnol. in l. fin. num. 217. & 222. C. de pact. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 107. num. 3. vide Viui. plura pro, & contra recitantem, in Opin. 207. num. 6. & Clar. de donation. quæſtio. 20. verſ. item quæro; Verior tamen, & ſequenda videtur ea ſententia, vt valeat quoad bona præſentia, ex deductis per Viuium vbi ſupra, in verſ. ſed quidquid.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An iuſiurandum firmet contractum à prodigo celebratum, & nu. 2.*
3 *Et quid de eo cui bonis eſt interdictum.*

Effectus LIIII.

1 QVinquageſimusquartus numeratur Effectus, vt iuſiurandum firmet contractum à prodigo celebratum ſine cōſenſu curatoris, & ita fuit iudicatum, vt habes in deciſ. Tholoſ. 498. vbi Additionator plures dat cōcordantes. Plures id tenentes citantur à Simoncell. de decret. lib. 3. titu. 8. num. 160. vbi etiam de Communi.

2 Verior † autem, & receptior eſt contraria ſententia, quam exactè diſcutit Imola, in cap. cum contingat, num. 68. & plur. ſeq. de iureiur. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 150. nu. 9. Curt. iun. conſil. 53. vbi de magis communi, num. 5. prout etiam magis communem dicit Simoncell. vbi ſup. num. 161. Feder. conſ. 31. num. quarto, Imola in c. cum contingat, nu. 60. vbi Alciat. nu. 140. de iureiur.

3 Quid in † contractu eius, cui bonis eſt interdictum, an iuramento firmetur? Anchar. in c. cum contingat, nu. 14. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum probat, ſi veriſimilis eſt allegata cauſa impedimenti, & probetur diligentia impediti, & nu. 2.*
3 *Allegato impedimento conceditur quarta dilatio.*
4 *Infirmitas iuramento probatur.*
5 *Impedimentum in proſequenda appellatione probat.*
6 *Si tamen iuſtæ circumſtantiæ deducantur, & concurrant.*
7 *Contumaciæ, vel negligentiæ excuſationem probat.*
8 *Intellige præmiſſa in his, quæ modici ſunt præiudicij.*
9 *Et niſi fiat contraria probatio.*
10 *Quod iuramentum niſi à iudice deferatur, nil operatur.*

Effectus LV.

1 QVinquageſimusquintus enumeratur Effectus, † quod vbi aliquis dicit ſe fuiſſe impeditum, ſi allegatio ſit veriſimilis circa impedimentum, ſtatur eius iuratæ aſſertioni; Rota, deciſ. 3. de iureiur. in antiq. Bar. in l. ſi creditor, in fi. C. de pignor. act. Salyc. in l. præſes, num. 6. C. de appellat. Guid. Pap. deciſ. 64. Rimin. iun. conſil. 314. num. 8. lib. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. quarto, glo. 1. num. 7. Feder. de Sen. conſ. 114. Viu.

opin.368.Maſcard.de probat.Concl.954.num. 10. Abb.in c.ex litteris,nu.quarto,de reſtitut.in integ.& nu.8.& 14. vide Pedem.deciſ.70.nu.6.Seraph. de priuil.iuram. priuil.35.

2 Probare tñ † dēt ſe adhibuiſſe diligentiã,Seraph. d.priu.35.n.7.

3 Hinc eſt, quod † ad quartam dilationem obtinendam,quæ ſine cauſa non conceditur, ſufficit allegare impedimentum, illudque probare per iuramentum.Marſil.in Repet. Rubr. C.de probation.

4 num.132. in fine; Veluti † ſi allegetur infirmitas, hæc iureiurando probabitur.Tiber. Decian. conſil.14. num.32.lib.3.Parique ratio-

5 ne, ſi † appellans impeditus fuerit in proſequenda appellatione, ſi aliter probare nequeat, id proprio iuramento deducet. Marc. De-

6 ciſ.283. nu. 3. Intelligas autem, † ſi iuſtæ circunſtantiæ concurrant, ad Felyn.in cap.perſonas, nu.1. col.2. verſ. Multa bona ponit Collector,de appellation.

7 Et ſi † ad excuſandam contumaciam,vel negligentiam allegetur impedimentum,proprio etiam iuramento verificabitur. Rimi.iun. conſil.314.num.8.lib.3.Vide notata ſuprà,in 2.parte,art.6.nu.106. Seraphin. de priuileg. iuram.priuileg.35.nu 6.

8 Præmiſſa † autem procedere declarabis in his, quæ ſunt modici præiudicij.: nam vbi de magno præiudicio tractaretur, imputet ſibi, qui probare non valet; vt inquit Bald.in l.qui accuſare, num.3. verſi.tunc autem tractatum,C.de eden.Paul.in l.2.§.ſi quis tamen, num.2.verſic.qualiter autem,ff.ſi quis caution. Viui.Opin.308.nu. 2.Seraphin.d.priuil.35.num.quarto.

9 Et rurſus intellige, niſi † contrarium probetur, Iaſ. in Repet. l. Admonendi,num.305. verſ.quarto adducit,de iureiur. Idem,in §. ſed iſtæ,num.94.Inſtit.de actionib.

10 Cautus autem eſſe debet † qui allegat impedimentum,nè iuret, niſi ſibi deferatur à Iudice, cum aliàs iuramentum nil releuaret. ad Pedem. deciſ. 70. nume.5.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non cedendo bonis,confirmat iuſiurandum.*

2 *Fallit, ſi conſtet de euidenti paupertate vel mendicitate.*

Effectus LVI.

1 RECenſetur Effectus quinquageſimusſextus,quod † pactũ de non cedendo bonis,aliàs inualidum, iuramento firmetur, vt placuit Federi.de Senis,conſil.60. Imola,in c. cum contingat, num.86.verſ.circa primum, de Iureiur. latè Rota,in deciſ. 31.de ſent. & re iudic.in antiq. Alciat.in c.cum contingat,num.220. de iureiuran.

Quod

5 Quod tamen † limitatur non procedere, vbi de manifeſta paupertate, aut mendicitate conſtaret: tunc enim iuſiurandum vti repugnans naturali æquitati, nullius eſſet momenti. Federic. ibid. Imola, in d.c. cum contingat, num. & verſ. de quibus ſupra, & vide Addit. ad Abbat. in d. cap. cum contingat, in fine, ſuper ver. cedendo bonis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio de dote reſtituenda iuramento firmatur.*
2 *Prohibitio non arctat extraneum dotantem.*
3 *Et habet locum in ipſa promiſſione dotis.*
4 *Aliæ Limitationes remiſſiuè.*

Effectus LVII.

NEc mediocris Effectus eſt is quinquageſimus, & ſeptimus, quod licet † cautum ſit, ne fideiuſſores dotium
1 dentur, ſi tamen dati ſint, & medio iuramento ſe obligauerint, fideiuſsio tenet, vt latè proſequitur Corn. in conſil. 287. lib. quarto, vbi videas. Latè etiam diſcutit Imola, in c. cum contengat, num. 8. vbi Abb. nu. 32. de iureiuran. Paul. in conſ. 188. in fin. Bal. nouell. de dote, par. 6. in priuileg. 21. in 12. Limitat. Peruſi. deciſ. 57. nu. 5. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 69.

Et aduerte, quod huiuſmodi prohibitio recipiendi fideiuſſoris,
2 cadit in patrem, & in mulierem dantes dotem, † ſecùs eſt, in extraneo, cui prout licet ſtipulari dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, ita pariter eſt permiſſum recipere fideiuſſorem, quia cum hac cautela dotem dare intendit. Iaſ. in l. ſi conſtante, numero 60. ff. ſolutio. matrimon.

3 Prohibitioque † huiuſmodi procedit in ipſa promiſsione dotis, ſecùs eſt ſi conſtante matrimonio vir vergat ad inopiam, ad c. per veſtras, de donat. inter vir. & vxor. Rimin. ſuper Inſtitut. quibus alien. licet, vel non, in princ. nume. 556. & ſequent. Bald. nouel. d. priuil. 21. Limit. 11.

4 Alias † Limitationes proſequitur Bald. nouell. ibid. quas ex te ipſo videre poteris apud eundem.

SVMMARIVM.

1 *Valet iuramentum de non intrando Religionem.*
2 *An generaliter valeat iuramentum excludens opus de genere bonorum.*

Effectus LVIII.

1 QVinquageſimuſoctauus reſultat Effectus, quod † licet profiteri Religionem ſit opus ſanctum, & laudabile, ſi quis tamen iurauerit non intrare Religionem, iuramentum valet, & eſt ſeruandum; vide Anchar. in c. cum quidam, num. 8. qui citat Archidiac. Hoſtienſ. & alios, de iureiur.

2 Et generaliter, † ſi iuramentum excludat opus de genere bonorum, vtpotè, ſi iuretur, quod non acceptabit Epiſcopatum, quod non fiet Clericus, vel quid ſimile, an iuramentum ſit obſeruandum? vide Abb. arguentem ad partes, in c. ſi verò, num. quarto, verſic. quinto cum excludit, de iureiuran. vbi Felyn. num. 5. diſtinguens, inquit peccare mortaliter, ſi eſt idoneus, & recuſet, niſi alius adſit idoneus, quo caſu ſeruare tenetur. Peccaret etiam niſi ſeruaret iuramentum acceptando Prælaturam, non vt proſit, ſed vt præſit. Vide Roman. in Sing. 501. vbi tenet huiuſmodi iuramentum non fore ſeruandum, quia eſt contra publicam vtilitatem; Quod verum puto, vbi non eſſet alius idoneus, ex iam dictis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum Effectus ſuos operatur inter nominatos in inſtrumento.*
2 *Intellige in verbis enunciatiuis, & quoad plenam probationem.*
3 *Secùs vbi promiſſio eſt facta tertio, licet abſenti.*

Effectus LIX.

1 QVinquageſimuſnonus recenſetur Effectus, quod † iuſiurandum operatur ſuos Effectus inter eos tantum, qui nominantur in Inſtrumento, & ſunt præſentes, nec prodeſt alijs, qui ſunt abſentes, & in eo non nominantur, licet habeant intereſſe, vt latè proſequitur Iaſ. in conſi. 36. col. 2. & ſeq. lib. 3.

2 Quod tamen † ſanè eſt intelligendum, vt procedat primo in verbis enunciatiuis, vt loquitur Iaſ. & ſecundo quoad plenam probationem.

3 Sed vbi † facta eſſet iurata promiſſio inter contrahentes, de aliquo ſoluendo tertio abſenti, licet nec partes, nec Notarius pro eo ſtipulati eſſent, ille abſens ratione iuramenti cenſetur fuiſſe præſens, & agere poſſet ex hac promiſſione eo abſente, & non inſtante facta, ad Bald. Ancharan. & Specul. relatos ab Alexand. in conſil. 31.

ſil.31.nu.13. verſic.& maximè cum iuramentum, lib.6. Felyn. in proem.Decretal.Greg.Epiſ.num.24. Rubeus Alexand. conſ.117. num.9. Pariſ.conſil.12.num.24.lib.2. Ruin.conſil.144.nume.8.lib. 1.& conſil.108.num.9. verſ. Item abſenti, lib.5. Cagnol.in l.1.nu. 75.C.de pact.vbi Ripa, teſtans de Communi, nume.17.Socic.iun. conſil.118.num.16.lib.2. Roland. conſil.19.nume.29. & 33.lib.1. Gabr. qui plures cumulat, Concluſ. 1. nume.69. in 7.Limitat. de verb. oblig. Riminald.iun. conſil.103. nume.16. lib.1. Ancharan. quæſt.38. num.6. part.1. Burſat. conſil.118. num.5. lib.1. Sim. de Pret. conſil.199. num.33. vide notata infrà in Effectu 110.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta dationi quantitatis, adiecta præſumitur in fraudem vſurarum.*

2 *Fallit ſi appoſitum eſt iuramentum: de quo dubitatur, num.3.*

Effectus LX.

1 SExageſimus eſt Effectus, quia licet † pœna adiecta dationi quantitatis, præſumatur adiecta in fraudem vſurarum, gloſ. in l.rogaſti, in §.ſi tibi, ſuper ver.condici, ff.ſi cert.petat. Afflict.deciſ.35.num.2. Ang.conſil.219. num.6. prope finem. Roman.conſil.510.num.3.Rebuff.in l.vnica, gloſ.1.num.64. C.de ſent.quæ pro eo quod inter.Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg.53.nume.2.

2 Attamen, ſi † appoſitum eſt iuramentum, ſecùs eſt dicendum. Gram.deciſ.58.num.6.

3 Sed huiuſmodi † Effectus periculoſus videtur: quoniam Alex. ab eo citatus ad id probandum, in conſil.158. nume.2. lib.2. dicit tantum, quod licet huiuſmodi pęna præſumeretur adiecta in fraudem vſuræ, ex quo ille Toniolus medio iuramento ſe obligauerat, quod virtute iuramenti cogendus erit ad obſeruantiam. At longe aliud eſt, vt iuramenti religione contractus ſit obſeruandus, etiam vbi expreſsè, & clarè promiſſæ ſint vſuræ, cap. debitores, de iureiuran. Et quod iuſiurandum tollat ſuſpitionem earum, quoniam hoc non caret ſcrupulo, ex his quæ relata ſunt ſuprà, Effectu 52. quæ non replicamus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de futura ſucceſſione à iure improbatum, iureiurãdo firmatur. Contra, num. 2.*

3 *Quid iuris in pacto de non ſuccedendo, remiſſiuè, & num.9.*
4 *Reſtrictum ad certa tantum bona ſuſtinetur.*
5 *Quid ſi pactum reſpiciat tempus poſt eius mortem, de cuius bonis fit conuentio.*
6 *Valet tale pactum, ſi fiat in exequutionem præcedentium diſpoſitionum.*
7 *Factum ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis ſuſtinetur.*
8 *Valet fauore piæ cauſæ.*
9 *Succeſſionis futuræ renunciatio an valeat facta cum iuramento, remiſſiuè.*
10 *Pactum an valeat teſtandi de certa bonorum ſumma ſibi reſeruata, licet modica.*

Effectus LXI.

1 SExageſimusprimus recolitur Effectus, quod † pactum de futura ſucceſsione à lege improbatum, l. fin. C. de pact. iuramento firmatur. Pedem. deciſ.100. num. 10. Aymo, conſil. 139. num.8.& ſequen. Cepoll. caute. 112. num.3. verſ. tamen dico. Craſſ. de vlt. voluntat. §. ſucceſsit, num.7. quæſtio.9. cum congeſtis à Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, nu. 158. C. de reuoc. donat. & de priuileg. piæ cau. priuileg. 100. verſ. ſed ad iſta. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 20. num.8. vbi vide, quia nonnulla deducit in oppoſitum.

2 Socin. autem iunior, in conſ.44. num.15. lib.2. atteſtatur † communiori calculo receptam eſſe contrariam ſententiam, multos inducens huius opinionis aſſertores, & de communi atteſtantes, & Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num.158. dicit omnibus ferè in confeſſo eſſe, quod nec de iure Ciuili, neque Canonico ſuſtinetur, multos in id cumulans more ſuo. Sim. de Pret. qui plures inducit in conſ. 123. num. 15. Bertrand. conſ.105. num.7. lib.1. in nouiſ. Viui. inter commun. ſuper ver. pactum, num. quarto, latè Tiraquel. de iure primigen. quæſt.6. num. 18. Soarez inter Communes, ſuper ver. pactum, num. 6. Craſſ. vbi ſuprà, num.7. verſ. Contrarium, vbi multos cumulat. Decius in conſ.63. in fine, & num. quarto.

3 Quid † autem iuris in pacto de non ſuccedendo, in ſequenti Effectu deducetur.

4 Valet † autem pactum de ſuccedendo tantum in certis bonis. Curt. iun. in conſ.1. num.16. Oldrad. conſ.139. in 1. dub. Socin. conſil.8. inter conſ. Bruni, num.34. lib.1. Pariſ. conſ.26. num.85. & 113. lib.2. Bellon. conſ.60. num.1. Viui. vbi ſuprà, num.8. Menoc. conſ. 92. num.48. & 49. lib.1. aduerte. ad Socin. iun. conſ.44. num. 14. lib. 2. Craſſ.

2.Craſſ.vbi ſuprà,num.10.Gabr.de pact.Concluſ.1.nume.9.Brun. conſ.135.col.8.verſ.ſecundo moueor,par.2.Villalob.inter Cõmunes ſuper ver.pactum,num.3.& 4.vbi Viui. ſuper eod. ver. num.8. Soarez. num.7. Aymo, conſil.19.num.7. Pedem. deciſ.100.num. 26. ſed Sim. de Pret. notat oppoſitum, conſil.123.nume.14. vbi alios inducit.

5 Quid iuris † ſi huiuſmodi futuræ ſucceſsionis pactum reſpiciat tempus poſt mortem illius,cuius bona paciſcuntur. Vide Simon.de Pret.conſil.123.num.10.& ſeq. Pariſ. conſ.26.num. 69. & 117. & conſ.24.nume.56. lib.2.Pedem.deciſ.100.nume.6. circa medium, Bellon.conſ.60.nume.1. Decius in l.pactum, nu.3. C.de collation. Et concluditur non valere, niſi is, de cuius bonis agitur,conſenſerit,& in conſenſu perſeuerauerit, l.fina. C.de pact. cum alijs de quibus Seraphin. de priuil.iuram.in priuil.20.nu.6.30.& 31.

6 Valet † autem tale pactum, ſi fiat in exequutionem, vel conſequentiam præcedentium diſpoſitionum; Pedem. d.deciſ.100.nu. 10.Craſſ.de vltim.voluntat.§.ſucceſsio,quæſt.9.nu.15.

7 Prout valet,quando † fit ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis,& paciſcenti debitis. Craſſ.ibid.num.17.

8 Valetque † etiam fauore piæ cauſæ. Seraphin. de priuil. iuram. priuil.20.num.30.

9 An autem † valeat renunciatio cum iuramento facta futuræ ſucceſsionis,vide infra in Effec.180.

10 An autem,valeat † tale, pactum, vbi paciſcentes ſibi reſeruauerint facultatem teſtandi de certa Summa? & dicas vbi ſit reſtricta ad modicam ſummam,non valere. Decius conſ.300.nu.3. & conſ. 613.col.2.Pariſ.conſ.26.num.66.lib.2.Aymo,conſ.19.num.7.cum alijs,de quibus Peregrin.de fideicomm. articulo 51.nu.26.faciunt notata per Duenn.in Reg.209.in 2.Limitat.in fine, Clar.de donatione,q.19.in fi.verſic.ſecundo principaliter,de Communi Couarruu.in lib.3. Variar.reſol.c.12.nu.3.verſ.tertio eadem ratione.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum firmat pactum de non ſuccedendo alteri. contra num. 2. 3. & 7.*

4 *Pactum de ſuccedendo improbatum.*

5 *Attenditur id quod principaliter agitur.*

6 *Si aliquid additur, vel detrahitur, nouum ius conſtituitur.*

8 *Superueniens conſenſus eius de cuius hæreditate agitur, quando ſufficiat? & num. 13.*

9 *Et ſi ſufficeret, operaretur ex tunc, non autem retrotraheretur, & num. 10.11.12. & 14.*

Boni

15 *Boni mores aliter de iure Ciuili, aliter de iure Canonico intelliguntur.*
16 *Iuramentum interpoſitum contra bonos mores ciuiles, eſt ſeruandum.*

Effectus LXII.

1 Sexageſimusſecundus prodit Effectus, quod † iuſiurandum cō firmat pactum de non ſuccedendo alteri. Pariſ. conſi.24.nu. 45.& ſequ.lib.2. Aufrer.ad Capel.Tholoſ.deciſ.452. in prin. Craſſ.d.§.ſucceſsio,num.4.q.10.

2 Contrariam † ſententiam amplexa eſt Rota, in quadam cauſa Romana hæreditatis de Marganis, in qua cum pro Marganis infor marem pro validitate cuiuſdam renunciationis factæ ab eorum ſo rore, antequam profeſſa eſſet in monaſterio, & contenderem pro obſeruantia coram R. P. D. Robuſterio, Domini ſub die 1. Aprilis 1585. fecerunt huiuſmodi reſolutionem.

Rotæ deciſio.

Lunæ prima Aprilis 1585.

3 Fuit reſolutum † renunciationem factam per ſororem Gregoriam ante monaſterij ingreſſum de non ſuccedendo Franciſco fra tri tunc abſenti in fauorem alterius fratris, matris, & aliorum, de quibus in donatione, fuiſſe nullam etiam ſtante iuramento, quia licet expreſsè contineat pactum negatiuum, tamen virtualiter, & æque principaliter continet etiam pactum affirmatiuum, quod illi
4 ſuccedant Franciſco; quod † pactum de non ſuccedendo abſque illius conſenſu factum, eſt de iure improbatum, & contra bonos mores, nec iuramento firmatur, vt communiter in his terminis tenent Doctores, in l.fin.præſertim Cagnol.num.92.verſ.ſed pro defenſione, & nu.95. Purpurat.nu.41.& 185. C.de pact.cum alijs per Couarr.in c.quamuis, par.3.in prin.nu.6. de pact.in 6.

5 Nō obſtat, quod † debeat attendi id, quod principaliter agitur, & principaliter ageretur, vt renuncians, non ſuccederet, Decius cō ſil.31.num.4. Quoniam æquè principaliter agebatur, vt alij quibus fiebat renunciatio, ſuccederent illi perſonæ de cuius ſucceſsione tractabatur, vt inquiunt prædicti Doctores, & in ſpecie reprobando. Dec. Albenſ.conſi.11.nu.15.

Nec obſtat, quod illud pactum non tribuat nouum ius, cum eſſent ſucceſſuri Franciſco ab inteſtato, quia cum ſoror Gregoria eſſet in eodem gradu, & transferat in fratres, ſuam portionem, reſpe-
6 ctu partis ſuæ transfert nouum ius, ſi pactum valet: nam † cum ali quid addimus, ſiue detrahimus, nouum ius conſtituimus, l.ius ciuile, ff.de iuſt.& iure. Hactenus Deciſio.

Quod & antea dixerant in alia poſitione cauſæ; ſed quia deciſio viſa fuit durior, obtinuimus iterato audiri, & Domini perſtiterunt

in deciſis,& quia pręcedens etiam deciſio facit ad terminos,de quibus agitur, eius copiam inſeruimus, quæ eſt infraſcripta.

Reſolutio Rotæ coram R. D. Robuſterio
Romanę hæreditatis de Marganis,
Lunæ 17. Decemb. 1584.

Domini præſuppoſuerunt,quod in alijs poſitionibus concordi-
7 ter tenuerunt, quod † pactum huiuſmodi de non ſuccedendo Fr̃a ciſco Margano,de cuius hæreditate agitur, ſit abſque illius conſenſu à lege reprobatum,vti contra bonos mores, & contra ius publicum,& ſit ipſo iure nullum, prout tenent Docto. in l.fin. C.de pactis,præſertim Rimin.Purpurat.& alij, & ideo ad effectum validita
8 tis renunciationis ſororis Gregoriæ reſoluerunt, quod non † ſufficiat ſuperueniens ſola ratificatio Franciſci, quia licet verum eſſet, quod conſenſus tacitus ſufficeret cum actu poſitiuo, ſufficeretque etiam ſuperueniens ratificatio in terminis,d.l.fin. id tamen intelli-
9 gunt Domini ex mente Doctorum,vt valeat ex † nunc, ideſt à die ratificationis, ſed non ex tunc ab initio, & ideo illa ſola ratificatio
10 non ſufficit, ſed † eſt neceſſaria noua voluntas ſororis Gregoriæ, ſeu monaſterij,ex not. per Claud.de Seyſel. in d.l.fin. num.3.& 11. Purpurat.num.88.Bolognet. num.46. vbi etiam Cagnol. Decius, & alij,in l.quod ab initio,de regu.iur.Pariſ.conſ.24. num.15. lib.2. Cum enim lex illi renũciationi reſiſtat,ſine conſenſu Franciſci nul
11 la naſcitur obligatio ex ea, † requiriturq; nouus conſenſus renunciantis,vt benè per Caſſador.deciſ.5.de iure patron.& ex ſola Franciſci ratificatione validari non potuit. Aymo,conſi.39.nu.13.

12 Nec refert, † quod multi teneant ſufficere ratificationem vel ſuperuenientem conſenſum: quia verum eſt, vt valeat ex nunc, ſed non ex tunc,vt Cagnol.aduertit.

13 Nec † obſtat, quod vbi conſenſus requiritur ob ſolum intereſſe, ſufficiat, vt ſuperueniat ex allegatis per Dominos de Marganis: quia conſenſus hic non requiritur ob ſolum intereſſe eius, de cuius vitæ periculo agitur, ſed propter ius publicum, cum ſit contra bonos mores,vt Purpurat.aduertit,& alij ſupra deducti.

14 Nec obſtat † quod vbi conditionaliter fit actus,ſufficiat tunc cõſenſus ſuperueniens, & retrotrahitur conditio in contractibus ad inſtar emphyteutæ alienantis ſine conſenſu Domini. Curt.ſenior, conſi.8.quoniam hic purum eſt pactum, ſolumque alius frater promiſit de rato, & in iſta materia ratihabitio (vt diximus) retro non trahitur,& recipit de iure paſſiuam interpretationem, ſi ſoror Gregoria tunc ipſa ratificabit,& ideo concluſum fuit pro Monialibus, & Monaſterio. Hactenus verba Deciſionis.

Quæ viſa eſt rigoroſa, & præſertim, dum ſe fundat, quod huiuſmodi pactum ſit contra bonos mores: quia cum tractetur de

iura

iuramento boni mores intelligendi ſunt iuxta iuris Canonici, non autem iuris Ciuilis diſpoſitionem, cum longè aliter à iure Canoni
15 co, ſatisque differenter à iure Ciuili interpretentur, videlicet,† vt tunc dicantur pacta fieri contra bonosmores, quando eis median tibus aliquis inducitur ad peccatum. Decius conſi.655.nu.16.vel quando fit aliquid contra bonos mores Naturales, vtpote hominē
16 interficere. Cepol. caut.112.num.3. verſ.tamen dico; ſecus eſt † ſi contra bonosmores Ciuiles, vt contingit in pacto futuræ ſucceſſionis, quia tunc iuramentum eſt omnino ſeruandum, c.quamuis, de pact. in 6. & vltra præallegatos notatur in d. deciſ. Pedem. 100. num.13.vbi alij citantur,& declarat Aymo, conſi.139.num.8.& 9. Soc.iun. conſi.143.num.36. & ſeq.lib.1. Tob.Non. qui alios citat, conſi.55.num.4.& 5. vide omnino Bald. in l.pactum, nu.14. C.de collation. Felyn. in c.in præſentia, num.6.de probat. Iaſ. in præludijs feudorum, num.29.

Multa alia cumulat ad hāc materiam Seraph.de priuileg.iuram. priuileg.21. ibi videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit valere pactum de filia æqualiter cum maſculis inſtituenda, & vide num.2. remiſſiuè.*

Effectus LXIII.

1 SExageſimustertius prodit Effectus, quia † iuramentum facit valere pactum, quo pater in inſtrumento dotali promiſit genero, ſe filiam pro æquali portione cum filio inſtituturum.ad Capell.Tholoſ. deciſ.452. in addit.in princ.

2 Sed † quia huiuſmodi effectus non caret difficultate, vide Decium latè de hoc agentem in conſi.184.per totum, & Tiraquel.de iure primogen.c.6.num.17. & c.7.num.7.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramēto conceſſa à Vicario Epiſcopi facit eū Iudicē cauſæ. Contra, num.2.*

3 *Practica ſeruat oppoſitum.*

Effectus LXIIII.

1 SExageſimusquartus, & admirabilis cumulatur Effectus, quod ſi quis † petat abſolutionem à iuramento coram Vicario Epiſcopi, & is eam iuſta ex cauſa concedat, facit eum Iudicem cauſæ principalis. Ideo, ſi quis dicturus de læſione, fraude, aut ſimu-

ſimulatione contractus, abſoluatur à iuramento ab Epiſcopo, vel eius Vicario, deinde agat ad reſciſsionem contractus in alia Curia, nulliter agit, & ſi fauorabilem ſententiam reportet, eſt nulla, per notabilem doctrinam Baldi, in l. ordinarij, num. 2. de rei vendicat. vbi Additionator plures allegat concordantes, & Marſil. in Singul. 654. allegatis concordantibus, inquit, tene menti, quia totus mundus errat in hoc. Alex. conſi. 63. num. 1. lib. 3. & conſi. 58. num. 7. lib. 1. Couarru. lib. 1. variar. reſol. cap. quarto, num. 7. de Communi Viui. Opin. 401. Seraphin. in priuileg. 60. nume. 19. verſic. ſecundo notandum.

Cęterum Marſil. nimis generaliter eſt loquutus; quia Baldi opinio non eſt generaliter vera, ſed limitatur, & reſtringitur; vt decla-
2 rat Felyn. qui † triplicem dat limitationem, in cap. 1. num. 27. verſi. ſexto quæro, de iureiur. Et videndus eſt Couarru. variar. reſolut. c. quarto, nu. 8. lib. 1. vbi allegat contrarias authoritates, & conciliat.
3 Et in practica † paſsim cauſa apud alium Iudicem tractatur, vt dicam infra in quinta parte, quæſtio. 10.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum appoſitum ſuper actu, ex quo ceſſante iuramento ſola naturalis actio oriebatur, facit actum ipſum efficacem.*

2 *Et ob iuramentum dabitur actio.*

Effectus LXV.

1 SExageſimusquintus reſultat Effectus, quia appoſitum iuramentum in actibus, ex quibus eo ceſſante ſola oriebatur obligatio naturalis, facit eos efficaces; Alex. conſi. 20. num. 2. lib. 3. Bal. conſi. 430. in fine, lib. 1.

Et ideo etiam in foro ciuili ex iuramento dabitur actio. Alex.
2 conſi. 69. num. 15. lib. 3. † Abb. in c. fin. in princ. num. 2. de iureiur. Quamuis Iaſ. in l. ſi quis maior, num. 23. C. de tranſactio. diſputet ad partes, & nihil firmet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum licet ſit ſtricti iuris, extenditur ad id, quod veriſimiliter fuit cogitatum.*

2 *Iurans ſe dotem recepiſſe, cenſetur etiam iuraſſe ſuper eius reſtitutione.*

3 *Teſtis iurans dicere veritatem ſuper principali, cenſetur iuraſſe ſuper annexis, & dependentibus.*

4 *Quod declara, vt hic.*

5 *Regulariter dat robur actui, ſed non ampliat, nec extenditur ad incogitata.*

6 *Nec extenditur ad ea, de quibus iurans veriſimiliter non diſpoſuiſſet.*

Effectus LXVI.

1 SExageſimusſextus naſcitur Effectus ex iuramento, † nempè, quia licet ſit ſtricti iuris, tamen extenditur ad id, quod actū fuit, & veriſimiliter cogitatum, licet verbis non ſit expreſſum, & ad omnia ea, quæ ſunt de natura contractus: Natta, conſi.480.num.23.lib.3.Alex.in l.iuriſgentium, §.quod fere, num. 10. ff. de pact.

2 Hinc fit, quod † ſi quis iurauit ſe recepiſſe dotem, cenſetur etiā iuraſſe ſe illam reſtituere debere, & ex tali iuramento conueniri poteſt ad dotis reſtitutionem, licet in Inſtrumento nulla reſtitutionis ſit facta mentio. Alex.conſ.126.num.3.lib.6. Iaſ.in §.fuerat, nu.58. Inſtit.de action.vide infrà, in Effectu 196.

3 Et Teſtis, † qui iurauit dicere veritatem ſuper principali, cenſetur iuraſſe etiam ſuper contingentibus ipſum principale. Purpur. in l.2. nume.58. & 60. de iuriſd. omni iudic. & ſuper omnia acceſſoria, & dependentia. Iaſ. in l.ait prætor, §.ſi petitor, nume.10.de iureiur. Iaſ.in l.duo patroni, §. idem Iulianus, nu. 38.& ibid.Mari. An

4 guiſſo.conſi.152.num.25.lib.1.quod † declara iuxta deciſ. Caputaquenſ.419.lib.1.in manuſcript.quæ incipit, Coram Rubeo.

5 Regulariter † autem addit robur actui, nō tamen ampliat, Celſ. Vgo, coſil.25.num.21. Nec extenditur ad non cogitata. Tiraquel. in præfat.l.ſi vnquam, num.170.C.de reuoc.donat. Vide deducta ſupra in ſeptimo, & ſeq.Effectu.

6 Nec † extenditur ad ea, de quibus iurans veriſimiliter non diſpoſuiſſet. Tiraquel.ibid.num.171.

SVMMARIVM.

1 *Generalis iurium renunciatio non tollit beneficium l.ſi vnquam, C. de reuoc. donation.*

2 *Quid ſi renunciatio ſit iurata.*

Effectus LXVII.

1 SExageſimusſeptimus à iureiurando prodit Effectus, † ex eo, quod licet generalis renunciatio iurium non tollat beneficium l.ſi vnquam, C. de reuoc. donation. ſi tamen cum ge-

2 nerali † iurium renunciatione iuramentum concurrat, tollitur eius legis beneficium, ad Socin. conſi.147.in fine, lib.1. Tiraq. in

in præfat.l.ſi vnquam,nu.132.& 164.C.de reuocan.donation. Socin.iun.conſil.126.nu.28.lib.1.Tiber. Decian.conſ.39.nu.80.lib.2.

Oppoſitum placuit per multis, de quibus Tiraq. in eadem præfat.num.147.& ſeq. & num.164.& 173.de communi.Viui.opinio. 210.num.quarto, Rimin.iun.conſi.254.num.7. & 8. lib.3. Purpurat.conſil. 236. num.8. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum iuſtam cauſam petendæ iurium editionis, vbi iuretur eã non peti calumnioſè, probat.*

Difficultate quod aliter probari nequit iuramentum probat.

Effectus LXVIII.

1 IVrans non † animo calumniandi editionem alicuius inſtrumenti petere, ex huiuſmodi iuramento iuſta petendi cauſa probatur: Qua ſtante, pars compelli valet ad exhibendum, ad l. quædam, in fine, verſiculo. Cæterum, ff.de eden.l.fina.in fine,de bona author. iudic.poſsid. Alciat.in conſi. 16.nume.5.lib. 7.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.31.num.7.

His accedit, ſi Actor intentionem ſuam probare nequeat, niſi per libros exiſtentes penes Reum; Hanc probandi difficultatem iurata eius aſſertione probabit; ad Seraphin. qui alios inducit, de priuileg.iuram.priuileg.16.num.2.

Facit in oppoſitum,quod notat Aretin.in cap.qualiter,& quando, num.42. de accuſation. At reſponderi poteſt,iura ab illo citata loqui de iuramento in litem; in quo nemo dubitat ſolam probandi difficultatem non ſufficere, ſed etiam requiri dolum partis, vt deductum eſt ſuprà, par. 2. articulo 8. & faciunt notata infrà, in Effectu 84.

Alia ratio videtur in hac ſpecie iuramenti in qua agitur tantum de probanda difficultate, quæ eſt longe minoris præiudicij. Vide Roman.in conſil.76.nu.5. cum alijs de quibus Seraphin. in d. priuileg.16.num.1.& ſequent.

Et dum Seraphin. ibid. in principio notat, probatis aliquibus partitis alicuius libri, ad aliarum probationem ſufficere iuramentum, cum ab eo citata, minus hoc probare videantur, immò videtur, quod vbi pars illarum verificata fuit abſque aliquo iuramento, reliquæ veræ præſumantur, iuxta magis receptam ſententiam, de qua Gabriel.Concl.5.de præſumption. Menoch.de præſumption. lib.3.præſumpt.63.& ſequuta eſt Rota in 1.par.diuerſ.deciſ.vltima, num.

num.15.& 16.Alciat. præſumption. 16. in fine, Reg.1. Grammat. conſil.ciuili,158.num.3. Decian.conſi.62.num.32.lib.3.

Attamen hæc communis ſententia mihi videtur ſatis periculoſa, ſi ita generaliter admittatur, cum Doctores paſsim admittant, vt verificatis ſummis maioribus, minores,& paruæ veræ præſumãtur,& in modica tantum ſumma cœteris eſſe credendum;Eamque generaliter intellectam impugnat Aymo, de antiquit. tempor. §. quid in libro Officialis, num. 12. & ſequent. Purpurat. in l. admonendi,num.205.vbi Ripa,num. 125.ff.de iureiuran.& periculoſam appellat Decius in l.1.num.4.verſic. ſed quando,C.de eden. & expreſsè impugnat,in c. ſcripta, num. 17. in fine, de fide inſtrument.

Quæ Aymon.Purpurati,Ripenſ.Decij,ac aliorum ab eis relatorum ſententia, firmatur communi Concluſione paſsim admiſſa, vt in magna ſumma,non ſit credendum ſcripturæ ad commodum ſcribentis; ad Speculat.de inſtrumen. editio. §. nunc verò aliqua, num.21.vbi Io.Andreas in addition.ſuper ver.§.1.inquit eſſe periculoſum,vt ſimpliciter ſtetur dicto partis,vt volunt aliqui,quos ex mente Iacob.de Rauenna, appellat Pappalardos. Refert, & ſequitur Afflict. ſuper Conſtitut.Regni lib.3. Rubr.27.num.23. in fine, dicens, in minimis ſtari libro rationum ſine alia probatione; & ſi in aliquibus partitis magnis dictus liber authenticis ſcripturis comprobetur, tunc etiam in magnis pro eo præſumitur; ſubiungit autem: Sed ego dubito de iſto dicto, per notata per Specul.& Ioan. Andr.in loco ſuprà relato,dicentes, iſtos qui dicunt ſuis libris credi in magnis quantitatibus,vocari Pappalardos, & quod non valet conſuetudo,vt eis credatur,ex iuribus ibi citatis.

Et Paul. Caſtr. in conſil.301.num.quarto, lib.1. qui paſsim citatur, pro aſſertore huius opinionis,nil aduerſatur, quoniam loquitur de paruis ſummis, quas inquit præſumi veras ex verificatis alijs maioribus, vt liquet ex caſu qui ponitur ante conſilium, in verſic. tertio dicitur;vbi habentur huiuſmodi verba, videlicet,dicitur extare quidam libellus in folijs paruis cartarum,24.in quo eſt deſcriptus exitus dicti Mariotti Tutoris; Et in exitu ſunt pecuniæ,&alia contenta in petitione Ioannis: inter quæ multa ſunt, quæ verificantur per ſcripturas publicas, de quibus liber facit mentionem: Vnde, cum in magnis ſummis dictus liber verificetur per ſcripturas publicas,& ex ſcripturis mercatorum,neceſſario ſequitur,quod fides in alijs paruis quantitatibus dicto libro ſit adhibenda. Caſus ergo Pauli tractabat de adhibenda fide paruis ſummis,quando verificatæ erant multæ maiores. Sed quod hæc præſumptio extet,datur etiam vbi agitur de partitis magni ponderis. Paul. non dixit, nec verbum habetur quidem in eius Conſilio.

Extatque inconcuſſa apud Scribentes Concluſio, non eſſe dandam

dam fidem in magna ſumma ad commodum ſcribentis, ad Specul. vbi ſuprà, de inſtrum. editi. §. nunc verò aliqua, num. 21. Vbi Io. Andr. in addit. Afflict. in d. Rubr. 27. num. 23. Salicet. in d. §. in computatione, num. 1. Beneintend. deciſ. 43. num. 12. Bal. in l. vni. num. 13. C. de confeſſ. Curt. iun. conſil. 122. num. 8. vbi inquit in fine, fore credendum partitis minutis, ſed quod credantur in magnis eſt alienum à veris fundamentis, concordat Cone. in d. §. in computatione, num. quarto.

Conſonat clariſsimus textus l. exemplo, C. de probat. vbi ad litteram dicitur: exemplo perniciosum eſt, vt ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque propria adnotatione ſibi debitorem conſtituit. Et alludunt verba Nicolai Papæ in c. Indicas, 3. quæſt. 9. dicentis. Nos vni ad diſcrimen alterius credere procul dubio nō poſſumus: Arridetque Valer. Max. lib. quarto, cap. 1. de Quinto Scæuola, inquiens: Hic cum in teſtem productus eſſet, cū id depoſuiſſet, quod ſalutem periclitantis læſurum videbatur, diſcedens adiecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alij idem affeueraſſent; quoniam vnius teſtimonio aliquem credere peſsimi eſſet exempli.

Præſertim, quod paſsim admiſſum eſt, non valere ſtatutum, neque conſuetudinem, vt in magnis ſummis ad eorum fauorem credatur libris Mercatorum, vt poſt. Abbat. & Felyn. notauit Franc. Marc. deciſ. 369. num. 2.

His optimè concinit Tullius in orat. pro Roſcio, dicens: Itaque more maiorum comparatum eſt, vt in minimis rebus ampliſsimi homines teſtimonium de re ſua non dicerent. Africanus, qui ſuo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, Teſtimonium non diceret: Nam in talem virum, non audeo dicere; Et ſi diceret, non crederetur.

Hinc ſancitum eſt à Conſtantino in l. iuriſiurandi, C. de teſtib. vt vnius teſtimonio non ſtetur, etiam ſi præclaræ curiæ honore pręfulgeat. Quod ſi vni, & præclaro teſti nullum habenti intereſſe, non creditur, quanto minus erit credendum vni, qui ad propriam vtilitatem ſcribat, aut deponat? Et quanta fides huic ſit adhibenda, declararunt Grat. & Valentinianus Imperatores, in l. omnibus, eod. tit. per hæc verba: videlicet omnibus in re propria dicendi teſtimonij facultatem iura ſubmouerunt; & idem cauetur in l. nullus, ff. eod. titulo.

Eaque ratio, quod alijs pluribus verificatis, ſit præſumendum pro reliquis, ſi de minutis intelligatur admitti poteſt, ſed quod procedat etiam in magnis ſummis, nullo modo placet, quoniam daretur occaſio malignandi: Nemo enim tam ſceleratus eſt aliorum bonorum, vel negociorum miniſter, qui in ſuo libro rationum,

multas,& longe maiorem partem expenſarum, non ſcribat, vt verè ſe habent; Non enim cadit in ſenſum hominis ſani, vt omnes, vel maiores partitas falſo adſcribat, cum poſſet facile, & cito de mendacio conuinci. Sed cum hoc ſuppoſito, quod alijs pluribus verificatis, ſibi de reliquis ſit credendum, poſſet alias falſas ſcribere; quod non eſt aliàs permittendum; Et concluſio erit reſtringenda, vt de alijs dumtaxat minutis ſit præſumendum, non autem de magnis, niſi aliæ coniecturæ concurrant, vt ponderant Doctores, de quibus ſuprà. Remouenda eſt enim occaſio alterius fraudandi, cum tunc nec medio iuramento ad propriam vtilitatem credendū foret, ad Marſil. in l. 1. num. 78. C. ad l. Corne. de Sicar. Rolan. conſi. 35. num. 29. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſuper alimentis, non valet, ſed iuramento firmatur.*

Effectus LXIX.

1 TRanſactio ſuper † alimentis nullius eſt roboris, niſi authore Prætore fiat, ad l. cum hi, ff. de tranſactio.

Quid ſi partes medio iuramento ad obſeruantiam ſe obligauerint, an tranſactio validetur; Et non ſine difficultate procedit. Bart. in l. cum hi, num. 7. ff. de tranſact. dixit ſe putare, quod renunciatio non valeat, eo quia illa lex dat formam, & quia prohibendo procedit. Idem autem Bart. in l. ſi quis pro eo, nu. 17. de fideiuſſoribus totum oppoſitum firmauit. Iaſ. in eadem l. cū hi, num. 11. tenet hanc ſecundam affirmatiuam ſententiam, vt renunciari valeat, & ob vim iuramenti tranſactio ſuſtineatur, cū principaliter prohibita ſit fauore priuato, cui medio iuramento renunciari poteſt; Huiuſmodi quæſtionem examinat Imola, in cap. cum contingat, num. 95. in verſiculo, Circa quintam, prope finem lecturæ, de iureiur. vbi pro affirmatiua concludit, ibi vide; necnon Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num. 156. C. de reuocand. donat. & Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 101.

SVMMARIVM.

1 *Filius alienare nequit bona, ſuper quibus pater habet vſumfructum, ſed adiecto iuramento, alienatio ſuſtinetur.*

2 *Intellige in præiudicium filij, ſecùs quoad patrem.*

3 *Contra ſentiunt multi.*

Iuramen-

4 *Iuramentum fore ſeruandum author tenet licet Rota non leuibus mota rationibus de hoc dubitauerit.*
5 *Confirmat donationem à filio factam abſque conſenſu Patris.*

Effectus LXX.

1 LIcet filius † alienare nequeat ea bona, ſuper quibus Patri competit vſusfructus, l.fina.§. filijs autem, C. de bon.quæ liber. Nihilominus ſi fiat alienatio adhibito iureiurando, ea ſuſtinetur; Imola,in c.cum contingat,nu.43.de iureiur.
2 Declara tamen, vt † valeat in præiudicium filij, ſecùs quoad vſumfructum patri competentem. Imola ibid.in verſ. fateor tamen.
3 Contrariũ † in principali Effectu voluerunt permulti, de quib. Curt.iun.in conſ.152.nu.6.& ſequ. vbi de magis Communi.
4 Sed non † video cur iuramentum iſtud non ſit ſeruandum, cum ſeruari poſſit abſque diſpendio ſalutis ęternæ; & niſi doceatur de læſione, credo quod iuſiurandum ſit omninò ſeruandum, ex his quæ dicta ſunt ſuprà in 1.Effectu,quæſt.2.& 4.Quamuis Rota non valde dubitauerit, non leuibus mota rationibus,de quibus Cęſ. de Graſſ.deciſ.150.num.7.& ſeq.quam videas.
5 Ex quibus etiam habes, an † iuramentum confirmet donationẽ à filio factam abſque conſenſu Patris, ad quod vide Marcabrun. in conſil.30.num.21. & pluribus ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*
2 *Obligare tamen ſe poteſt ad carceres medio iuramento. Contrarium vide,num.5.*
3 *Etiam ſi adſit mortis periculum.*
4 *Dummodo carcer non ſit iniurioſus.*

Effectus LXXI.

SEptuageſimusprimus recenſetur Effectus: Nam de iure com
1 muni nemo † eſt dominus membrorum ſuorum, l. liber homo, ff. ad l. Aqui. Proinde nequit ſe alijs obligare ad carcerẽ. Angel.in Auth.Vt non fiant pignora, in final. verb. Felyn. in cap.ex reſcripto,num.13.verſ. Iſta etiam faciunt,de iureiur. Bal. in l.ſi vnus,§.pacta,verſ.ſecundo quæritur.ff.de pact.faciunt notata per Ripam,in l. 2.num.8. & ſeq. ff. de pignor. Cott.in ſuis memor.

 ſuper

ſuper ver.debitor non poteſt per pactum, de communi Albert. in tract. ſtatuto.par.1.quæſt.51.

2 Nihilominus † ſi medio iuramento ſe obligauerit redire ad carcerem, vel ſe repreſentare, aut in carceribus conſtituere, promiſsio
3 valet. Abb.in cap.ſi verò,nume.8.de iureiur.etiam inquit, † ſi ſub
4 ſit mortis periculum, dummodo † carcer non ſit iniurioſus. Rot. deciſ.31. num.quarto,de ſent.& re iudic.in antiq. Alciat.in c.cum contingat,num.220.de iureiuran.

5 Contrariam † ſententiam quod huiuſmodi promiſsio non teneat etiam iurata,firmat Rimin. in conſ.61.nu.20. lib.1. Alciat.de magis communi in d.c.cum contingat,nu.69.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſat periurium in obligato ad ſoluendum intra certum tempus, ſi terminus à creditore prorogetur.*
2 *Quod ſi ceſſet in termino prorogato, eſt periurus.*
3 *Idem dicendum de excommunicato.*

Effectus LXXII.

1 SEptuageſimusſecundus ſe offert Effectus,quod † licet obligatus ſoluere intrà certum terminum, ſi creditor faciat maiorem dilationem,non ſit periurus, ſi non ſoluat in illo termino: Nihilominus remanet obligatus ſub vinculo iuramenti in tempore prorogato. Felyn.in cap.1.col.2.verſiculo ſed contrariam,de iureiur.vide Bal.in cap.venerabilem,num.16.de electio.& in l.acceptum,num.18.quæſt.7. C.de vſur. Felyn. in cap.ad aures, num.2.de Simo.de communi Decian. conſ.102.nu.16.lib.3.Boer. deciſ.284.nu.11.Marc.quæſt.539.nu.4.

2 Et ſi ſoluere † ceſſet in tempore prorogato, periurium incurrit, ac ſi ceſſaſſet in primo termino: quoniam prorogatio facta cenſetur cum omnibus ſuis qualitatibus, & conditionibus, ad Boer. deciſ.284. num.9. Et licet aliqui contradicant, veluti Grat. conſi.15. num.20. lib.1.calculo communiori eſt receptum, ad Cagnol. in l. lecta, num. 98. & 101.ff.ſi cert. petat. Marc. quæſt.539. num.3. & quarto, vbi id declarat. ibi vide, de communi Decian. conſil.102. num.16.lib.3.

3 Idem † dicendum eſt de excommunicatione,ad Viui. opinio. 185.num.1. & 2. Baldus in conſ.436. lib.1. facit quandam diſtinctionem,ibi vide,necnon Seraphin. de priuil.iuram.priuil.22. nu.70.& ſequen. vbi latè.

SVMMARIVM.

1 *Mulier iurans ad virum non redire, an ſit cogenda.*

Effectus LXXIII.

1 SEptuageſimustertius obuius eſt Effectus, ſi † mulier iurauerit nunquam redire ad virum; nam (licet matrimoniũ ſit perpetua cohabitatio, perpetuã vitę continens conſuetudinẽ,) tenetur obſeruare iuramentum, niſi temerè iuraſſet, laſciuiæ cauſa, quo caſu redire poſſet. vide Abb. in c. tua nos, quod eſt c. 24. in fine, de iureiu. vbi latè materiam iſtam exornat, & quia eſt caſus, qui de raro accidit, deſuper non videtur immorandum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ob periurium beneficio priuatur.*
2 *Et fit inhabilis ad alia obtinenda.*
3 *Intellige ſi de periurio criminaliter agatur.*

Effectus LXXIIII.

1 SEptuageſimusquartus ſubiungitur Effectus, quod † Clericus ob periurium beneficio priuatur, per text. in cap. tua nos, in ordine 11. vbi Abb. num. 2. Felyn. num. 8. de iureiur. Rebuf. in practi. benefi. de mod. amitt. benefi. num. 58. cum deductis infra par. 6. Effectu 7.

2 Immò † fit inhabilis ad alia obtinenda, ex allegatis ibidẽ per Felyn. num. 8. verſic. in textu, ibi, perpetuo. Decius in cap. ex parte, il 1. num. 2. de Reſcript.

3 Quod autem dicitur de priuatione, intelligas, ſi † criminaliter agatur ad pœnam delicti, ſecùs ſi ad id principaliter non agitur, ſed incidens eſt quæſtio periurij, quia tunc extraordinaria pœna imponitur. Abb. in c. 2. nu. 4. de fideiuſſor.

Operatur etiam periurium alios Effectus, de quibus agetur congruentius in ſexta parte tractat. quæ pœnas, & reatum periurij declarabit.

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquid indifferens, quod ab euentu poteſt eſſe bonum, aut malum, an teneatur ad obſeruantiam, & nu. 3.*

2 *Quid de iurante non loqui cum proximo, vel non intrare in domum talis?*

4 *Quid in iurante non mutuare pecunias?*

5 *Quid ſi Filius iuret non loqui cum Patre.*

Effectus LXXV.

1 SEptuageſimusquintus egreditur Effectus, quoniam † ſi quis iurauerit aliquid indifferens, quod per euentum poteſt ſe habere ad bonum, & malum; Vt puta, quod nunquam erit miles, vel negociator, quod non recipiet feudum à tali Domino, aut non petet pecunias mutuo, vel quid ſimile, tenebitur ad obſeruantiam, niſi venerit caſus talis neceſsitatis, quod niſi contra ueniat, incidat in præſentaneum mortis periculum. Abb. in cap. ſi verò, num. 3. verſiculo tertio cum iuratur, de iureiuran. & ibi Felyn.
2 nu. 6. dat aliud exemplum † de eo, qui iurauit non loqui cum proximo, non intrare in domum Petri, quæ imminente neceſsitate fieri poſſunt non obſtante iureiurando; & iuxta ſententiam Abb. ibid. num. 5. verſiculo ſexto dicitur, non tenetur ad obſeruantiam huiuſmodi iuramenti, ſi pia intentione ob ſalutem proximi pro-
3 pter Deum contrarium facere velit; Nec † deſunt, qui velint huiuſmodi iuramentum non valere, vt latè poſt Cardin. Abb. Imolam, & Butrium, diſcurrit Felyn. videndus in c. cum quidam, in ordine 12. num. 12. de iureiuran.

4 Et pari paſſu ambulat, † ſi quis iurauerit nõ mutuare pecunias, vide Abbat. in dicto cap. ſi verò, num. 6. verſ. & idem per omnia, de iureiuran.

5 Quod † ſi filius iuraſſet non alloqui patrem, & matrem, habes text. in c. inter cætera, 22. quæſt. quarta, & vide Felyn. in c. cum quidam, num. 12. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Iurans ſe nunquam fideiuſſurum, an fideiubens teneatur.*

2 *Diſtinguitur inter Clericos, & Laicos.*

Effectus LXXVI.

SEptuageſimoſexto in hoc Effectu reuocatur in dubium id,
1 quod tactum eſt ſupra in Effectu primo, q. quinta, † ſi quis iurauerit ſe nunquam fideiuſſurum, poſtea iuramento contrauenient pro alio intercedat, ibi generaliter vidimus, cui potius ſit ſtandum, priori, vel poſteriori iuramento, in quacũque ma

 teria;

teria; hic particulariter agitur de iuramento præſtito de nunquam fideiubendo, in quo Abb. in c. ſi vero, num. 5. verſ. ex his deciditur, de iureiur. concludit, quod vbi ſalus proximi periclitaretur, niſi fideiubens, quod tunc iureiurando nõ obſtante, eſt fideiubendum; Non tamen omnis neceſsitas ſufficit, vt ibi declarat ex doctrina B. Thomæ. Menoch. autem de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 289. ſimpliciter tenet iuramentum non obligare.

2 Oldrad. autem in conſi. 20. diſtinguit † Clericus ne ſit, an laicus, qui non fideiubere iurauit, volens Clericum magis ad obſeruantiam iuramenti prioris adſtringi; quia de iure Canonico fideiubere prohibetur, ex cap. 1. de fideiuſſor. Felyn. autem in d. cap. ſi vero, num. 6. verſ. & adde quod differentia, dicit differentiam ab Oldrado factam inter Clericum, & Laicum non procedere in bonis patrimonialibus, ſed Eccleſiaſticis tantum.

SVMMARIVM.

1 *Narrans Papæ quod non ſperat conſequi iuſtitiam in partibus, id probat proprio iuramento.*
2 *Idem de perhorreſcentia.*
3 *Perhorreſcentia requirit probationem iuſtæ cauſæ, quæ probatur iuramento principalis, & ſecus eſt in iuramento procuratoris, etiam habentis in id ſpeciale mandatum.*

Effectus LXXVII.

1 SEptuageſimusſeptimus emergit Effectus, quod † narrans Papæ, ſe non ſperare in partibus iuſtitiæ complementum, vel quod aliquibus de cauſis perhorreſcit in partibus litigare, ta
2 lis † perhorreſcentia, & credulitas non conſequendæ iuſtitię iuramento probatur. Rota deciſ. 3. de Reſcript. in nou. & deciſ. 61. eod. tit. in antiq. habes tex. in cap. ſtatutum, §. cum verò, in fi. de Reſcript. in 6. Federic. de Sen. conſ. 114. nu. 2. Marſil. in Rub. C. de probat. num. 133. Maſcar. concl. 954. num. 9. & concluſ. 961. vbi latius. Viu. opin. 866. num. 7.

3 Notabis autem, quod † iuſta cauſa requiritur, vt perhorreſcentia probabilis credatur, quæ iuſta cauſa probanda eſt per propriũ principalis iuramentum. Nec admittitur procurator ad iurãdum etiam cum ſpeciali mandato, ad not. per Mar. Anguiſſ. conſ. 245. lib. 1. qui nonnulla refert ad hanc materiam, quem vide, & Capel. Tholoſan. & ibi Addit. in deciſ. 236.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus iurans aliquid ſoluere, an dimiſſa vel amiſſa prælatura, teneatur.*

Effectus LXXVIII.

1 SEptuageſimusoctauus affertur Effectus † ex iuramento Prælati promittentis aliquid ſoluere; qui poſtea ſui culpa depoſitus eſt ab officio, vel renunciauit in manibus ſuperioris; an poſt amiſſam, vel dimiſſam prælaturam, amplius teneatur, & ſolutus nè ſit à vinculo iuramenti? Bald. poſt Io. Andr. in cap. venerabilem, nume. 15. de electiõn. diſtinguit, an debitum contractum fuerit pro ſui ipſius, vel pro eccleſiæ vtilitate, vt primo caſu remaneat obligatus, & in ſecundo liberatus.

SVMMARIVM.

1 *Iurans falſum, putans dicere verum, non eſt periurus, & nume. 3. Contra num. 2.*

4 *Vbi abſit dolus, nequit dici de falſitate.*

5 *Iurans alieno nomine in vim ſpecialis mandati ſcienter falſum, non eſt periurus.*

6 *Quid de iurante verum, quod credit eſſe falſum.*

Effectus LXXIX.

1 SEptuageſimusnonus eſt Effectus, quod iurans falſum, credẽs dicere verum, † non eſt periurus. Abb. in cap. tua nos, 11. in ordine, nu. quarto, verſ. ſecundus, cum quis iurat, de iureiur. Marſil. conſi. 77. num. 16. & ſeq. & in Rubr. ff. ad leg. Cornel. de falſ. nume. 2. Rip. in cap. cum eccleſia Sutrina, nume. 96. de cauſa poſſeſſ. & propriet.

2 Quod non † tranſit penes Doctores abſque difficultate, vt patet ex congeſtis per Gabr. de Criminal. Concl. 33. vbi plura deducit in vtramque partem.

3 Putamus † autem veriorem eſſe priorem ſentẽtiam, quia falſum dici non poteſt, vbi omnis dolus, & machinatio deficit, & bona fides concurrit, quia præſupponimus iurantem credere ita eſſe veritatem, prout ipſe aſſeruit. ad Pariſ. conſ. 151. nu. 27. & 28. lib. 4.

4 Non † enim dici poteſt de falſitate, vbi non conſtet de dolo, & certa ſcientia delinquentis. Foller. in pract. Crimin. in 2. par. ſecunda

dæ part. in Rubr. Item quod commiſit falſitatem, nu. 36. vbi multos cumulat.

5 Imò, † quod fortius videtur, iurans nomine alieno in vim ſpecialis mandati ſcienter falſum, non eſt periurus, peccat enim principalis, qui mandatum dedit. Bonifac. videndus in Clem. vni. §. nos itaque, nu. 50. de iureiur.

6 Contra † qui verum iurat, quod credit eſſe falſum, periurus eſt, prout etiam is, qui credit ex aliquo actu contrauenire iuramento, licet in veritate non ſit contrauentio, quoniam Deus animum reſpicit, & non actum. Abb. in c. quanto, nu. 3. de præſumpt.

SVMMARIVM.

1 *Iurans ſpoliatus non petere reſtitutionem, an ſeruare teneatur?*

Effectus LXXX.

1 OCtuageſimus prodit Effectus, † quod ſpoliatus iurans nõ petere reſtitutionem, cum id ſeruare poſsit abſque diſpẽdio ſalutis, tenetur ad obſeruantiam; quod non tranſit abſque difficultate, vt videre poteris apud Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. num. 287. & pluribus ſeq. ad quem quæſtionem huiuſmodi diligenter diſcutientem te remitto, & tangit etiã Seraph. de priuil. iuram. priuil. 124.

SVMMARIVM.

1 *Iurans aliquid ſibi ſecretè dictum non reuelare, an productus in teſtem, debeat in iudicio id fateri, & nu. 5. & 7.*
2 *Pulchra reſponſio Io. Andreæ, & nu. 4.*
3 *Dicta in conſilio ſecreto, & iurato, an probari poſſint.*
6 *Aduocati & Procuratores an ſuper his quæ ſecretè ſciunt audita à Principalibus cogi poſſint ad teſtificandum in iudicio.*
8 *Amicus dicens alicui aliquid ſub ſigillo confeſſionis, an publicato monitorio de reuelando, teneatur ad manifeſtandum.*

Effectus LXXXI.

1 OCtuageſimusprimus, nec ſpernendus ſe offert Effectus, quod licet iurans † aliquid ſibi ſecretè dictum non reuelare, periurus ſit, ſi alteri dicat, ſi tamen is productus in teſtem in publico iudicio fuerit interrogatus ſuper illo facto, tene-

tur

tur veritatem dicere, & reuelare non obſtante iureiurando per ipſum præſtito, quod non extenditur ad huiuſmodi caſum ad Fely. in c. ſi ſacerdos, nume. 7. de offic. ordin. Iaſ. in l. qui iurato, num. 20. ff. qui ſatiſd. cogant. latiſsimè Felyn. in cap. intimauit, num. 4. de teſtib. Armil. ſuper ver. confeſſor, num. 6. Cardinal. in conſi. 35. nu. 1. vbi latè. Simoncell. de decret. lib. 3. ti. 8. nu. 202.

Hinc Io. Andr. in c. litteras, circa principium, de præſumption. contra quendam qui conquerebatur ſe contra eum fuiſſe malè loquutum in quodam conſilio ſecreto, in quo iuratum erat nil reue
2 lare, reſpondit, † quod ille, qui ſibi hoc retulerat, ſi id ipſe non dixerat, erat mendax, aut ſi dixerat, ille erat periurus; ex quo infert Bald. in l. nullum, num. 5. verſ. ſed hic incidenter, C. de teſtib. dicta
3 in † ſecreto huiuſmodi iurato conſilio, non poſſe probari, quoniā deponens aut falſus eſſet, aut periurus, quod non eſt aliàs tutum, ex auctoritatibus antedictis.

4 Sed huiuſmodi concluſio non ſequitur ex Io. Andr. verbis, qui non loquitur de hoc probando in iudicio, vt inquit Bald. ſed refert caſum de eo, qui fuerat conqueſtus, quod ipſe Ioan. Andr. fuiſſet male de eo loquutus in eo conſilio ſecreto, & iurato, & optima fuit illius reſponſio, quod qui retulerat, aut fuerat mendax, aut periurus, & ideò ei non erat credendum: verbum autem nullum
5 de iudiciali, quia tunc iuramento de non reuelando non obſtante, tenetur dicere veritatem, ex ſupra deductis, vide in materia, Rom. in Singul. 506.

Et quia loquimur de iurata promiſsione non reuelandi, quæ ſecretè eſt retinenda, quæro de duobus, licet nullum interueniat iuramentum.

6 Et primò † quid de Procuratoribus, & Aduocatis, quibus Clientes plura fatentur in ſecretis, an parte inſtante, cogi poſsint ad ſubijciendum ſe examini, & dicere veritatem ſuper articulis, in quibus pars poſuit ea, quæ ſciunt ex ſecreta confeſsione Clientum. Pariſ. in conſi. 70. col. 1. lib. quarto, poſt multos ab eo relatos, & de eorum ſententia diſtinguit, an inducantur ad probandum ea quæ ſciunt poſt motam litem ex inſtructione principalium, & tunc cogi non poſsint; aut ad probandum quæ ſciebant ante motam litem, & tunc cogi poſſe.

7 His conſonant plures Rotæ deciſiones, vt ſuper his, quæ in cauſa tractantur ab eis cognita ex principalium reuelatione non debeant examinari; ſed ſi pars velit, cogentur reſpondere poſitionibus, prout cogitur principalis. ad Puteum, deciſ. 294. incipien. Dicebatur in vna Romana, lib. 2. in manuſcrip. Idem deciſ. 56. incip. Concluſimus, lib. 3. in manuſcr. Peregr. deciſ. 59. in vna Valentina, lib. 1. Caputaq. deciſ. 420. licet Innocentius lib. 1. ſimiliter in manu

ſcript.

ſcript. Applaudit Plutarch. in vita C. Marij in ipſo initio, dicens: contra Marium Caius Herennius teſtis eſt adductus, non eſſe moris Patrij (inquit) Patronum aduerſus Clientes teſtem adduci, verum lege Patronos hac neceſsitudine reuelari.

Secundò quæro? Amicus dixit mihi in occulto, & ſub ſigillo confeſsionis aliquod ſecretum, & ſub mea fide promiſi me nunquam reuelaturum; an ſi fiant monitoriæ contra ſcientes, & non reuelantes, vel ſi monear ad teſtificandum, debeam reuelare, vel tuta conſcientia reticere poſsim? Io. Franc. à Victoria, in Summa Sacram. eccleſ. de confeſsio. num. 190. dicit illud non eſſe ſigillum confeſsionis, & frangentem in pœnas Canonis non incidere, licet quantum poteſt, ob fidem datam, ſecretum ſeruare teneatur; ſed iubente ſuperiore tenetur veritatem dicere, vt proſequitur latius Cardinal. in d. conſ. 31. num. 1. & diffuſius habes in Sylua nuptiali, ſuper ver. monitoriæ, nume. 45. & ſequen. & faciunt notata per Viui. Opin. 143.

Vide in materia quæ congerit Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. Centur. quarta, Caſu 355. vbi plura refert notatu digna.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, & ſocer tenentur reſtituere dotem, in quantum facere poſſunt.*
2 *Qualis inopia requiratur, vt competat huiuſmodi beneficium.*
3 *Iuramentum ſuper reſtitutione dotis ceſſare facit hoc priuilegium.*
4 *Quid iuris ſi & Vxor eadem laboret inopia.*

Effectus LXXXII.

1 REgula eſt ſatis triuialis, & omnibus nota † quod dos à marito, & ſocero non eſt exigenda niſi in quantum facere poſſunt, ad l. ſicut, ff. de re iudic. & l. maritus, ff. ſol. matrimon.

2 Qualis † autem inopia requiratur, vt gaudeat hoc priuilegio, declarat Soc. in conſi. 30. num. 14. & in conſ. 120. num. 48. lib. quarto, Brun. conſi. 89. num. 3.

3 Cęterum, ſi medio iuramento promiſſa eſt reſtitutio dotis, ceſſat hoc priuilegium, Brun. d. conſi. 89. num. 4. vide notata infra in priuil. 201. vbi hoc in dubium reuocatur.

4 Quid iuris, ſi mulier ſit inops veluti maritus? Dicas, † eo caſu ceſſare hoc beneficium. Alex. teſtans de magis communi, in d. l. maritus, nu. 1. verſ. in quantum Bart.

SVMMARIVM.

1 *Generalis diſpoſitio caſum iuratum non comprehendit.*
2 *Princeps derogans omnibus ſtatutis generaliter in contrarium facientibus, non cenſetur derogaſſe ſtatutis iuratis.*
3 *Papa dans quinquennalem dilationem debitori contra omnes creditores, dilatio non ſuffragatur aduerſus debita iurata.*

Effectus LXXXIII.

OCtuageſimumtertium operatur Effectũ, nempè, licet lex generaliter loquens generaliter ſit intelligenda, & qui omne dicit, nihil excludat, ut ſunt Regulæ triuiales, eſ-
1 ficit † tamen iuramentum, vt ſtatutum, vel diſpoſitio generalis non comprehendat caſus iuratos, vt poſt Rainer. & Barto. ab eo relatos, firmat Alex. in conſi. 27. num. 2. & rurſus in conſ. 37. num. 27. lib. 2. Ioan. Andr. Butr. Abb. Imola, & Angel. relati per So cin. in conſil. 131. num. 11. lib. quarto, Fulgoſ. in conſil. 156. col. 1. verſ. ſecundo ratione. Roma. ſing. 7. Decius in l. pacta nouiſsima, num. 8. C. de pact. Anchar. conſ. 226. nu. 2. cum congeſtis per Marſil. conſi. 107. num. 11. & ſeq. Afflict. deciſ. 111. num. 13. Cephal. conſil. 170. num. 34. lib. 2. Curt. iun. conſi. 98. num. 7. Pariſ. conſi. 33. nume. 48. lib. 3. Rimin. iun. conſ. 16. nu. 44. lib. 1. Neuiz. conſ. 77. nu. 17. & ſeq. Gabr. de iureiur. Concl. 3.

2 Hinc eſt, quod ſi † Princeps aliquid ſtatuens, deroget omnibus ſtatutis in contrarium facientibus, hæc eius diſpoſitio nõ extenditur ad ſtatuta iurata, ex congeſtis à Viuio, Opin. 159. num. 2. Alex. conſ. 38. nu. 5. lib. 3.

3 Quibus alludit, quod † ſi Papa alicui concedat quinquennalẽ, aut aliam dilationem contra eius creditores, huiuſmodi dilatio nõ ſuffragatur aduerſus debita iurata, niſi de iuramento ſpecialis mentio fiat. Alex. conſ. 38. num. 3. verſiculo circa ſecundum, & nu. ſeq. lib. 3. Vide tamen Seraphin. in priuileg. 22. nu. 59. cum alijs de quibus Viuius Opin. 176. nu. 8.

Et quia huiuſmodi Concluſionem latè exornarunt Gabriel. de iureiur. Concluſ. 5. Et Seraph. priu. 22. ad per eos deducta me remitto, à quibus plures Limitationes, & ampliationes congeruntur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum probat impotentiam præſtandæ fideiuſſionis.*
2 *An ſtandum ſit iuratoriæ cautioni.*

Effectus

Effectus LXXXIV.

1 OCtuageſimusquartus prodit Effectus, nempè quod † iuſiurandum probat difficultatẽ ſeu impotentiam præſtandæ fideiuſsionis, vbicumque enim aliquis cauere obligatus, alleget non reperire fideiuſſorem, hanc vtique præſtandæ cautionis impotẽtiam probare poterit proprio iuramento, ex doctrina gloſ. communiter approbatæ, in l. 1. gloſ. fina. ff. qui ſatiſd. cogant. Vbi Iaſ. num. 23. Quem vide, narrantem plures Limitationes. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt. 46. verſ. ſed quomodo probabitur, cum congeſtis per Marſil. in Rubr. ff. de fideiuſſor. nu. 166. Alex. conſ. 57. num. 7. lib. 3. Catellian. in ſuis memor. ſuper ver. Cautio cum fideiuſſore, verſic. è contra autem, & in verſ. Iuramentum probat. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 17. nu. 1.

2 An autem † tunc ſtandum ſit iuratoriæ cautioni, vide infrà in Effectu 149.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum impedit curſum præſcriptionis, & num. 7. & pluribus ſequent.*

2 *Statutum generaliter loquens, non comprehendit caſum iuratum, & nu. 16. & 18.*

3 *In præſcriptione centenaria iuramentum nil operatur.*

4 *Nec tollit præſcriptionem 40. annorum.*

5 *Debitor cum ſit in mala fide, nunquam præſcribit, & num. 25. ſed vide nume. 26.*

6 *Bona fides an ſit neceſſaria de iure ciuili, & nu. 29. & 30.*

7 *Præſcriptio an currat contra debitum iuratum, de quo conſtet publico inſtrumento, & nu. 8. & 9.*

10 *Iuramentum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur.*

11 *Statutum tollens fidem Inſtrumento, facit vt non conſtet de iuramento, & nu. 21. & 22.*

12 *Iuſiurandum eſt acceſſorium Inſtrumento, ſi Inſtrumentum principale corruit, ergo & acceſſorium.*

13 *Iuramentum habet vim litis conteſtationis, quæ interrumpit præſcriptionem.*

14 *Iuramentum habet vim interpellationis, quæ conſtituit debitorem in mora. Vide in nu. ſequen.*

17 *Diſpoſitio generalis non capit caſus iuratos.*

19 *Statutum ſi faciat iuramenti mentionem, ad effectum vt liget, diſtingue, an ſit à Papa confirmatum, & nu. 20.*

21 *Principali lapſo, corruit & acceſſorium. ſed vide nu. ſeq.*

Confeſſio

23 *Confeſſio probatur ex Inſtrumento nullo.*
24 *Ordo iuridicus non curatur ſubſiſtente partis confeſſione.*
27 *Præſcriptionis tempus à ſtatuto abbreuiatum ſubrogatur loco præſcriptionis 30. annorum de iure communi.*
28 *Præſcriptio 30. annorum an currat etiam tum mala fide multorum opinione.*
31 *Iurantis hæres præſcribere poteſt.*

Effectus LXXXV.

1 OCtuageſimusquintus, & notabilis eſt Effectus, quia † impedit curſum præſcriptionis, ſi debitum eſt iuratum. Propterea ſtante ſtatuto, quod creditor negligens in petendo creditum per decem annos, amplius non audiatur, quale eſt in Vrbe, prefigens terminum 16. annorum, quibus lapſis, diſponit præſumi ſolutionem, & quod inſtrumentum nullam
2 amplius faciat probationem, tale ſtatutum ad † debitum iuratum non extenditur, quia iuramentum perpetuat actionem ad 40. annos, ita poſt Bart. & alios firmat Iaſ. in l. ait Prætor, §. ſi is qui temporali, num. 14. & ſeq. de iureiur. Berous conſil. 82. num. quarto, lib. 3. Felyn. in c. fin. num. 7. in 2. Limitat. de præſcript. Soci. iun. conſ. 54. nu. 1. & 7. lib. 1. latè Marſil. in Sing. 141. Balb. de præſcript. in quarta par. 6. par. quæſt. 2. num. quarto, Grat. conſil. 41. num. 5. & 14. lib. 1. Brun. conſ. 31. num. 29. cum congeſtis per Gabr. Concluſ. 11. vbi latè de ſtatut. Tiber. Decian. conſ. 10. nu. 74. & conſil. 44. num. 22. lib. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 51. nu. 1.

Oppoſitum placuit Guid. Papę, in deciſ. 199. num. 8. & pleriſq; alijs relatis per Cagnol. in l. 2. nu. 85. & ſeq. vbi caſus diſtinguit. C. de pact. int. emptor. & vendit. Soci. iun. conſ. 145. nu. 60. & ſeq. lib. 1.

3 Concordant autem Doctores, quod † in præſcriptione centenaria iuſiurandum nil operetur. Socin. iun. d. conſ. 54. nu. 6. & 7. lib. 1. Cagnol. d. l. 2. nu. 87. Galleſ. de Came. oblig. in 2. par. tract. & 4. Formu. quæſt. 3. num. 10. Caputaq. deciſ. 193. incipiens, In Tullenſi. lib. 1. Gabr. d. Concl. 11. nu. 8.

4 Prout nec † tollit præſcriptionem 40. annorum. Socin. iun. d. cõſil. 145. num. 63. lib. 1. Gabriel. vbi ſuprà, num. 9. Tiberius Decian. conſ. 13. nu. 59. lib. 2.

Hunc autem Effectum inanem affirmat Balb. de præſcription. in d. 4. par. 6. par. quæſt. 2. num. quarto, verſic. ſed iſtud hodie. Quoniã
5 cum † debitor ſit in mala fide, non ſoluendo quod debet, nullo vnquam tẽpore præſcribere valet, ad Reg. poſſeſſ. de Reg. iur. in 6. Eſt enim neceſſaria bona fides ad præſcribendum, Caputaqu. deciſ.

ciſ.194.incip. In caſu, lib.1.in manuſcript. Corn. conſ.180. col.penult. verſic. nec etiam præſcriptio. lib. 3. quod de iure Canonico nullam habet difficultatem.

6 An autem † ex diſpoſitione iuris Ciuilis ſit neceſſaria bona fides, non tranſit ſine controuerſia, & tangemus infrà, in verſic. Dubitatur autem, nu.26.

7 At reuocamus in dubium, an † præſcriptio currat contra debitum iuratum, de quo conſtet publico inſtrumento? & grauiſsimi Authores in contrarias ſententias iuerunt, vt patet ex iam relatis.

8 Pro † negatiua ſe habet Communis opinio atteſtata per Gabr. d.Concluſ.11.in princip.& pleroſque alios ſuprà deductos.

9 Pro † affirmatiua concurrunt plures Rotæ Deciſiones, quæ vt par eſt, maximæ ſunt authoritatis, præſertim quod non carent concomitantia aliorum grauiſsimi ponderis Doctorum, qui in eandẽ ſententiam iuerunt: extant namque deciſio. Mohedani, 227. In eadem cauſa fuit dictum. Peregrin.8. Dubitatio iſta, lib.1. & Pute.deciſ.114. Die 23. Aprilis, lib.1.in manuſcriptis.

Videndum igitur quibus vnaquæque ſententia rationibus fulciatur.

Hi quibus placuit iuramento non obſtante currere præſcriptio-
10 nem, moti ſunt, primo: quia † iuramentum ſequitur naturã actus ſuper quo interponitur, vt latè deductum eſt ſupra, in Effectu 8. ſed actio in Inſtrumento contenta ſui natura eſt præſcriptibilis, ergo idem erit appoſito etiam iuramento. Ang. in conſ.55.num.3.verſ. ſuper hoc dico. Guid.Pap.d.deciſ.199.num.2.verſic.quia iuramentum. Felyn.in Rubr.de præſcript.nu.15.verſi. Et dum tangit. Balb. de præſcript.4.par.5.par.quæſt.3.in princip. Socin.iun. conſil.145. num.60.& ſeq.lib. 1.

11 Nonnulli alij moti ſunt, eo quia † Statutum tollit Inſtrumenti fidem, & facit, vt nil probet: ſi ergo Inſtrumentum caret fide, non conſtat de iuramento, & eo ceſſante, præſcriptio currit. Mohedan. & Peregrin.in ſupra citatis Deciſionibus. Ruin.conſil. 60. nume. quarto, lib. quarto.

12 Deducunt alij, quod † iuſiurandum eſt acceſſorium ad contractum principalem, ſi is ex diſpoſitione Statuti corruit, deficit etiam ei acceſſorium iuramentum. Puteus d.deciſ.114.

Contrariæ ſententiæ aſſertores ſubſequentibus fundamentis innituntur.

13 Primò † iuramentum habet vim litis conteſtationis, quæ præſcriptionem interrumpit, vt refertur in præcitatis Deciſionibus, in quibus etiam reſpondetur huic motiuo, quod cum Inſtrumentum non faciat fidem, non conſtat de iuramento, ſed hoc motiuum eſt ſatis periculoſum, ex his, quæ ſuprà in 21. Effectu deduximus.

Secundò

14 Secundò mouentur, quod † iuſiurandum habet vim interpellationis, vt etiam in illis Deciſionibus refertur, & adnotatum eſt ſuprà, in 18. Effectu interpellatio autem debitorem in mora conſtituit, malamque fidem inducit, ſi debitor ſit in ſoluendo moroſus; proinde, nullo vnquam tempore præſcribere valet, ad c. poſſeſſor, de Reg. iur. in 6.

15 Huic † motiuo reſpondet Peregrin. d. deciſ. 8. propè finem, quod interpellatio inducta per iuramentum, eſt ficta, & ſtatutum Vrbis excipiens, niſi debitor fuerit interpellatus, debet intelligi de vera interpellatione.

16 Tertiò allegatur, quod † generalis diſpoſitio nunquam extenditur ad caſum iuratum, vt deducitur ſuprà in Effectu 83. Ad quod reſpondetur, vt ſupra, quod non faciente fidem inſtrumento, non conſtat de iuramento, & ſecùs eſſe ſi de iureiurando aliundè, quã per inſtrumentum conſtare poſſet Puteus d. deciſ. 114.

Quid ergo tenendum, ex quo vtraque opinio tantis innititur authoritatibus; Et puto diſtinguendos eſſe caſus. Firmando pro Re-
17 gula, † quod diſpoſitio generalis non capiat caſus iuratos, ex ſupra deductis.

18 Proinde † ſi ſtatutum generaliter loquatur, vt quicumque Creditor negligens in petendo creditum, intra certum determinatum tempus, eo lapſo amplius non audiatur, & ei ſatisfactum præſumatur, nulla iuramenti facta mentione, tunc locus ſit primæ opinioni, & communi ſententiæ, vt ſtante iuramento præſcriptio non currât; quia ſtatutum illud quamuis generale, debitum iuratum non comprehendit, ex iuribus ſuprà citatis.

19 Si verò † Statutum iuramenti faciat mentionem, & tunc, aut eſt conditum à Laicis, & idem, quoniam nequeunt aliquid ſtatuere in materia iuramenti, etiam ſanciendo quod iuramentum præſumatur dolo extortum, vt declaratum eſt ſuprà, in 1. Effectu, in quarta quæſtione.

20 Aut Statutum † à Summo Pontifice ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione confirmatum eſt, vt docuimus ſuprà in 1. Effectu, quæſtio. quarta, verſic. Cæterum admoneo, & verſic. ſequen. Et tunc, ſi Statutũ non obſtante iuramento ex curſu temporis præſcriptionem admittit, indubitatum eſt ex eo curſum præſcriptionis nõ impediri, ſtante confirmatione Papæ, quæ facit Statutum eſſe Papale, & ceſſat tunc omnis dubitatio, per ea, quæ dicta ſunt ſuprà, in d. quæſt. quarta, verſ. quod ſi Statutum.

21 Quid autem † ſi in priori caſu Statutum vltra præſumptionem ſolutionis diſponeret, vt inſtrumentum nullam de cętero fidem faceret? prout in caſu illarum Deciſionum: tunc maior eſt difficultas: quia, vt dicitur in illis, corruente Inſtrumento, deficeret etiam

iura-

iuramentum veluti acceſſorium, ex latè congeſtis per Tiraq. de iure conſtit.poſſ.par.3.Limit.7.nume.28.& ſeq. cum deductis ſup.d. q.quarta, verſ.Quibus applaudit; & quia ceſſante inſtrumento, non conſtaret de iuramento, vt prædictum fuit.

22 At huiuſmodi † Concluſio nō tranſit abſque difficultate, cum placuerit pluribus, eiſque grauiſsimis authoribus, quod annullato inſtrumento, non propterea iuramentum annulletur, vt tetigimus in d.q.quarta, verſ.ſed huiuſmodi ſententia.

23 Addimus in confirmationem, quod licet contractus ſit nullus, nullitate non obſtante, probat confeſsionem in eo contentā. Rui. conſi.7.num.2.lib.3.& conſ.53.nu.14.lib.2. de communi Gabr.de Clauſul.Concl. 10.num.8.Puteus deciſ. quarta, de confeſsis, in manuſcrip. Imola, in l.ſi ita ſtipulatus, §.Cryſogonus, num.11.verſ.vel potes dicere, de verb.oblig. vbi Alex.num. 11.& Paul.nu.quarto.

Quamuis in oppoſitum plura congerat Tiraq. in d. Limit.7. in locis ſupra relatis.

24 Sed inquit Bal.relatus in deciſ. Pedem.109.nu.13.† quod vbi eſt partis confeſsio, non curatur ordo iuris, hominis, nec mundi, quia nullitate non obſtante ex tali confeſsione facta in iudicio nullo, ſequi poteſt condemnatio. Affl.deciſ.182.nu.2. Quoniam confeſsio purgat omnem proceſſus ineptitudinem. Boſs.in pract. crim.tit.de confeſſ.nu.40.Rol.conſ.31.nu.5.& plurib.ſeq. lib.1. Dec.cōſ.221. nu.3.Marſil.conſi.46.num.7. Caſtr.d.§.Criſogonus, nu.4. Rimin. iun.conſ.126.nu.14.lib.2.

25 Pręterea admiſſo, vt poſt lapſum † terminum ſtatutarium inſtrumentum non probaret amplius iuramētum, adhuc præſcriptio ceſſare videtur, quoniam ſtante iuramento quod ante lapſum Statuti terminum ſemper viguit, debitor ex vi ipſius iuriſiurandi, cenſetur fuiſſe interpellatus ad ſoluendum, ex Effectu 18.ſupra relato: & cōſequenter conſtitutus in mala fide, ob moram non ſoluendi, quod medio iuramēto promiſit; qua ſtante, ceſſat pręſcr.d.c.poſſeſſor, de reg.iur. in 6. Hocq; de iure Canonico nullam patitur difficultatē. Pariſ.conſi.92.nu.27.& ſeq.& conſi.75.nu.36.lib.3. Cephalus, conſil.40.nu.15.& ſeq.lib.1.

Dubitatur aūt quid ſit dicēdū attēto iure Ciuili; Sunt qui diſtin-
26 guāt † inter poſſeſsionem minorem 20.annis, & maiorē longiſsimi tēporis ann.30. vel 40.vt facit Balb.de pręſcr.in 2.p.3.par.q.6.Din. in d.c.poſſeſſor, verſ.in pręſcr.autem, Ripa, in c.cum eccleſia Sutrina, nu. 117.de cau.poſſ.& propriet.Guid.Pap. d.deciſ.199.

27 Eſtq; aduertendum, quod † pręſcriptionis tēpus à Statuto abbreuiatū, ſubrogatur loco præſcr.30.ann. inductæ à iure communi, & parit eoſdem effectus, vt comprobat Tiraq. de retractu lignag.§.1. glo.10. num.82. Rimin.iun. conſil.74.nume.54.lib.1.Caputaq.de-

X ciſio.

ciſio.39. incip. præſcript. 16. annorum, lib. primo, in manuſcript.

28 Proinde † ſi præſcriptio 30. annorum currit cum mala fide, vt placuit pleriſque ſuprà inductis, currit etiam hæc Statutaria illius loco ſubrogata.

29 Cæterum,† valde obſtat, quod in quacumque præſcriptione neceſſaria videtur bona fides. Rimin.iun. conſi. 339. nume. 169. lib. 3. idem conſi. 249. nu. 81. & ſeq. ibid. Alex. conſi. 34. nu. 1. lib. 3. cum congeſtis per eundem in conſ. 99. vbi bona additio. lib. quarto, Socin. iun. conſi. 145. nu. 12. & ſeq. & nu. 63. & plurib. ſeq. lib. 1. Balb. de præſcript. in 2. par. 3. par. q. 14. Brun. conſi. 38. nu. 20.

30 Hæcque ſententia, quæ † fauet animæ tenenda eſt, vt euitetur periurium, & peccatum, locupletando cum alterius iactura, & nè poſſeſſor iniuſtus, temporalia bona lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum faciat.

Quibus non mediocriter obſtant deducta infra in Effectu 206. nu. 6. & 7. quæ omnino videas.

31 Ceſſat † autem difficultas in hærede iurantis, quoniam ipſe præſcribere poteſt. Seraph. de priu. iuram. priuil. 51. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an excludat ſimulationis præſumptionem, remiſſiuè.*

Effectus LXXXVI.

1 Octuageſimusſextus numeratur Effectus, † quod iuramẽtum excludit ſimulationis præſumptionem, ad Brun. conſil. 38. num. 12.

Sed quia latius tactum eſt ſupra, quibus caſibus iuramentum tollat exceptionem ſimulationis, remitto Lectorem ad deducta in primo Effectu, quæſt. 11.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum an confirmet contractũ in quo interuenit dolus, remiſſiuè.*

Effectus LXXXVII.

1 Octuageſimoſeptimo † quæritur, an iuramentum confirmet contractum, in quo dolus interuenit, & de hoc actum eſt ſupra in primo Effectu, quæſt. 1. eo te remitto.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuriſiurandi quiſnam ſit & qualis effectus ſubſiſtente enormi læſione, remiſſiuè.*

Effectus LXXXVIII.

1 OCtuageſimooctauo videndum eſt † qualis ſit iuriſiurandi Effectus, vbi iurans enormiter eſt læſus; & fusè tractatum eſt ſuprà in primo Effectu, quæſt.2. ibi videas.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in contractu appoſitum ipſo iure nullo quid operetur, remiſsiuè.*

Effectus LXXXIX.

1 OCtuageſimonono tractandum eſt † quid operetur iuramentum in contractu appoſitum, qui eſt ipſo iure nullus, de quo latè ſupra in primo Effectu, quæſt.3. ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſi apponatur contractui reprobato per ſtatutum quid operetur, remiſsiuè.*

Effectus XC.

1 NOnageſimus eſt Effectus † cum iuramentum apponitur in contractu per ſtatutum reprobato, & deciſum eſt ſuprà in primo Effectu, quæſt. quarta, vbi videas.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum cuius ſit virtutis in eo contractu quem contrahens ante iurauerat ſe nunquam facturum, remiſſiuè.*

Effectus XCI.

1 NOnageſimusprimus eſt Effectus † in eo contractu, quem cõtrahens ante iurauerat ſe nunquam facturum, de quo vide notata ſupra, in primo Effectu, quæſtio.5.

SVMMARIVM.

1 *Iuriiurãdo an licitũ ſit ex ſuperuentu nouæ cauſæ cõtrauenire remiſſiuè.*

Effectus XCII.

1 NOnageſimoſecundo videndum eſt † an ex noua cauſa liceat iuramento contrauenire, & declaratum eſt ſupra in eodem primo Effectu, quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an æque liget Hebræos vt Chriſtianos, remiſſiuè.*

Effectus XCIII.

1 NOnageſimotertio quæritur † an iuſiurandum pariter liget Hebræos, veluti Chriſtianos, & hoc diſcuſſum eſt ſupra in primo Effectu, quæſt. 7.

SVMMARIVM.

1 *Contractus à minore initus nulliter, an iuramento firmari poſſit remiſſiuè.*

Effectus XCIIII.

1 NOnageſimusquartus Effectus eſt, † in contractu à minore celebrato nulliter; quem vide diſcuſſum in eodem primo Effectu, quæſtio. 8.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in quo interuenit error, an iureiurando confirmari poſſit remiſſiuè.*

Effectus XCV.

1 NOnageſimusquintus Effectus eſt † in contractu, in quo error interuenit, & declaratum eſt ſupra, in primo Effectu, q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum an propria authoritate in melius licitum ſit commutare, remiſſiuè.*

Effe-

Effectus XCVI.

1 NOnageſimusſextus Effectus refertur ſupra in eodem primo Effectu, quæſtio. 10. dum quæritur; † an liceat iuramentum propria authoritate in melius commutare; Quod ibi videas.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quid operetur in contractu per metum inito, remiſſiuè.*

Effectus XCVII.

1 NOnageſimoſeptimo quæritur, † quid operetur iuſiurandum in contractu facto per metum; quod latè diſcuſſum eſt ſupra, in eodem primo Effectu, quæſtio. 12.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum minoris quo contractui non contrauenire vllo modo iurauit, an ſit validum, remiſſiuè.*

Effectus XCVIII.

1 NOnageſimusoctauus Effectus eſt † in contractu geſto per minorem, in quo iurauit non contrauenire quauis ratione, vel cauſa, & renunciauit omni iuris, & legum auxilio, de quo actum eſt ſupra, in eodem primo Effectu, in 13. quęſt. ad quam te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Minor ſi ſe iurauit eſſe maiorem in contractu, an validum ſit huiuſmodi iuramentum, remiſſiuè.*

Effectus XCIX.

1 NOnageſimusnonus ſequitur Effectus † in contractu, in quo minor ſe aſſeruit medio iuramento maiorem; quod diſcuſſum habes ſupra in eodem primo Effectu, quæſt. 14.

SVMMARIVM.

1 *Minor contrahens abſque conſenſu curatoris intercedente iuramento, an valide contrahat, remiſsiuè.*

Effectus C.

1 CEnteſimus eſt Effectus in † contractu facto per Minorem ſine Curatoris authoritate, ſi in eo medio iuramento ſe obligauerit, de quo actum eſt in 15. quæſt. primi Effectus, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento intercedente reſpondens articulis & poſitionibus alioqu in impertinentibus, an ob iuramentum ſibi præiudicet, remiſsiuè.*

Effectus CI.

1 CEnteſimusprimus eſt Effectus, ſi quis † medio iuramento reſpondeat articulis, & poſitionibus impertinentibus, & quibus de iure reſpondere non tenebatur; an ob iuramentum reſponſio præiudicet: de quo latè actum eſt ſupra parte ſecunda, cap. 1. artic. ſecundo, verſic. an reſponſio facta.

SVMMARIVM.

1 *Reus inquiſitus habet annum ad comparendum, & ſe expurgandum, & interim patitur adnotationem bonorum.*
2 *Si redeat intra annum, & ſe purget, bona recuperat.*
3 *Iuramentum ſufficit ad ſe purgandum.*

Effectus CII.

1 CEnteſimusſecundus ſubnectitur Effectus, † ſi quidē Reus fugitiuus ſi accuſetur, vel inquiratur, habet annum ad cōparendum, & ſe purgandum, & interim patitur adnotationem bonorum, l. 1. C. de requir. reis; vbi etiam dicitur,
2 quod † ſi intra annum redierit, ſi ſe de crimine purgauerit, bona recuperat.
3 Quæritur quo pacto facienda ſit huiuſmodi purgatio? † & ſufficere proprium ipſius Rei iuramentum mirabiliter aſſeruit Cyn. in d. l. 1. nume. 8. & per ipſum iuſiurandum ceſſare illam ſuſpitionem, quæ ex fuga inſurrexerat. Sequitur Marſil. in Sing. 115. verſic. ſed ad vnum. Idem in Rubr. C. de probation. nu. 121. Boerius deciſ. 215. num. 26. vide infra in Effectu 117.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuramento probatur.*
2 *Dummodo ſit veriſimilis.*
3 *Statuti ignorantia iuramento probatur.*
4 *Excuſatque non ſoluentem gabellam, & num. ſeq.*
5 *Immò non ſoluens non eſt excuſandus.*
6 *Hæres excuſatur ſi non ſoluit Canonem.*
7 *Dominus recipiens Canonem ignoranter poſt deuolutionem, ſibi non præiudicat.*
8 *Percutiens aliquem, quem non credebat eſſe Clericum, non eſt excommunicatus.*
9 *Epiſcopi iuramento ſtatur, quod ignorauerit beneficij vacationem.*
10 *Ceſſant prædicta vbi extet ſcientiæ præſumptio.*
11 *Fallit etiam vbi ignorantia aliter quam iuramento poteſt probari.*
12 *Fallit etiam vbi tractatur de Tertij præiudicio.*
13 *Item cum tractatur de eo, quod eſt publicè notum.*
14 *Nec vbi tractatur de re graui.*
15 *Nec locum habet, cum de ſcientia docetur.*
16 *Nec vbi ſumus in eo, qui ſcire, & inquirere tenetur.*
17 *Scientia vbi ex temporis antiquitate præſumitur non probatur ignorantia etiamſi intercedat iuramentum.*

Effectus CIII.

1 Centeſimustertius deſcribitur Effectus, nępè, † quod ignorantia iureiurando probatur, ad gloſ. in c. eos, ſuper ver. affectata, de tempor. ordin. in 6. Aymo conſ. 201. nu. 32. Marſil. in Repet. Rubr. C. de probation. num. 124. latiſsime addit. ad Abb. in c. cognoſcentes, num. 9. verſ. per proprium, de conſtit. Felin. ibid. num. 11.

2 Intellige, † dummodo ſit veriſimilis. Marſil. in l. qui falſam, nume. 95. ff. ad leg. Corn. de falſ.

3 Hinc eſt, quod † aſſeuerans non habuiſſe notitiam Statuti, eius ignorantiam probat proprio iuramento. Iaſ. in Repet. l. admonendi, num. 308. de iureiur. vel ignoraſſe citationem domi factam. Vide Tiraq. de retractu lignag. §. 9. gl. 2. nu. 41. vbi plura hincinde allegat, latius inf. in Effectu 185.

4 Quod extendit. Abb. in conſi. 35. nu. 2. par. 1. † ad excuſandum aliquem, qui non ſoluit gabellam, ſi medio iuramento aſſerat nullam eius habuiſſe notitiam, ſequitur Marſil. in Repet. Rubr. C. de probation. nume. 124. verſ. & vltra præmiſſa. Grat. conſi. 151. nume. 15. lib. ſecundo.

5 Attamen † præmiſsis obſtat, quod gabellarij non tenentur interpellare pertranſeuntes, vt ſoluant gabellam, quoniam ipſi ſcire debent ſe obligatos: ſuntq; in culpa niſi explorent, ſi in loco vnde tranſeunt gabella ſoluatur, & vbi ſint Officiales bullettam facientes, Ripa de priuileg. contract. cau. peſt. nume. 14. 15. & ſequen. Rimin. iun. conſ. 26. num. 18. & ſeq. & conſ. 102. num. 3. lib. 1. vbi notat eſſe nimis ſupinam ignorantiam circa ſolutionem Gabellarum; Vide Couarru. in Reg. peccatum, par. 2. §. 5. num. 5. verſ. hinc infertur, de Reg. iur. in 6.

6 Infertur etiam, quod † hæres ceſſans in ſolutione Canonis, excuſatur à caducitate, ſi iuret non habuiſſe ſcientiam quod res eſſet Emphyteutica. Marſil. ibid. verſ. Et dixit multum. Seraphin. de priuileg. iuram. in priuil. 4. nu. 131. Grat. conſ. 151. nu. 14. lib. 2.

7 Et è conuerſo, ſi † Dominus poſt incurſam caducitatem recipiat Canonem, ſibi non præiudicat, ſi iuret ignoraſſe deuolutionem. Marſil. ibid. num. 125.

8 Et percutiens † eum, quem probabiliter ignorabat eſſe Clericũ, non eſt excommunicatus, taliſque ignorantia iuramẽto probatur, cap. ſi verò aliquis, de ſent. excommu. Seraphin. d. priuileg. 4. num. 36. 37. & ſequent.

6 Hinc etiam infertur, eſſe ſtandum † Epiſcopi iuramento, dicentis ignoraſſe beneficij vacationem, ad effectum excludendæ deuolutionis ob negligentiam in conferendo. Rota, deciſ. 10. de probation. in antiq. & vide notata infrà, in Effectu 185.

10 Limita huiuſmodi Regulam † non procedere vbi in oppoſitum extet præſumptio ſcientiæ. Ancharan. quæſt. 63. num. 3. par. 1. Felyn. in cap. 2. num. 13. de conſtitution. Natta, conſil. 230. nu. 6. lib. 1. Burſat. conſi. 119. num. 14. lib. 1. Roma. conſi. 481. num. 10. Pedem. deciſ. 71. num. 2. Alex. conſi. 118. num. 11. lib. 2. Seraphin. ibid. num. 30. Addic. ad Abb. vbi ſupra, verſ. Fallit niſi lex, & verſ. Fallit 7. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. Centur. 2. Caſu 186. num. 8.

11 Fallit † etiam, quando ignorantia probari poteſt alio medio, quàm iuramento. Felyn. in d. c. 2. num. 12. Seraphin. vbi ſuprà, nu. 42. Addit. ad Abb. vbi ſupra, verſic. Fallit primo.

12 Nec habet † locum cum tractatur de tertij præiudicio. Felyn. ibid. nu. 14. Seraphin. ibid. num. 124. Addit. ad Abb. vbi ſupra, verſ. Fallit tertio. Menoch. d. Caſu 186. num. 9.

13 Nec † procedit, cum allegatur ignorantia eius, quod eſt publicè notum. Felyn. in d. c. 2. num. 17. Quod reincidit cum prima Fallentia, quoniam eius, quod publicè notum eſt, ſcientia præſumitur; vide Rot. deciſ. vlt. verſ. ſed quia, vſque ad finem, de dolo & contumac. in nou. Addit. ad Abb. vt ſupra, verſ. Fallit ſexto.

14 Nec locum habet in re graui, ſed procedit, cum tractatur de modico

dico præiudicio. Burſat. qui alios citat, in conſ. 143. num. 53. lib. 2. Seraphin. d. priuil. 4. num. 100.

15 Et ceſſat † ſemper cum de ſcientia docetur. Felyn. in d. c. 2. num. 20. Iaſ. in repet. l. admonendi, num. 304. in fine, de iureiur. Marſil. in Repet. Rubr. de probat. num. 124. & ſequent. Seraphin. d. priuileg. quarto, num. 77.

16 Limitabis † etiam non procedere in eo, quod quis ſcire, & inquirere tenetur. Roman. d. conſil. 481. num. 89. & ſequent. Iaſ. in L. ſi res obligata, num. 40. & ſeq. de leg. 1. Seraphin. ibid. nu. 115.

17 Et quia † ex temporis antiquitate ſcientia præſumitur, infertur, quod ignorantia non probatur per iuramentum ad Effectum obtinendæ reſtitutionis in integrum aduerſus quadragenariam præſcriptionem. Aymo, de antiquit. tempor. parte quarta, §. materia iſta, nume. 62.

Alias etiam limitationes ponit Felyn. in d. cap. 2. vbi videre poteris, has tantum adnotaſſe volui, quoniam paſsim in praxi inſeruire valent; latè etiam tangit Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 4. vbi ponit alias limitationes, prout in d. addition. ad Abb. etiam notantur. & vide Menoch. de arbit. quęſt. d. Caſu 186. Centur. 2. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Lapſo termino ad excipiendum contra teſtes, non admittuntur amplius exceptiones, niſi probetur eas ad notitiam nouiter perueniſſe.*

2 *Nouiter ad notitiam perueniſſe iuramento probatur.*

3 *Similiter quod iura ſint de nouo reperta.*

4 *Filium, aut ſeruum exercere mercaturam de voluntate Patris aut Domini, iuramento probatur.*

5 *Opponi nequit contra perſonam electi poſt factam electionem, niſi exceptiones de nouo ſuperuenerint.*

6 *Quid ſi præfixus fuiſſet terminus peremptorius ad probandum.*

Effectus CIIII.

1 CEnteſimusquartus ſequitur Effectus, ſi quidē † lapſo termino ad excipiendum contra teſtes, non admittuntur amplius exceptiones, niſi doceat excipiens illa nouiter
2 ad ſui notitiam deueniſſe: † Huiuſmodi autem ſuperueniens ſcientia difficilis eſt probationis; ſpeciale eſt autem, vt medio iuramento probetur, ad clarum text. in c. paſtoralis, de exception. & in cap. præſentium, de teſtib. cum alijs de quibus Marſil. in Rubr. C. de probatio. nu. 126. vide deducta infra, in Effectu 124. Alex. conſil. 118. nu. 10. lib. 2. Maſcard. de probat. Concluſ. 954. nu. 7. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 38. nu. 1. & 4.

Hinc

3 Hinc etiam ſcaturit, † quod iura eſſe de nouo reperta, ſimiliter probatur per iuramentum Alex. conſ. 118. nu.9.& 10. lib.2. Guid. Papa, deciſ. 244. in fine, & infra in Effectu 124.

4 Et ſi † ſeruus, aut filius mercaturam exerceat de patris, aut Domini voluntate, pater aut Dominus rationes edere tenetur, ſi ipſo inſcio exerceatur non eſt obnoxius: ſed huiuſmodi ſcientia quomodo ſit probanda, dicas medio Patris, aut Domini iuramento l. Pretor, verſ. ſed & ſi ſeruus, ff. de edendo.

5 Prout nemini † licet poſt electionem à ſe factam, vel ratificatam amplius contra electum opponere, niſi ex noua cauſa poſtea cognita: Noua autem huiuſmodi notitia iureiurando probatur, ad cap. nulli, de election. in 6.

6 Quando autem † pręfixus fuiſſet terminus peremptorius ad probandum, ſi eo lapſo iuretur exceptionem nouiter ad notitiam perueniſſe, an ſit credendum ſoli iuramento, latè diſcutit Abbas in d. c. Paſtoralis, nu.6.& ſequent. de exception. ad quem te remitto, vbi etiam notatur in Apoſtillis.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum perceptio, & eorum quantitas quomodo iuramento probetur.*

Effectus CV.

1 DVbitatur aliquando † an fructus alicuius fundi percepti fuerint, eoſque fuiſſe perceptos iureiurando probatur. Sed cui potius Actori, vel Reo deferendum ſit huiuſmodi iuramentum? Reſpondetur illi fore deferēdum, qui magis eſt informatus. Quod ſi vterque ſciat, honeſtiori, & legaliori, vt notat gloſ. ſuper ver. Iureiurando, in §. quæ vero nunc, verſic. Si verò pecuniæ, in Authent. de nuptijs, quam ſingularem appellat Ang. in l. ſi nauis, num.4. de rei vendicat. ſequitur Iaſ. in l. apud Iulianum, nu.5. de leg. 1.

Et nedum probatur eſſe perceptos, ſed etiam illorum quantitas; Iaſ. qui alios refert in repetit. l. admonendi, nu.311. ff. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *An valeat pactum, quod probatio fieri nequeat niſi per Inſtrumentū.*
2 *Si Statutum dicat contractum qui excedit certam ſummam, non poſſe probari niſi per Inſtrumentum, probato per teſtes iuramento, Iudex cogere poteſt partes ad ſoluendum.*

SVM-

Effectus CVI.

1 DVbium eſſe videtur, an valeat † pactum, quod probatio fieri nequeat niſi per publicum Inſtrumentum, vt ad partes arguit Fulgoſ.in conſ.208. in princ. ceſſat autem omnis difficultas vbi pactio iureiurando firmata eſſet, quoniam ob iuramenti vinculum eſt obſeruanda. Fulgoſ.ibid. Seraph.in priuil.74.num.32.

2 Idem dicendum † ſi Statutum diſponat contractum excedentem certam ſummam, probari non poſſe niſi per publicum inſtrumentum, quia probato per teſtes iuramento, quod ſoluere promiſiſti, iudex cogere te poterit ad obſeruantiam. Ad quod vide Seraphin.de priuil.iuram.priuil.34.num.1.

SVMMARIVM.

1 *Calumniæ iuramentum excuſat iurantem ab expenſis.*
2 *Magis communis opinio in contrarium.*
3 *Sed ſi prima opinio vera ſit non excuſat à temeritate.*
4 *Licet calumniæ iuramentum excludat ſiniſtram præſumptionem, attamen, iſta præſumptio tollitur ex contrariam præſumptione, quia ſuccubuit in lite, & contrariam ſententiam reportauit.*

Effectus CVII.

1 CAlumniæ † iuramentum intactis præſtitum, excuſat iurantem, ne condemnetur in expenſis, de communi Tiraquel.de pęn.temperand. Cau.51.nu.112.

2 Contrarium † tenent Iaſ. & alij per eum relati, in l.properandum, §.ſiue autem alterutra, num.11. vbi vide Alex. nu.21. teſtantem de magis communi. C.de iudici. & hanc eſſe communē ſententiam teſtantur relati per Granut.Theorem.10.num.12.verſ. At obſtare videtur, & verſ.ſeq. Menoch.de præſumpt. lib.quinto, præſumpt.25.num.4.

3 Etiam quod prior ſententia vera ſit, limitatur † vt non excuſet à temeritate. Tiraq.ibid. Seraph.vbi infra, nu.6. Anch.in loco proximè citando, num.18. Menoch.d.præſumpt.25.num.quarto, Fulg. conſ.158.col.2.verſ.ſed & conſtantius. Abb.in conſ.64.nu.3.p.2.

Vide Seraph.de priu.iuram.in priuil.13.vbi latè examinat, ideo vlterius non inſiſtam; relata tamen prius opinione Ancharani, in c.finem litibus, num.27.de dolo, & contumac. vbi poſt Paul. ab eo

rela-

4 relatum notat, † quòd licet iuramentum calumniæ excludat præſumptionem ſiniſtram, attamen hæc præſumptio ſcaturiens ex hoc iuramento, tollitur ex contraria præſumptione, quæ deſcendit ex ſententia condemnatoria contra iurantem lata.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum probatur iuramento damnum paſſi.*
2 *Hoc iuramentum, vt competit in principali articulo, ita in omnibus eius incidentibus.*
3 *Debet tamen prius conſtare damnum eſſe datum.*
4 *Eſtq; locus iuramento, ita demum ſi iudex arbitretur.*
5 *Ceſſat iuramentum vbi Reus negat iurare volentem eſſe dominum.*
6 *Et vbi pars inſtet, vt iudex accedat ad locum, & damnum liquidet.*
7 *Et vbi pars neget adeſſe damnum, aſſerens conſtare ex viſione loci.*
8 *Et regula procedit, cum dolo damnum eſt datum, ſecùs ſi ob culpam.*
9 *Nec procedit, ſi volens iurare, non eſt informatus.*
10 *Nec habet locum in damno facto de nocte.*
11 *Nec procedit in iudicio ordinario, ſed in ſummario tantum.*
12 *Nec vbi iuris præſumptio eſt contra Actorem.*
13 *Nec vbi mulier iurare vellet.*
14 *Nec vbi alius quam damnificator teneretur ad emendationem damni, vt puta Vniuerſitas pro damno dato in Territorio ſuo.*
15 *Nec vbi agatur coram iudice incompetenti.*
16 *Nec coram iudice ſuſpecto.*
17 *Quid ſi denunciatio damni non Latino, ſed vulgari idiomate ſcripta ſit.*
18 *Admittitur Reus poſt Actoris iuramentum ad contrarium probandum.*
19 *Iudex antequam iuretur, taxare poteſt quantitatem, & an ſit neceſſaria citatio partis, ibid.*
20 *Quid vbi agatur de magna quantitate?*
21 *Iudex ex iuſta cauſa poteſt non deferre huiuſmodi iuramentum.*
22 *An procedant præmiſſa in furto?*
23 *Conſtare prius legitimè debet furtum eſſe commiſſum.*
24 *Stante Statuto, vt Villa damnum datum emendare teneatur, niſi dederit malefactorem, procedit, ſi ſciat quis ille ſit.*
25 *Nec procedit Regula vbi paſſus damnum fuit aliàs periurus.*
26 *Vbi Reus petat, tenetur Actor exprimere diem dati damni.*
27 *Non habet locum Statutum in fauorem forenſis.*
28 *Aliud ad fauorem forenſis.*
29 *An iudex poſſit augere vel minuere quantitatem poſt taxationem, & iuramentum.*

Effectus

Effectus CVIII.

1 DAmnum † datum probatur iuramento damnum paſsi. Catellian.in ſuis Memoriali. Super ver.damnum datũ, cum alijs infra citandis; Cæterum, cum hæc materia ſit admodum frequens in foro, & præſertim Capitolino, coram Conſulibus Agriculturæ, vt paſsim extent Statutu per Italiam, quod de damno dato ſtetur iuramento damnum paſsi, nonnulla referre placuit ſcitu digna, & legentibus non iniucunda.

2 Et priori loco notandum eſt, † quod ſicuti in ipſo principali articulo locus eſt iuramento ad probandum damnum, ita, & in omnibus articulis incidentibus damnum datum reſpicientib. Gyg. de penſionib.quæſt.71.num.2. Iaſ.in l.2.nu.6. C.de edic. di.Adr.Plot. in l.ſi quando,nu.151.C. vnde vi.Paul.in l.cum his,nu.5.ff.de tranſacti.Crot.conſ.83.nu.25.lib.1.

3 Habetque † locum huiuſmodi Statutum,ſi in primis,& ante omnia legitimè doceatur damnum eſſe datum,ad Bar.in l.Diuus Traianus,num.2.ff.de militari teſtam.Marſil.in pract. Crimin. §.princ. num.6.& in ſing.338.

4 Attamen aduertendum eſt † ita demum iuramento locum fore, ſi Iudex arbitretur eſſe deferendum, & ceſſaré vbi damnum paſſus ſponte iuret abſque Iudicis delatione. Aymo, conſil.196.nume.2. Plot.in l.ſi quando,num.826.in 28.Limitat.Bald.in l.qui accuſare, num.2.C.de eden. Poteſt enim iudex ſe informare de qualitate iurare volentis,& ex cauſa ad iurandum non admittere. Plot.in d.l.ſi quando,num.806.in 8.Limitat.principali,& nu.816.& 868.Poteſt etiam ex cauſa non credere iuramento,Catellian.ſuper d.ver.Damnum,vtpote,ſi eſſet immoderatum,vel inueriſimile; Plot. ibid. nu. 807.Nam in magna ſumma ſtandum non eſſet. Plot. ibi.num.767. verſ.Sed ſaluando.Bald.in l.qui accuſare,nu.3. C.de eden.

Limita nunc ante dictam Concluſionem,& Statutum, vt in ſe-
5 quentibus caſibus non procedat; Et primo † quando Reus conuentus negat iurare volentem eſſe talem, qualem ſe facit, vt puta, quod non ſit Dominus,nec poſſeſſor rei damnificatæ; quoniam in primis eſt legitimè id docendum,& legitimanda perſona Actoris. Plot.ibid.num.827.in 29.Limitat.Marſil.autem in Rubr.C.de probation. num.148. tenet hoc caſu dominium iuramento probari,& alios citat;ad quod faciunt deducta ſupra,nu.2.

6 Nec etiam procedit,ſi † pars conuenta petat,vt Iudex accedat ad locum,qui dicitur damnificatus,& ipſe damna liquidet, vel peritos eligat ad ęſtimandum, Plot.ibid.num.777. & num.808. Catellian. ſuper verbo,Damnum datum.

Et

7 Et quod † notandum eſt in practica, nec procedit vbi Reus excipiat falſum eſſe, quod aliquod damnum factum fuerit, petatque viſionem loci, aſſerens, ex rei euidentia palam fieri, quod nullum datum eſt damnum, ad Catellian. ſuper d. ver. damnum. Cur. iun. in l. admonendi, num. 32. de iureiur. Iaſ. in l. videamus, §. deferre, num. 11. eod. ti. Marſil. in Rubr. C. de probation. num. 140. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 51. nu. 70. Viu. Opin. 788. nu. 2.

8 Et procedit † huiuſmodi Statutum, ſi dolo illatum eſt damnum, ſecùs ſi ob culpam. Plot. ibid. num. 813. 824. verſ. & idem corruit. & num. 860. in 54. Limit. Vide ad hæc notata ſuprà, par. 2. art. 8. verſi. damna igitur, & verſ. ſequenti, nu. 15.

9 Et locum † ſibi non vendicat, ſi iurare volens, non eſt informatus. Plot. ibid. num. 829. Vide notata ſuprà, in proximè citato art. 8. verſ. parique iure, num. 21. Tiraquel de præſcript. §. 2. glo. vnica, in princ. col. 2. qualis eſt hæres. Tiraq. de retractu lignag. §. 2. gl. 2. nu. 6.

10 Intelligaſque † præmiſſa procedere in damno facto de die, & ſecùs ſi tempore noctis. Plot. in d. l. ſi quando, num. 840. in 40. Limit. Barbat. in conſ. 17. nu. 9. lib. 2.

11 Rurſus declara, vt † locum habeant in iudicijs ſummarijs, & ſecùs ſi ordinariè agatur. Plot. ibid. nu. 855. in 42. Limitatione.

12 Nec erit † locus iuramento, vbicumque iuris præſumptio eſt cõtra Actorem iurare volentem. Plot. ibid. nu. 856. in 52. Limitatio. vide ſuprà notata, par. 2. art. 6. in 2. Limitat. nu. 17.

13 Rurſus † ceſſat vbi mulier iurare vellet, Plot. ibid. nu. 862. in 56. Limitatione.

14 Nec † locus erit huiuſmodi iuramento, ſi alius, quam damnificator teneatur ad emendationem damni. Vt puta ſi extet Statutum, quod Villa, aut Vniuerſitas teneatur ad reſarcienda damna commiſſa in ſuo territorio. Tunc enim damnum erit legitimè probandum. Marſil. d. ſing. 338. Vide Iaſ. in l. ſi quando, nu. 37. C. de Vnde vi, nu. ſeq. vbi de communi, & nu. 43.

Contrarium voluit Berous conſ. 214. lib. 3. vbi vide, & notata ſuprà in par. 2. art. 8. nu. 31.

15 Et nec † Statuto locus erit, ſi agatur coram Iudice incompetenti. Aymo, conſ. 196. nu. 3. Plot. in d. l. ſi quando, nu. 846.

16 Vel † ſi Iudex ſit competens, & ſuſpectus allegetur. Plot. ibi. nu. 867. in 60. Limitatione.

17 Et ſi † vera eſt notabilis eſt Limitatio, de qua Plot. ibid. nu. 853. in 58. Limitat. vt Statuto locus non ſit, ſi damni denunciatio, & eius emendatio non Latino, ſed vulgari idiomate poſtulata ſit.

18 Notabis tamen † in caſibus, in quibus iuramento eſt locus, & Actor iam iurauit ſuper quantitate damni, quod admittitur Reus ad contrarium probandum. Rimin. iun. conſil. 388. num. 65. & ſeq.

libro

libro quarto, Viui. Opin.786.nu.2. Tiraquel. de retractu lignag. §. quarto, glo. prima, in principio, vbi latè materiam exornat, & vide ſuprà, in Effectu 44.nu.16. Marſil. in l.1.§. ſi ſerui. nu.2. ff. de quæſt. & in Rubr. C. de probat. nu.137.& ſeq. & in Singul.357. Catellian. ſuper d. verſ. Dammum. Plot. in d. l. ſi quando, num.776. C. vnd. vi, vbi Iaſ. num.27.

19 Tandem † notabis poſſe Iudicem antequam iuramentum deferat, taxare quantitatem intra quam ſit iurandum. Decius in l. in actionibus, num.8. de in lit. iuran. Iaſ. in l. videamus, §. deferre, num. 11. ff. de in lit. iuran. Immo, neceſſe eſt vt taxatio præcedat, nec ſufficit ſi ſubſequatur. Iaſ. in l. ſi quando, nu.20. C. Vnde vi, & nu.22. Et an neceſſaria ſit partis citatio, vide ibid. nu.23.

20 Præmiſsis † tamen valde aduerſatur deciſ. Caputaqu.183. par. 1. vbi Rota tenet damna, & interreſſe fore aliter liquidanda, & iuramento non probari; ſed id eſſe potuit, quia agebatur forte de ma-
21 gna Summa, & Iudex, vt ſuprà diximus, nu. quarto, poteſt † ex cauſa iuramentum non deferre; & iuſta cauſa eſt, ſi de magna Summa agatur, vt ibi retulimus: Regulariter enim huiuſmodi damna iuramento probantur. Berous conſ.214.nu.7.lib.3. Seraphin. dicit contrarium, de priuil. iuram. priuileg.17.nu.13.

22 Vltimò quæro, an † hoc Statutum habeat locum in furto. Vide pro affirmatiua Alex. in conſ.103. nu. quarto, lib.1. Beroum conſ. 213.& 214.lib.3. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg.31.nu.64. Viu.
23 Opin.788. Vide infrà, in Effectu 204.& † declara id eſſe verum, probato tamen prius legitimè furto. Alex. in leg.2. num. quarto, de damn. infecto, & faciunt notata ſupra, nu.3. faciunt in contrarium deducta per Grat. in conſ.154.lib.2.& per Marſil. in practi. crimina. §. poſtquam, nu. quarto, vide Iaſ. in l. ſi quando, nu.47. C. vnde vi.

Alia quamplura in materia recenſet Plotus ſuprà citatus, quæ ibi videre poteris, & præmiſſa tantum recenſere libuit magis occurrentia, & ad praxim conducentia, ad lectorum vtilitatem.

24 Vnum † eſt addendum, quod ſtante Statuto, vt Villa emendare teneatur damnum datum, niſi dederit malefactorem, vt procedat, ſi Villa ſciuerit damnificantem, & ſecùs ſi ignorauerit; de quo tamen videre poteris deducta per Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. quarto, num.138.

25 Et quod ceſſat huiuſmodi Statutum, vbi † damnum paſſus, fuerit aliàs periurus, quoniam amittit tale priuilegium. Seraphin. priuileg.18.num.11.

26 Non tamen † eſt prætermittendum, quod ſi Reus accuſatus petat exprimi diem dati damni, quia vult contrarium probare, quod denuncians tenetur diem exprimere. Viui. Opin.788.nu.3.

27 Et quod tale † Statutum non habet locum in fauorem forenſis,

ſis,etiam ſi in loco recepti damni ſolueret onera; Viuius Opi.786.
28 Et pulchrum caſum † ad eiuſdem Forenſis fauorem vide ſuprà in 2. parte,art.6.num.94. In quo damnum datum iuramento probari nequit.
29 An † autem Iudex condemnare debeat iuxta taxationem iuratam, vel augere, aut minuere poſsit, vide Iaſ. in l. ſi quando, nume. 26. C. Vnde vi, & nume. 32.

SVMMARIVM.

1 *Vbi conſtat de credito, & non de quantitate, illa iuramento probatur.*
2 *Sunt, qui volunt id eſſe verum, ſi aliæ coniecturæ concurrant.*
3 *Requiritur tamen dolus partis.*
4 *Iudex tamen quantitatem refrenare poteſt.*
5 *An hoc procedat in magna quantitate.*

Effectus CIX.

1 DOcuit † Lucas mutuaſſe Matthæo quaſdam pecunias. Teſtes autem id deponentes, quantitatem ignorant, quantitas in hoc caſu probari poterit iuraměto,ad Bar. in l.admonendi,num.40. vbi Iaſ.in repetit. num.202.ff. de iureiur.& ibi etiam Purpura.num.263.& duobus ſequent. Peruſi.deciſ.106.num.2.par.2.Rebuff.in repetit. l.vni. gloſ. 1. nu.107. C.de ſentent.quæ pro eo quod inter. Marſil.Sing.322.& 689. Decius conſi.536.num.12.& in leg.certi condictio, §. quoniam,nu.7. ff.ſi cert. petat. & in cap.1. num.33. verſ. tertio accedit. de probat. Grat.conſi.66.num.8.lib.1.Pedem.deciſ.96.num.3. Cephal.conſil. 589.num.2.libro quarto, Ianuenſ. deciſ.141.nu.3. & deciſ.119. nu. quarto,& deciſ.208.nu.2.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.36.
2 Sunt qui velint eſſe ſtandum iuramento, † ſi tamen aliæ coniecturæ concurrant.Bar.in d.l.admonendi,num.40.Natta,conſ.460. num.8.lib.2.Marſil.Sing.322.& 689. Aymo,conſil.198.num.9.Seraphin.d.priuil. 36.num.3.
3 Cæterum aduertendum cenſeo, quod † ita demum hæc Concluſio procedit, ſi dolus partis intercedat, vtpotè quia mutuum negauit, aliàs ceſſante dolo, non credimus eſſe locum iuramento, vt placuit Ripæ, in d.l.admonendi,nu.188.in fine;& ſequitur Rota,vt in prima par.diuerſo.deciſ.746.num.3. & quarto, Aymo, de antiq.tempo.§.vidimus,num.15.verſic.ſecundo reſp. Corne.conſi. 318.col.fina.verſ.ſed imminebit, libro quarto, Menoch.conſil.81. nu.19.& 20.lib.1. Decius l.1.nu.131. de in lit. iurand. Et videas in

hac materia,deciſ.597.in 3.par.diuerſo.vbi Rota non ita facilè huiuſmodi iuramentum admittit.

4 Poteſt † attamen iudex huiuſmodi iuramentum quoad quantitatem refrænare,vt inquit Marſil.Sing.322.& 689.Peruſ. dicta deciſ.100.num.3.

Vide in materia, quæ latè deducta ſunt ſuprà, de iuramento in litem veritatis,artic.8.verſ.item mutuaſti, cum plur.ſequen.par.ſecunda, num.1.

5 An † autem hoc procedat in magna quantitate, eſt dubiũ, niſi aliquæ coniecturæ concurrant.Seraph.d.priuil.36.nu.2.& 4.

SVMMARIVM.

1 *Vnius iuramentum alteri non nocet, neque prodeſt.*
2 *Quid in duobus Reis credendi?*
3 *Intellige quando iuramentum delatum eſt à iudice.*
4 *An tale iuramentum principalis proſit fideiuſſori?*
5 *An fideiuſſoris iuramentum proſit principali.*
6 *Si quid faciat ad fauorem Tertij, erit tantum præſumptio.*
7 *Quid ſi vendita vinea aſſeratur in inſtrumento proprietatem ſpectare ad eccleſiam, cuius eſt reſeruatus conſenſus, an ex hoc proprietas eccleſiæ probetur.*

Effectus CX.

1 QVæritur, † quando iuramentum vnius proſit,aut noceat alteri? Conſtitue Regulam negatiuam, vt res inter alios acta alijs non proſit, neque noceat,Ripa in l.2. nume.14.ff.ſol.matrim.Rimin.conſil.425. num.17. lib.3. Gram.conſ.Ciu.55.num.7.Tiraq.in præfat. l.ſi vnquam, C.de reuoc.donat.Decian.conſi.12.nu.142.lib.2.& conſi.35.nu.28.lib.3. Menoch.conſ.40.nu.12.& ſeq.lib.1.

2 Quod ſi ſumus † in duobus Reis credendi, & alter ex eis detulerit parti iuramentum,tunc nocet Correo.l.duobus Reis, ff.de iureiur. Bar.in l.ex duobus,nu.21.ff.de duob.reis.Iaſ.in l.duob.Reis, nu.2.de iureiur.Seraph. priuil.151.Caroc.de iuramen.deciſi.in 15. quæſt.princ.& ſi alter ex Reis debendi,ſe nõ debere iurauerit, prodeſt etiam Correo,d.l.duobus,§.ex duobus.

3 Intellige tamen,† quando huiuſmodi iuramentum fuit à iudice delatum, & ſecus eſſe in ſponte præſtito iureiurando, vt habes in deciſ.Ianuenſi 176.num.13.

Nonnulla alia recenſet Carocius de iuram. deciſiuo, in 1.q.14. quæſt.princ. ibi vide.

4 Quid † ſi Reo principali delatum ſit iuſiurandum,& ſe non debere iurauerit, an proſit etiã fideiuſſori ? & prodeſſe dicitur in eadem l.duobus Reis,§.quod ſi Reus. Quid è conuerſo ? an iuramẽ-
5 tum fideiuſſoris proſit principali? & diſtinguas; ſi quidem ſuper ipſo contractu, & ipſa eadem re iuratum eſt, vtique prodeſt, ſecus ſi controuerſia reſpiciat perſonam fideiuſſoris,d.§.quod ſi Reus. verſic.item à fideiuſſore,& verſ.ſequenti,vbi tex.declarat, quando iuratum ſit ſuper contractu,vel ſuper intereſſe fideiuſſoris. Bart.in l. ex duobus,num.19.ff.de duob.Reis. vide Caroc. de iuram. deciſi. in 2.q.14.quæſtio.principalis,& etiam in quæſtio.ſeq.

6 Et ſi quid in fauorem tertij iuramentum alterius operaretur, faceret tantum præſumptionẽ. vide Decian.in conſi.2.nu.142.lib.2. Caroc.d.q.15. nu.2. & ſeq.

7 Quid † ſi mihi vendas talem vineam, ſaluo iure Epiſcopatus,cuius eſt proprietas,à quo petere debeam inueſtituram, ſi illam non petij, & Epiſcopus prætendat deuolutionem , & ego negem proprietatem, an Epiſcopus eam probet ex mea huiuſmodi aſſertione iurata ; & pro negatiua poſt alios concludit Decian. in conſil.35. num.28.lib.3.Rimin.ſen.conſil.93.nu.26.lib.1. Aymo, conſ.157. num.7.Purpurat.conſi.6.nume.24.vbi de communi, lib.1.licet hi vltimi non loquantur in aſſertione iurata, ſed intrat cõcluſio, quoniam iuramentũ iuxta hunc effectũ nec nocet, nec prodeſt tertio. Faciunt notata ſupra in Effectu 59.

SVMMARIVM.

1 *Quod ſua interſit, iuramento probetur.*

Effectus CXI.

1 VVlt aliquis † exequutionem impedire, velut tertius pro ſuo intereſſe, vel aliter pro ſuo intereſſe audiri, paſsim admittitur, vt ſufficiat de huiuſmodi intereſſe ſummarie docere, ſufficitq; ſemiplena probatio, vt ex infraſcr. Quæritur an ſufficiat iuramentum, & pro negatiua concludit Barto.in l.à Diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,num.primo, ff.de re iudic. Maranta in pract. in 9.diſtinct. iudic. num.62. Achil.Perſonal.de adipiſc. poſſeſs. num.66.

SVMMARIVM.

1 *Notarij ſuſpitio an iuramento probetur.*

Effectus

Effectus CXII.

1 ALter ex † collitigantibus habet ſuſpectum notarium, & contendit de alio prouideri; pars replicat nullam adeſſe legitimam ſuſpitionis cauſam; dubitatur, an talis Notarij ſuſpitio iureiurando probetur, vel aliæ requirantur probationes? & ſufficere iuramentum habes per Caputaq. deciſ.64. nu.4.par.3. Cagn.in l.ſi librarius, nu.50.ff.de reg.iur.gl. ad Conſtit. Marchiæ, lib.2.c.13. ſuper ver. Notarij. verſ.Notarius cauſarum.

SVMMARIVM.

1 *Quid operetur iuramentum præſtitum in die feſto?*

Effectus CXIII.

1 QVæritur † cuius ſit effectus iuramentum præſtitum in die feſto? & an de iure teneat? variæ ſunt Scribentium opiniones. vide ſupra, in par. ſecunda, articu. 17. in 3. quæſtio. vbi latè ad materiam.

SVMMARIVM.

1 *Vbi adſit ſpolium cum violentia, amiſſæ rei valor iuramento probatur.*
2 *Duplexque datur iuramentum, ſcilicet, ſuper quantitate, & numero, & ſuper valore.*

Effectus CXIIII.

1 PRobato † ſpolio cum violentia valor rei amiſſæ probatur iureiurando, ad cap.fin. de his quæ vi metusve cau. fi. Faciunt notata ſupra, in Effectu 108.& in par.2.artic.8.de iura.in lit.veritat.vbi plura congeruntur ad propoſitum. Marſil.in Rubr.C.de probation.nu.134.Grat.conſi.95.num.7.lib.2.
2 Et in † his terminis duplex datur iuramentum. Alterum ſuper quantitate, & numero rerum amiſſarum; alterum ſuper illarum valore. Caputaq.deciſ.121.par.2.

SVMMARIVM.

1 *Vbi mulier, aut minor medio iuramento renunciant iuribus ſuis, ac quibuſcunque beneficijs, an valeat, ſi non fuerint certiorati?*

Effectus CXV.

1 MVlier, † aut minor contrahendo renunciat iuribus ſuis, ac quibuſcunque legibus ad ſui fauorem introductis, & medio iuraméto promittit obſeruare promiſſa; quęritur, an iuſiurandum operetur, niſi mulier, aut minor fuerit certiorata de illius iuribus, & effectu; vide in primo Effectu quæſt. 13. verſ. opportunè autem.

SVMMARIVM.

1 *Si quis nunquam fideiubere, vel alienare iurauerit, poſtea alienat, & medio iuramento non contrauenire promittit? quid iuris?*

Effectus CXVI.

1 IVrauit † aliquis nunquam fideiubere, vel non alienare, & ſimilia: poſtea fideiubet, aut alienat, & medio iuramento promittit non contrauenire; quæritur, an primum, vel ſecũdum iuramentum ſit obſeruandum? vide ſup. in primo Effectu, q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Fugæ iuſta cauſa iureiurando probatur per debitorem.*

Effectus CXVII.

1 LAtè actum eſt ſupra in ſexto Effectu; † an iuramento creditoris probetur ſuſpitio fugæ: quæritur nunc è conuerſo; an iuramento debitoris ſit ſtandum ſuper iuſta cauſa ſuæ fugæ? Et pro affirmatiua tenent relati per Boer. in deciſ. 215. num. 26. cum alijs de quibus Viu. opin. 343. num. 13. Quibus alludunt notata ſupra in 68. Effectu, & multo magis conſonant, quæ omninò videas relata ſupra in Effectu 44. ex quibus huiuſmodi concluſionem declarare, & limitare poteris, & vide relata in Effectu 102. qui Effectus ferè eſt idem cum præſenti.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum temerarium an liget?*
2 *Quod dicatur iuramentum temerarium? & num. 3.*

Effectus CXVIII.

1 QVæritur † an liget temerarium iuramentum, habes text. in cap. Innocens, 22. quæſt. quarta, in verſ. Iudicium quoque, vbi dicitur; iuramentum quamuis temerarium, nō fore violandum.

2 Dicitur † autem iuramentum temerarium, cum nulla cogente neceſsitate iuratur, ad gloſ. notabilem, in c. Florentinum, ſuper ver. Sanctis, 85. diſtinctio. quam ſingularem appellat Cardin. Zabarel. in conſ. 35. nu. 1. in principio.

3 Strictius † autem dicitur iuramentum temerarium, quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari nequit; vt declarat ibidem Cardinal. in verſic. Sed etiam eſt; & tunc tale iuramentum non eſt ſeruandum, vt habes ibidem, & oſtenditur ex propria iuriſiurandi natura, quæ eſt, vt ſit ſemper obſeruandum, dummodò non vergat in diſpendium ſalutis æternæ, vt deductum eſt ſuprà in primo Effectu.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus contra iuramentum de eo non faciendo regulariter eſt nullus.*

Effectus CXIX.

1 ACtus factus † contra iuramentum de eo non faciendo, regulariter eſt nullus, & contraueniens eſt periurus. Regula iſta patitur plures declarationes, & Limitationes, de quibus latè Gabriel. de iureiur. Concluſ. 1. Vide deducta ſupra in primo Effectu, quæſt. 8. vbi latè tractata eſt materia, & vide etiam ſuprà, in Effectu 22. vbi etiam plura deducta ſunt ad propoſitum. Boerius autem in deciſ. 204. nu. 17. conſtituit Regulam in contrarium, vt regulariter actus teneat, licet contraueniens ſit periurus; Diſſoluitur ex ſuprà citatis, & vide Tiraquel. de retractu conuention. ad finem tituli, nu. 49.

SVMMARIVM.

1 *Amiſsio inſtrumenti vel alterius rei an iuramento probetur. Negatiua regulariter tenetur.*

2 *Cepolla contrarium tenet.*

3 *Sed id non probatur, niſi aliqua coniectura, aut præſumptio concurrat.*

4 *Notarius amiſsionem protocolli, aut originalis non probat iuramento, ſed alio medio probare eam tenetur.*

5 *Amiſſa res quando eſt cauſa petitionis, tunc ipſa amiſsio manifeſtis probationibus venit probanda.*

6 *Inſtrumenti editio petita Iudicis officio, non competente actione, ſufficit allegatio amiſsionis, & iuramento probatur.*

7 *Inſtrumentorum amiſsio ſi iuramento venit probanda, prius debet iurans eſſe informatus.*

Effectus CXX.

1 INſtrumenti, † vel alterius rei amiſsio an iuramento probetur; Et ſi concurrant aliquæ coniecturæ, probari placuit Innoc. Ioan. Andr. & Abb. relatis per Afflict. in deciſ. 274. in finalib. verbis, & deciſ. 230. nu. 2. & 3. Seraphin. in priuileg. 77. de priuileg. iurament.

Regulariter autem iureiurando amiſsio non probatur. Plot. in Repet. l. ſi quando, nume. 488. C. vnde vi, vbi de communi. Rimin. iun. conſi. 268. nu. 32. & ſeq. lib. 3. Corn. conſi. 318. col. 2. verſi. tamen his, libro quarto, Bero. conſi. 19. nu. 19. lib. 3. Alex. conſ. 58. num. 5. lib. 1. Iaſ. in l. prætor ait, num. 16. de eden. Grammat. conſil.

2 ciuili 12. num. quarto. Quamuis † Cepoll. in Cautela 148. dicat regulariter iuramento probare in, per l. fin. C. de fide inſtrumen. & ſequitur Guid. Pap. deciſ. 244. & Marſil. in Rubr. C. de probation. num. 127. & Felyn. in c. ſicut, num. 9. verſ. tamen hoc non procedit, de re iudica.

3 Quod † minus eſt verum, niſi aliqua coniectura, aut præſumptio concurrat, ex ſuprà citatis. Licet Cepoll. Cautela 148. contrarium dicat.

Minus obſtat d. l. final. in verſiculo, ſin autem dicat; quoniam ea lex reſtringitur, & limitatur, vt procedat in eo, qui habet præſumptionem pro ſe ſuper amiſsione, vt declarat Afflict. d. deciſ. 330. nume. 2. Et procedit, quando editio Inſtrumenti peteretur à parte, ad effectum impugnandi de falſitate. Berous d. conſ. 19. nu. 21. lib. 3.

4 Hinc eſt, quod ſi † Notarius aſſerat ſe amiſiſſe originale, tenetur id aliàs probare, nec creditur eius iuramento. Fed. de Senis, conſil. 113. nu. 2. Felyn. in c. accepimus, nu. 16. de fide inſtrum.

5 Aduertas † autem, quod quando res amiſſa eſt cauſa petitionis, tunc amiſsio manifeſtis probationibus eſt probanda, ad Grammat. conſil. ciuili, 12. num. quarto, in fine, declarat Iaſ. in l. Prætor ait, §. Prætor ait, nu. 16. & ſeq. ff. de eden. Berous d. conſ. 19. num. 20. Seraphin. d. priuileg. 37. nu. 2. & 9.

6 Vbi † autem inſtrumenti editio peteretur ex officio Iudicis, & actio non competeret, tunc ſatis eſſet allegare amiſsionem, eamque medio iuramento probare. Bero. d. conſil. 19. nume. 5. & 18. Alex.

conſi.58.nu.6.lib.1.Marſil.in d.Rubr.C.de probat.nu.129. Valaſc. de iure emphyt.quæſt.8.nu.15. Decian.conſ.43.nu.45.lib.quarto.

7 Vlteriùs etiam eſt aduertendum, quod † quando locus eſt iuramento, procedit ſi iurans eſt informatus, Aymo, conſil.117.nu.17. vide ſuprà, par.ſecunda, articulo 6. num.57.

SVMMARIVM.

1 *Amiſsione Inſtrumenti probata, tenor iuramento probatur, idque ſecundum Felinum quando agitur contra ſurripientem.*

Quamuis etiam probetur per teſtes de eius continentia informatos.

2 *Verum eſt in Inſtrumento originali.*

Effectus CXXI.

1 AMiſsione Inſtrumenti probata, tunc eius tenor iureiurando probatur. Aymo, conſi.157.num.17. Afflict.deciſ.13.num.10. declarat Felyn. qui videatur, in c. ſicut, num.7. de re iudic. vbi inquit id procedere, quando agitur contra ſurripientem. Marſil. in Rubrica, C.de probationi.nu. 135. Seraphin.de priuil.iuram.in priuil.37.nu.3.

Probari etiam poteſt per Teſtes de eius tenore, & continentia informatos, vide Decium, conſ.82. nu.2.& 3. & conſ.215. num.1. Latè Marſil.in d.Rub.C.de probationib.num.333.& pluribus ſeq. Afflic.deciſ.302.num.3.& ſeq.Felin.in c.ſicut de re iudic.

2 Et declara † id procedere in Inſtrumento originali, ex quo, ſi non eſt originale, haberi poteſt aliud exemplum, ex notatis per Seraphin.ibid.num.9.

SVMMARIVM.

1 *Saccomanno probato, res amiſsæ damnum paſſi iuramento probantur.*

2 *Probato furto, res amiſſæ iuramento probantur.*

3 *Sed requiritur probari, vt res illæ eſſent in loco commiſſi furti.*

4 *Pars admittitur ad probandum contrarium.*

Effectus CXXII.

1 PRobato † Saccomanno res amiſſæ probantur iuramento damnum paſsi, vt poſt Ang.ab eo relatum, firmat Afflict. deciſ.13.num.10.

2 Veluti † probato furto, non requiritur explicitè probatio rerum amiſſarũ, ſed illæ iuramẽto probantur. Boſſ.de furt.nu.2.

3 Opus † eſt autem, vt probetur, vt res illæ, quæ ſubtractæ aſſeruntur, extarent in loco commiſsi furti. Marſil. in conſil.8. nume.5. par.prima, Grammat.in conſil. Crimin.14. num.ſecundo, Roland. conſil.51. nume.18. lib.1. Foller. in pract. ſuper ver. capiat informationem, num.8.

4 Aduertendum eſt autem, † quod licet ſtetur iuramento ex ſupradictis, id tamen intelligitur, niſi pars aduerſa docuerit aliter de veritate, quoniam tunc omiſſo iuramento, ſtabitur veritati. Marſi. in Rubr. C.de probation. nu.137.& ſeq. quod nota etiam pro effectibus, qui ſubſequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor aſſerens ſe pignus amiſiſſe, id aliter, quam iuramento ſuo probare debet.*

2 *Pignoris valor debitoris iureiurando probatur.*

Effectus CXXIII.

1 CReditor † nō reſtituens pignus ſuo debitori offerēti eius creditum ſatisfacere, etiam ſi aſſerat illud perdidiſſe, non probat amiſsionem proprio iuramento, ſed aliter illam probare tenetur. Plot.in Repet.l.ſi quando, nu.488. C.vn
2 de vi, & faciunt deducta ſupra in Effectu 120. Quæro † an valor pignoris probetur iureiurando pignorantis? & pro affirmatiua concludit Plot. vbi ſupra. Alludit Salic.in l.fin.num.6. verſ.ſexto quod de damnis, C.de iure domi. impetr.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta fuiſſe de nouo reperta iuramentum probat.*

2 *Sed ſolum iuramentum non ſufficeret ſi qua adeſſet contraria coniectura.*

Effectus CXXIIII.

1 QVando inſtrumenta de nouo † reperta ſunt, plures reſultant Effectus.

Quæro an ad probandam huiuſmodi qualitatem nouæ reperitionis ſufficiat proprium iuramentum? Et Guid.Pap. poſt Bart. quem refert, tenet affirmatiuè in Deciſ.244. in fi. Alex.conſ.118.num.10.lib.2. Quod probat clarus text.in c.Paſtora-

ſtoralis,in fi.de except.cum alijs de quibus ſup. in Effectu 104. vbi videas.Seraph.de priuil.iuram.priu.38.

2 Solum † autem iuramentum nòn ſufficeret, ſi qua adeſſet contraria coniectura. Menoch.de arbitr.quæſtio.lib.2. Centur.3. Caſu 241.nume.6.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati abſentia præbet iuſtam cauſam concedendæ dilationis.*
2 *Huiuſmodi abſentia allegantis iuramento probatur.*

Effectus CXXV.

1 ADuocati † abſentia iuſtam cauſam præbet concedendæ dilationis, ſi breui ſit reuerſurus. Rimin. conſ.66. nu.4. lib.1. Dec.in l.1.nu.3.C.de repud.bono.poſſeſ.

2 Huiuſmodi † autem abſentia partis eam allegantis iureiurando probatur.Federic.de Senis,conſi.114.nu.1.cum alijs de quibus Marſil.in Rubr.C.de probation.nu.131.

SVMMARIVM.

1 *Infirmitas excuſat à comparendo, & facit ceſſare citati contumaciam.*
2 *Habetque alia priuilegia.*
3 *Infirmitas probatur iuramento allegantis.*
4 *Regulariter iuramentum probat impedimentum.*

Effectus CXXVI.

1 INfirmitas † excuſat à comparendo,facitq; nè citatus comparere deſinens contumax dici poſsit,ad l.quæſitum,ff.de re iudic. ad c.tenor,vbi gl.dat concordantes. extra eod.ti. Abb.in cap. querelam ſecundo de procurat. Rol.conſ.39.nu.26. lib.1.

2 Habetque † alia priuilegia, de quibus latè Sarnen. in regula de infir. reſignand. quæſtio. 9. verſic. ergo hoc primum, cum multis ſequent.

3 Huiuſmodi † infirmitas iureiurando probatur, vt authoritate Specul.ab eo relati firmat Marſil.in d.Rubr. C.de probat. nu.132. Decian.conſ.14.num.32.lib.3.

Vide deducta ſupra in 55. Effectu, vbi habes pro Regula quod
4 impedimentum † iureiurando probatur, & ibi ponuntur aliquæ Limitationes.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tenor ſcripturæ lacceratæ contra lacerantem iuramento probatur.*
2 *Datur etiam contra lacerantem iuramentum in litem.*

Effectus CXXVII.

ADuerſarius ad cuius manus peruenit ſcriptura aliqua, cõcernens meum intereſſe, illam de facto lacerauit, ne amplius haberi poſſit; an † eius tenor probari valeat meo iuramento, ita vt de contentis in ea mihi ſit adhibenda fides, & Bald. Salic. & alij relati per Marſil. in Rub. C. de probation. nu. 135. verſ. & ſcias quod idem concludunt pro affirmatiua, ibi vide, & Felyn. in c. accepimus, nu. 12. de fide inſtrum. & faciunt notata ſupra, par. 2. art. 8. verſ. vel fortè obligatus. Seraph. de priuil. iuram. priuileg. 37. num. 3. Hic effectus reincidit cum notatis infra, in Effectu 135.

2 Et vlterius † contra lacerantem datur iuramentum in litem pro damnis, & intereſſe ad Pariſ. in conſil. 134. nume. 9. lib. quarto, cum alijs deductis per Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 31. nume. 116.

SVMMARIVM.

1 *Probat hoſpes iuramento interpoſito contra hoſpitem bona contenta in valiſia ſi is eam reddit diſſigillatam.*

Effectus CXXVIII.

1 VAliſiam ſigillatam hoſpiti conſignaſti; is reddit † apertam; tuque aſſeris multa deeſſe, & bona quæ deficiunt, & illorum valor Domini iuramento probantur; vt deductum eſt ſupra, dum egimus de iuramento in litem veritatis, in art. 8. lib. 2. in verſ. pone exemplum, ibi videas, ne ſępius eadem repetamus.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, qui ad proſequendam appellationem iter arripuit, ſi Apoſtolos in itinere amiſerit, amiſsionem probat proprio iuramento.*
2 *Fallit vbi adſit negligentia.*

Effectus CXXIX.

1 APpellans pro † eius appellatione proſequenda iter arripuit verſus Curiam, & in itinere Apoſtolos amiſit, an huiuſmodi amiſsionem proprio iuramento probare valeat? & pro affirmatiua vide Marſil. in Repetit. Rubr. C. de probat. nume. 147.

2 His † obſtare videntur notata ſupra in ſecunda parte, in 6. artic. num. 81. Limit. 39. ſed in eo caſu conſtat de negligentia appellantis, quæ ceſſat in iſto, in quo potius liquet de diligentia per itineris arreptionem.

SVMMARIVM.

1 *Graſciam pro vſu proprio extractam iuramento probatur.*

Effectus CXXX.

1 EXtrahenti † graſciam à territorio, certa pœna infligitur à Statuto, præterquam ſi extrahat pro vſu proprio: nam eo caſu non eſt ſoluenda, ad l. vniuerſi, C. de vectigal. & commiſ. Iaſ. in l. cætera, §. ſed & ſi quis, nu. 7. & 9. de leg. primo. Tarquinius frumentum extraxit, fiſcus prætendit incidiſſe in pœnam; Tarquinius ad illius excluſionem aſſerit pro ſui ipſius vſu extraxiſſe, an ad probandum extractionem hac de cauſa factam eſſe, credendum ſit proprio illius Sacramento? Et pro affirmatiua vide gloſ. ſolennem in Clement. fina. ſuper ver. non negociandi, de cenſib. Iaſ. in d. §. ſed & ſi quis, num. 10. Marſil. in Rubr. C. de probatio. num. 145. Afflict. in §. vectigalia, num. 34. quę ſint regalia. Maſcard. de probation. Concluſ. 954. nu. 11.

Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 14. refert tres limitationes, vel quando contrarium probaretur, vel quando aliqua præſumptio militaret contra extrahentem. Vel quando Statutum eſſet, vt etiam pro extractis pro vſu ſit ſoluenda Gabella. ibid. vide.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis ſuſpitio iuramento probatur.*
2 *Suſpitionis cauſæ ſunt aliter probandæ.*

Effectus CXXXI.

IVdex multis ex cauſis ſuſpectus allegari poteſt, de quibus latè
1 Iaſ. in l. apertiſsimi, C. de Iudicijs. An † huiuſmodi ſuſpitio partis iuramento probetur; & attento iure ciuili iuramentum ſufficit, Iaſ. ibid. num. 20. licet ſecùs ſit de iure Canonico. Iaſ. ibid. ad Marſil. in Rubr. C. de probation. num. 146. latiſsimè tractat Maſcard. de probation. Concluſ. 953. vbi videre poteris; & per Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 7.

2 Licet † ſuſpitio iuramento probetur, cauſæ tamen ſuſpitionis aliter probandæ veniunt, vt inquit Seraphin. in priuil. 17. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Ob res in Inuentario omiſſas datur iuramentum in litem, & hæredis intereſſe iuramento probatur.*

Effectus CXXXII.

1 INuentarium † tutor conficere debet, in eoque adnotare omnes res pupilli hæreditarias, tenereque librum rationum, vt ſunt iura triuialia; ob res dolo omiſſas in inuentario, & ob non tentum librum rationum, datur in eum iuramentum in litem, omneque hęredis damnum, & intereſſe illius iuramento probatur, ad l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſt. tutor. Vide ſuprà de iuram. in litem veritat. art. 8. verſ. vel pone quod tutor, par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Contra ſocium aperientem capſam communem, docto prius de aperitione, datur ſocio iuramentum ad probandum pecunias ſubtractas.*

Effectus CXXXIII.

1 SOcius † capſam communem inſcio ſocio aperuit, iſque prætendit pecunias non modicas inde ſubtractas, ſed earũ quantitatem probandam, docto prius de aperitione capſæ datur ſocio iuramentum in litem; vide ſuprà de iuram. in l. veritat. art. 8. verſiculo, vel fingas ſocium, par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Stante dolo, & difficultate probationis, damna, & intereſſe iuramento probantur.*

Contra

2 *Contra Notarium de dolo conuictum damna & intereſſe per partem intereſſatam iureiurando probantur.*

3 *Contra Iudicem doloſè iudicantem, ſtatur iuramento damnum paſſi, de damnis & intereſſe propterea paſſis.*

Effectus CXXXIIII.

1 DAmna, † & intereſſe iureiurando probantur, probato dolo, & ſtante difficultate probationis. Ang. in l. in actionibus, §. plures, nu. 2. vbi Iaſ. num. 41. Paul. num. 13. Salicet. num. 19. Decius, num. 31. & ante eos Bart. nu. 23. ff. de in lit. iuran. Pariſ. conſ. 74. num. 6. lib. 1. Viui. Opin. 431. Natta, conſil. 545. num. 3. lib. 3. Afflict. deciſ. 13. num. 10. vbi Vrſill. in addit. num. 12. Seraphyn. de priuileg. iuram. priuil. 31. num. 9. & 20. Rimin. iun. conſ. 43. nu. 29. lib. 1. Purpurat. conſil. 368. nu. 45. lib. 1. Proinde ſi iudex iniuſtè aliquem banniuit, ſi doceatur de dolo, ob probationis difficultatem, damna, & intereſſe bannitus probat proprio iuramento, Bald. in l. qui accuſare, num. 2. in fine, C. de eden. Vide ſupra, de iuram. in lit. veritat. art. 8. verſic. Damna igitur, parte 2. vbi latius.

2 Idemque dicas in † Notario, qui de dolo conuictus tenetur ad intereſſe partis, quod iureiurando verificare poteſt. Bald. ibidem numero tertio.

Conferunt notata ſuprà in hacmet quarta parte, in Effectu 108. quæ videre poteris.

3 Et alludit Iaffred. deciſ. 284. adnotans poſt Bart. quod † contra Iudicem inique cum dolo iudicantem ſtatur iuramento damnum paſsi, de damnis, & intereſſe propterea paſsis.

Faciunt notata ſuprà in Effectu 108. quæ omninò vide.

Hicque Effectus cauſatur à dolo partis, ideo non ſunt contraria, quæ deducta ſunt ſuprà, in 5. artic. 2. par. num. 31. verſiculo Decimoquinto.

SVMMARIVM.

1 *Malam cauſam fouere præſumitur is, qui defenſionis copiam Aduerſario ſubtrahit.*

2 *Hoc intereſſe omiſſæ probationis ex dolo partis, liquidatur iuramento in litem.*

3 *Contra comburentem computa, datur iuramentum ad probandum contenta in eis.*

Effectus

Effectus CXXXV.

1 MAlam † cauſam fouere præſumitur is, qui probationes, & defenſionis copiam Aduerſario ſubtrahit, ad c. conſtitutis, prope finem, de teſtib. l. penult. in fine, C. de po
2 ſtulan. An hoc † intereſſe amiſſæ probationis ex dolo partis iuramento in litem liquidari poſſit? Et pro affirmatiua concludit Marſil. in Rubrica, C. de probation. num. 135. in fine. Felyn. in c. accepimus, num. 15. de fide inſtrum. dicit, quod cauſam perdere debeat. Decian. in conſil. 7. num. 54. libro quarto.
3 Et conſuluit Pariſ. in conſ. 134. num. 9. libro quarto, quod † vbi facto aduerſarij, qui computa combuſſit, ſublata eſt parti facultas probandi, eius iuramento ſtandum eſſe, quid in illis computis contineretur. Vide ſupra in Effectu 127.

SVMMARIVM.

1 *Notariatus qualitas eſt probanda.*
2 *Iuramentum valde confert ad eam probandam.*
3 *Qualitas Notariatus non ineſt à natura, ideo non præſumitur.*
4 *Nec ſufficit probare, quod plures contractus fecerit.*

Effectus CXXXVI.

1 NOtariatus † qualitas eſt probanda, ex congeſtis à Rolando, conſil. 32. num. 2. & pluribus ſequent. lib. 2. Et ad
2 illam † probandam valde confert iuramentum, ex deductis per Marſil. in d. Rubrica, C. de probatio. nu. 144. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 46. nu. 1.

Quod tamen abſque difficultate non procedit, ex adnotatis ab Alciato, in præſumpt. 13. Reg. 3. num. 18. & per Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 46. num. 12. & ſequent.

3 Cum † enim qualitas Notariatus non inſit à natura, ſed extrinſecus ſuperueniat, illa non præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda; veluti dicitur de Clericatu; vtrumque probant Aymo, in conſil. 150. num. 1. Boerius deciſ. 36. num. 7. & 10. Roland. d. conſil. 32. num. 3. & quarto, eſt enim probandum, & articulandum, quod tempore celebrati contractus talis erat Notarius, vti poſt Alexand. & alios firmat deciſ. Pedemont. 117. nu. 6.

Et non parum vrget, quod Notario non creditur atteſtanti de commiſſione ſibi facta, iuxta receptiorem ſentẽtiam, de qua Boerius

rius deciſ.358.num.quarto, & Viuiuius Opin. 548. Ergo nec credendum,quod fuerit creatus Notarius,vt ſignanter poſt Speculat. ibi citatum, inquit Decius in conſil.42.num. 1. verſic. & quamuis, vbi etſi Decius,num.2.teneat oppoſitum,mouetur ex alijs, quæ id non impugnant, & ſequitur Boerius deciſ.36.nu.8.

4 Prout † nec probare ſufficit,quod vti Notarius plura inſtrumenta receperit,ad Bart.in l.Herennius,ff.de Decurion. verus enim titulus eſt probandus. Viuius Opin. 543. Quod tamen intellige, ſi pars opponat.Aymo,d.conſi.150.nu.2.

Quomodo autem probetur, docet Roland. conſi.32. num. 12. & vide Seraphin. d.priuileg.46.num.3.& ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatio maior præſumitur vbi eſt iuratum, & num.6.*
2 *Mulieres, & minores eadem facilitate qua contrahunt,ad iurandum inducuntur. Contra,nu.7.*
3 *Et prout ex fragilitate contrahendo decipiuntur, ita & in renunciando. Contra,num.7.& 8.*
4 *Debitor quærens pecunias, facit inſtrumentum pro libito creditoris, vide etiam num.10.*
5 *Et ob iuramentum non adhibet maiorem diligentiam.*
8 *Renuncians iuribus ſuis, præſumitur in genere cogitaſſe de remedio ſibi competente.*
9 *Certioratio non eſt neceſſaria ſtante iuramento.*

Effectus CXXXVII.

1 EX† iuramento præſumitur maior deliberatio, & efficacior voluntas in contrahente,quod deliberato,& maturo cõſilio contraxerit, ad Socin.iunior.conſ.67.num.34. & 35. lib.2. Alex.conſi.27.num.3.lib.1.Ruin.conſ.135.nume. quarto,lib.1.Rimin.iun.conſi.483.num.34.lib.5. & conſi.553.nu. 24.Capr.in Reg.87.num.114. Cagnol.l.2.num.93. C.de reſcind. vendit.Pariſ.conſi.97.num.82.lib.1. Rimin. ſuper Inſtitut. quibus aliena licet,in princ.num.405.

Hinc infertur ad plures Effectus ſupra relatos, inſurgentes ex hac præſumpta maiori deliberatione,& ob reuerentiam iuramẽti.

Et quia rara eſt Concluſio in iure, quæ non habeat impugnatores, nec iſta tranſit abſque contradictione; ſi quidem non pauci, nec exiguæ authoritatis Doctores ad euitandum iuriſiurandi effi-
2 caciam, aſſeruerant minores, † & mulieres, eadem facilitate, qua

ad

ad contrahendum etiam ad iurandum ſeduci. Ancharan. conſil. 338.num.2. Socin.iun.conſil.48.num.36.lib.1. Ruin.d.conſi.135. num.18.lib.1.Aymo,conſi.192.num.9.Curt.iun.conſi.141.nu.17. & ſeq.Neuiſan.conſ.22.num.10.Pariſ.conſi.97.nu.29.lib.1.Gram. deciſ.76. nume. 19. Simoncell. de decret. libro 3. titu. 8.inſpectio. 18.num.135.

3 Quibus alludit, quod † prout ex fragilitate in contrahendo, ita pariter in renunciando decipiuntur. Calcaneus conſi.25. num.28. 31.& ſeq.Bart.in conſi.87.num.quarto,verſic.Nec obſtat,par.1.& in l.ſi cautione, num.6.in 1. Lectura, C. de non numer.pecun.vbi ſubdit num.7. Tanta eſt fragilitas debitoris quærentis pecunias,vt faciat inſtrumentum creditori prout vult. Et ibidem, in ſecunda.
4 Lectura, num.9.verſic. Nam debitor,inquit: debitor † auidus pecuniæ, faceret creditori omne inſtrumentum, quod vellet, vt tota die videmus. His Bart. verbis concinit Aymo, d.conſ.192.num.9. verſiculo quarto Doctores, inquiens:ſed nos videmus ipſa rerũ ex
5 perientia,quod † ob iuramentum non adhibent iuraturi maiorem diligentiam in eorum negocijs; Non enim curant de iuramento, aut illud principaliter reſpiciunt, ſed ad eorum commoda, vel incommoda.

Quidquid autem dixerint hi grauiſsimi Doctores, tenenda eſt
6 prima opinio,quod † propter reuerentiam iuramenti maior,& maturior deliberatio præſumatur, ex authoritatibus in huius Effectus principio deductis; maxima eſt enim reuerentia, quæ iuramento debetur, vt patet ex relatis ſupra,par.1.quæſt.2.

Et licet Aymo dixerit ea verba ſuprà relata,liquet tamen ex eius verbis, ipſum de illa ſententia dubitaſſe, dum num.9.verſ. Tertio Doctores,in fine, dicit, licet hoc non tranſeat abſque dubio in iuramento. Prout ſimiliter Simoncel.in eodem loco, num.136. re-
7 ſpondet, quod † ceſſat ratio fragilitatis,propter iuramenti authoritatem, & reuerentiam, per quam non eſt dicendum minorem ita facilem ad iurandum,quia præſumitur, quod ad iuramentum magis deliberatus accedat.

8 Veluti † renuncians cum iuramento,cogitaſſe videtur in genere de omni iure,& remedio ſibi competente,& propterea excluditur à beneficio impugnandi actum iuratum, ex congeſtis à Tiraquel.in præfatio.l.ſi vnquam, num.135.C.de reuoc.donatio. Hinc
9 eſt etiam, † quod ſtante iuramento, non eſt opus vt iurans certioretur de beneficijs quibus renunciat, vt latè diſcuſſum eſt ſuprà,in 1.Effectu,quæſt.13.verſ.Opportunè autem,& verſ.ſequen.

10 Et dum Bart. ſuprà relatus aſſeruit, † homines pecuniæ auidos facturos inſtrumenta ad libitum creditoris, parui penſo pondere iuramenti, verificari poteſt in aliquibus corruptis, & prodigis hominibus,

minibus, quibus Curator eſt deputandus, de quibus non eſt iurandum; ſed generaliter, id non eſt verum, quia quilibet iuxta Regulam præſumitur bonus, & quia non præſumitur immemor ęternæ ſalutis, Alc. de præſumpt. 4. reg. 3. Et quia nemo præſumitur iactare ſuum.

Nonnulla recenſet Seraph. de priuil. iuram. priuil. 64. ſatis conſonat ad materiam, ibi videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Officialis aufugiens ante ſyndicatum afficitur damno, quod querelantes poſſunt liquidare damna proprio iuramento.*
2 *Incurrit etiam alias pœnas.*

Effectus CXXXVIII.

1 NEc exiguus † eſt Effectus, quem operatur iuſiurandũ aduerſus Officialem, qui aufugit non aliter expectato ſyndicatu; nam poſſunt querelantes contra eum liquidare eorum damna, & intereſſe, quæ minus iuſtè incurriſſe prætendunt medio iuramento, ad §. fi. verſ. ſi verò contigerit, Authen. de collator. Iaſ. in l. admonendi, num. 311. de iureiur. & in l. ſi quando, num. 37. C. vnde vi.

2 Incurruntque † tales iudices alias etiam pœnas, de quibus in l. conſiliarios, C. de aſſeſſor. Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 177. Viu. opinio. 343. nu. 32.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an probetur ex inſtrumento nullo.*

Effectus CXXXIX.

1 QVæſtio haud mediocris eſt † an iuramentum probetur ex inſtrumento nullo? in qua Doctores non parum ſibimetipſis contrarij fuerunt, vt patet ex deductis ſupra in primo Effectu, q. 4. vbi huiuſmodi quæſtio diſſoluitur in verſ. quibus applaudit, & verſ. ſequenti, eo me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Formæ neglectæ defectus an iuramento ſuppleatur.*
2 *Actus nullus iuramento non validatur, ſed iuramentum eſt obſeruandum.*

Effectus CXL.

1 NEc ſine controuerſia tranſijt, an † iuramentum ſuppleat defectum neglectæ formæ; cum vigeat ea vulgaris, & ſolida concluſio, quod actus factus contra formã, ſit ipſo iure nullus, & nequeant partes etiam volentes illi derogare, earũq; conſenſus nil operetur. Pedemon. deciſ. 170. nu. 17. & ſeq. vbi habetur etiam nu. 19. quod formę defectum iuramentũ ſuppl ere nequit. Gabr. conſ. 127. nu. 27. lib. 1. cum ſimilibus.

2 Concludas præmiſſa procedere quoad † actus validitatem, qui cum ob ſpretam formam ſit ipſo iure nullus, iureiurando non validatur, ipſum autem iuramentum ob ſui reuerentiam, quando abſque diſpendio ſalutis ſeruari poteſt, eſt obſeruandum, iuxta cõmunem, de qua Viu. opin. 433. cum alijs de quibus ſup. in 1. Effectu, q. 3. verſ. quod conuincitur, prope fi. & faciunt notata per Canneſ. ſuper Extrau. Regni Sicil. Volentes, in §. & Correlariè, nu. 20. & 21. fol. mihi 159. vide tamẽ nonnulla quæ deducit Seraph. in priu. 130.

SVMMARIVM.

1 *Scientia, & ignorantia iuramento probantur.*

Effectus CXLI.

1 VEluti † ignorantia iureiurando probatur, vt deductũ eſt ſupra in Effectu 103. ita pariter & ſcientia, quoniam cũ vtraque conſiſtat in animo, difficilis eſt probationis, vt adnotauit Abb. in c. 2. nu. 9. verſ. ſecundo facit, de Conſtitut. Marſil. in Rubr. ff. de fideiuſſ. nu. 41. Seraph. de priuil. iuram. in priuil. 3. in princip.

Et cum ſcientia ſit de his, quæ conſiſtunt in animo, & conſequẽter, vt diximus ſit difficilis probationis, iccirco non requiritur plena probatio, ſufficiuntque ſola indicia, & coniecturæ. ad Rimin. iunior, in conſi. 409. nume. 17. lib. quarto, qui alios citat. Menoch. in conſi. 37. nu. 80. lib. 1. Ceph. conſ. 314. nu. 15. lib. 3. & conſi. 492. nu. 94. lib. 4. Natta, conſi. 231. num. 2. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis ex poſſeßione præſumitur.*
2 *Poſſidens ſi dicat, ſe non animo adeundi cępiſſe poſſeßionem, ſed alia de cauſa, id proprio iuramento probare poterit.*
3 *Fallit ſi plus poſſideat, quam titulus allegatus importet.*

Fallit

4 *Fallit etiam in opulenta hæreditate.*
5 *Veriſimile eſt opulentam hæreditatem fuiſſe acceptatam.*
6 *Oppoſitum dicitur vbi ſit exigua.*

Effectus CXLII.

1 ADitio † hæreditatis præſumitur ex rerum hęreditariarũ
poſſeſsione.ad Soc.conſ.131.nu.5.lib.1.& cõſ.1.in prin
cip.lib.2.Alex.conſ.141.num.6.lib.7.Rimin.iun.conſi.
107.nu.16.lib.1.Aymo,conſ.33.nu.14.
2 Cęterũ,ſi † filius, aut alter poſsidens alleget ſe nõ animo adeũdi
cępiſſe poſſeſsionẽ, ſed alia de cauſa, id probare poterit proprio iu
ramento.Aymo d.cõſ.33.nu.11.Seraph.de priuil.iuram.in priu.3.
3 Id † tamen non procedit,quando reperitur plus poſsidere, quã
importet titulus ab eo allegatus.Aymo,d.conſi.33.nu.14.
4 Limitatur ẽt,vt † non procedat in opulẽta hæreditate, quia tũc
5 aditio præſumitur.Seraph.d.priu.3.nu.8.Nam † veriſimilitudo ma
ximè vrget,vt ſtante opulẽtia,quis acceptet hæreditatem. Seraph.
ibid. quia nemo præſumitur iactare ſuũ, ad l.cũ de indebito, ff.de
6 probat.prout † è conuerſo,vbi hæreditas eſſet exigua,non eſt veri-
ſimile, vt occaſione rei modicę quis ſe ſubijcere voluerit oneribus
hæreditarijs.ad Cæſar.de Graſſ.deciſ.11.nu.9. de teſtament.

SVMMARIVM.

1 *Caſtra poſſidentes in ſtatu Eccleſiæ, tenentur iurare Domino fidelitatem*
2 *Vtiles etiam Domini Caſtrorum ad idem tenentur.*
3 *Si non conſtet eorum anteceſſores huiuſmodi iuramentum præſtitiſſe, an in dubio præſumatur.*

Effectus CXLIII.

1 DOmini † temporales in Statu S.R.E.Caſtra poſsidentes,
cũ ſint Vaſalli Papę,ratione huius ſubiectionis,iuramẽ
tum fidelitatis pręſtare tenentur,quã quiuis ſubditus ẽt
nõ feudatarius Domino ſuo iurare tenetur, ad c.1.in fi.
qualit.iura.deb.vaſal.Dom.fidel.Rol.conſ.1.nu.53.& ſeq.lib.4.
2 Vtiles † etiam Domini Caſtrorum poſſeſſores eandem fidelita-
tem ratione dumtaxat nudæ proprietatis directo Domino iurare
debent.ad Purpurat.conſ.40.nu.12.lib.1.
3 Quæritur † ſi non conſtet Anteceſſores tale fidelitatis iuramen
tum vllo vnquam tẽpore præſtitiſſe,an in dubio pręſumatur,quod
cũ tali iuramento poſſederint: & ſi eſſemus in iuramento volun-

 tario,

tario, res maiorem haberet difficultatem, ſed quoniam huiuſmodi iuramentum ex diſpoſitione iuris eſt neceſſarium, idcirco præſumitur fuiſſe præſtitum, vt tenuit Rota referente Creſcentio in deciſ. 149. quæ incipit: iuramentũ quod, lib. 1. in manuſcr. Mar. Freccia, poſt Bald. quem citat, in tract. de feud. lib. 2. §. quarta Authoritas, num. 11. verſ. ſecundo quod vaſallus. & ſequuta eſt Reu. Camera Apoſtolica, nobis pro hac ſententia informantibus in cauſa Balneoregienſ. Caſtrorum, inter Illuſtr. Dominos Balleonios, ſub die 27. Nouembr. 1595. coram Illuſtr. D. meo Card. Bonuiſio, tunc eiuſdem Cameræ Clerico. Vide in oppoſitum deciſ. Gomeſ. 12. iuramentum licet, lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Error an iuramento probetur, remiſſiuè.*

Effectus CXLIIII.

1 QVæritur † an error iurata errantis aſſertione probetur? tactum eſt ſupra, in primo Effectu, quæſtio. 9. in verſ. videndum eſt autem, ad ibi notata me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Arborum inciſio quo caſu iuramento probetur.*

Effectus CXLV.

1 IVs pro certo † tempore habentes in fundo, quales ſunt conductor in re locata, maritus in fundo dotali, vſufructuarius, & ſimiles, nequeunt eius fundi arbores incidere, niſi cum moderamine, vt docet Tiraq. de retractu cõuention. §. 3. gl. 1. nu. 24. ſi arbores inciſæ reperiãtur, inciſionem huiuſmodi Dominus proprio iuramento probare poterit, vt adnotauit Burſat. in conſ. 70. num. 33. lib. 1. qui alios citat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum adiectum generali obligationi, inducit ſpecialem hypothecam. Contra nu. 5.*
2 *Specialem habens hypothecam, præfertur habenti generalem, ſi illi ſatisfieri valet ſuper alijs bonis.*
3 *Iuramentum facit actum valere omni meliori modo.*
4 *Quod procedit cum actus non valet eo modo, quo eſt geſtus.*
5 *Generalis obligatio cum ex ſeipſa ſatis operetur, vlterius non eſt extendenda.*

Effe-

Effectus CXLVI.

NOtabilis equidem, & vtilis in practica erit hic Effectus, ſi tamen verus eſt, relatus à Ioan. de Amicis, in conſil. 113.num.12.Conſonant Socin.iun.in conſi.129.num. 10. lib.2. & Seraphin. de priuileg. iuramen. in priuile-
1 gio 158.Quod ſcilicet † obligando quis omnia & ſingula bona ſua, ex qua obligatione, vt notorium eſt, inſurgit dumtaxat generalis hypotheca, ſi deſuper adijciatur iuramentum, vt ſemper fieri ſolet in omnibus inſtrumentis, ex huiuſmodi iuramento inducitur etiam ſpecialis hypotheca ſuper ſingulis rebus obligatis;qui eſt Ef-
2 fectus maximi ponderis, † quoniam habens ſpecialem hypothecã ſuper re,licet poſterior, præfertur habenti generalem anteriorem, ſi ſuper alijs ſatisfieri valet; ad notata per omnes,in l.2.C.de pignorib. Diſcutiendum eſt igitur qualiter hæc Concluſio cõprobetur.

Et Ioannes de Amicis, dat in eo conſilio huiuſmodi rationem;
3 quod † iuſiurandum valere facit actum omni meliori modo, per text.in l.cum pater,§. filius matrem,vbi Bar.& alij notant,de leg.2. Quæ ratio non ſatisfacit: quoniam id quod dicitur, actum valere eo meliori modo, quo poteſt,ob iuramentum, ſanè eſt intelligen-
4 dum, vt † ſcilicet tunc procedat, quando actus eo modo quo eſt expreſſus, ſuſtineri nequit, & eſt nullus;& ita loquitur ille textus in d.§.filius matrem,& declarat Alciat.videndus in c. cum contingat, num.165.verſic.Tertia Concluſio,de iureiur. & diximus ſuprà, in 9. Effectu, vbi alias eius Regulæ declarationes videre poteris.
5 Cum † igitur ſatis operetur generalis obligatio ex ſeipſa, non eſt vlterius extendenda,vt inquit Alciat. vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Legi prohibitiuæ partes renunciare nequeunt.*
2 *Fallit appoſito in renunciatione iuramento.*
3 *L. De his, ff. de tranſaction. renunciatum cenſetur ex generali iurium renunciatione iurata.*
4 *Immò contrarium permulti, & grauiſſimi Doctores voluerunt.*
5 *Opinio Authoris, remiſſiuè.*

Effectus CXLVII.

1 LEgi † de his, ff.de tranſaction. vtpote legi prohibitiuæ, partes renunciare nequeunt,ad Bart. in d.l. de his, num.3. & ſequent.& ibi Iaſ.num.9.teſtans de communi. & Paul.nume.quinto, & Alberic.nu.5. verſic. Item quærit gloſ. vbi etiam de

communi.Socin.conſ.214.nu.6.lib.2. Felyn. c.ſi diligenti,n.27.de foro compet.Pariſ.conſ.95.nu.24.lib.3.

2 Nihilominus † vbi ſuper renunciatione iuretur ob iuriſiurandi religionem, etiam legi prohibitiuæ renunciari poteſt, ad Iaſ.in d.l. de his,num.11.verſic. Addo ſtringere. Roland. conſi.13.nu.quarto,lib.1.Natta,conſi.145.num.5.lib.1. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuil.100.in principio.

3 Et ſignanter † quod l.de his,renunciari valeat medio iuramento firmarunt Iaſ.ibid.num.11.Decius conſi.345.& Gozadin.conſ.69. num.19. Socin. d.conſi.214.num.6.verſic. poſtremo tamen, lib.2. Felyn.d.c.ſi diligenti,num.14.verſ.pro quo bene facit.Pariſ.conſil. 12.num.20.lib.2.Socin.iun.conſil.116.num.75.lib.1.Crot.in l.qui Rome,§.duo fratres,num.55. vbi Ripa, num.73. de verb. obligat. Aymo,conſi.372.num.20. Ruin.conſi.16.num.3.verſic. & iſtud, libro quarto. Natta,conſil.145.num.5.lib.1.Crot.conſil.84.num.9. lib.1.Pedem.deciſ.112.num.21.Alciat.c.cum contingat,num.170. verſic.quartus de forma,de iureiur. Alex.conſil.11.num.14. lib.2. Seraphin.de priuil.iuram.priuileg.70.num.6. & priuil.74.nu.15.in fine.Viui.Opin.845.num.17.& 25.

4 Immò non † deſunt Doctores relati à Seraphino, de priuilegio iuram.priuileg.70.num.6.qui firmauerunt ob generalem renunciationem de omnibus iuribus ſibi competentibus,medio iuramento factam, cenſeri renunciatum eius legis beneficio.

Cæterum more ſolito maiorum noſtrorum ſe opponit Caterua plurium, & grauiſsimorum quidem Doctorum,qui in prorſus cõtrariam ſententiam iuerunt, vt nec cum iuramento illi legi valeat renunciari; vt videre eſt ex Pariſ. in d. conſi. 12.num. 88.lib.2. qui aſſerit hanc negatiuam ſententiam eſſe communem, citatque alios de communi atteſtantes, & rurſus in conſil.95. nu.25. & ſeq. lib.3. Roland.conſil.13.num.27.lib.1.affirmans iſtam eſſe magis communem.Pedem.deciſ.112.num.8. vbi ſimiliter de communi. Simon de Pret.conſ.137.num.140. Vide Seraphin. ibid. in priuileg. 100. num.quarto,& ſequenti.

Et Tiraqu. in repet.l. ſi vnquam, in præfatio.num.161. & ſequ. C.de reuoc.donation.plures pro vtraque parte congerit,quos non refero,quia ibi videre poteris, fatendo huiuſmodi Concluſionem eſſe ſatis dubiam,& controuerſam.

5 Nunquid ergo indeciſam relinquemus? At † vt noſtram ſententiam aperiamus, longè verior affirmatiua ſententia videtur, & etiã communior; in cuius veritate firmanda non laboramus, contenti his, quæ ſuprà deduximus in prima parte, quæſt.6.quæ congruè inferunt ad huius difficultatis euacuationem; & præſertim text. in c. ſina.22.quæſtio.quarta, vbi habetur, quod ſi iuſiurandum aliquid

conti-

contineat corpori, vel animæ inſidioſum, ſeruari prohibetur, aliàs eſt ſemper obſeruandum, etiam ſi aliquo reſpectu ſit illicitum, & ibidem habes exempla, ad ibi dicta me remitto; Cum igitur iuſiurandum ſuper huiuſmodi renunciatione, nec animæ, nec corpori inſidietur, non video cur regulæ non ſit locus, vt ſemper ſit obſeruandum, vbi abſque diſpendio ſalutis ſeruari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Vnum pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, fallit vt hic.*
2 *Si promiſſum ſit ſoluere in numerata pecunia, medio iuramento, an cenſeatur renunciaſſe beneficio Auth. Hoc niſi, C. de ſolution.*
3 *Illius Authen. beneficio an poſſit renunciari?*
4 *Eius Authent. diſpoſitio non habet locum in Eccleſia.*
5 *Alia Limitatio.*

Effectus CXLVIII.

1 VNum † pro alio inuito creditore ſolui non poteſt, l. 2. §. mutui datio, in fine, ff. ſi cert. petat. Verum ſi debitor non habeat vnde aliter ſatisfaciat, liberatur offerendo ſtabilia ad electionem creditoris. Authent. Hoc niſi, C. de ſolution.

2 Quid ſi † debitor promiſit ſoluere in pecunia numerata, & medio iuramento ita ſe obligauit? An gaudeat amplius hoc priuilegio? Vel ſtante iureiurando præcisè poſſit ad ſolutionem prout ſpopondit compelli? Et ob iuramenti efficaciam illius Authent. beneficium amittit, ad Gozadin. in conſi. 27. num. 28. & rurſus conſil. 32. num. 9. Natta, conſi. 426. num. 20. lib. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 24. num. 33.

3 Et licet † Alex. in conſi. 37. nu. 6. lib. 2. adnotauerit eius Authenticæ beneficio renunciari non poſſe, id non procedit, vbi iuramentum interuenerit, ex prædictis.

4 Et ad † limitandam illam Authent. notabis eius diſpoſitionem non habere locum in Eccleſia, quæ valet ſoluere ſuo creditori etiã rem non meliorem; ad Roman. in Singul. 808. Tu habes Autenticam.

5 Limita † etiam prædicta, vbi debitor facta diligentia non reperiret bonorum ſuorum emptorem, illaque offert creditoribus ad electionem eorum, quia tunc illi cogerentur accipere tot bona in ſolutum, & debitor liberaretur, non obſtante iuramento, ad Pariſ. deciſ. 64. nu. 9. & 10. par. 2. vbi de communi.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum data cautione reuocatur.*
2 *Stante impotentia dandi fideiuſſores, an ſit locus iuratoriæ, & nu.3.*
4 *Regulariter iuratoriæ eſt locus, vbi non adeſt potentia fideiubendi.*
5 *Fallit quando aliter creditori conſuli poteſt, & num. 24.*
6 *Fallit in Forenſi, qui cauere poteſt in ſuo domicilio.*
7 *Non habet locum in cauſa criminali.*
8 *Fallit in periuro.*
9 *Item in contumace.*
10 *Contumacia niſi accuſetur in actis, remiſſa cenſetur. Fallit, prout num. 11. & 12.*
13 *Iuratoria ceſſat in ſuſpecto nè peieret.*
14 *Et ceſſat in eo, qui ſe obligauit ad cauendum.*
15 *Et in eo, qui propria culpa incidit in paupertatem.*
16 *Et in eo, qui ob malos eius mores non inuenit fideiuſſores.*
17 *Et in electis ad aliquod officium adminiſtrandum.*
18 *Nec competit hoc beneficium ſuſpectis de fuga.*
19 *Nec datur debitori magnæ quantitatis.*
20 *Nec competit ei, qui aliàs pro eadem cauſa fuit carceratus, & relaxatus ſub obligatione ſoluendi in certo termino, & fidem fefellit.*
21 *An competat vſufructuario cauere non valenti? & numero 22. & ſequent. vſque ad finem.*

Effectus CXLIX.

1 REgulare eſt, † vt data cautione ſequeſtrum reuocetur; ad l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſd. cogant. cum ibi congeſtis à Iaſ. nu. 17.

2 Nunquid † autem ſtante impotentia dandi fideiuſſores, ſufficiat iuratoria cautio? & ex authoritatibus ibi relatis eam ſatis eſſe, firmat Iaffred. in deciſ. 6. per text. ſatis vrgentem, in Authent. Generaliter, verſ. aut ſi fideiuſſorem, C. de Epiſc. & Cleric. Simonet. deciſ. 60. In vna Abredunen. in manuſcriptis.

3 E contra † Iaſ. in l. 1. num. 23. verſ. Vndecimò limita, ff. qui ſatiſd. cogant. negat eam ſufficere, quod & rurſus affirmat ibid. in d. §. ſi ſatiſdatum, num. 18. & confirmatur ex addit. ad Abb. in c. ex parte ſuper ver. iuratoria, verſic. quarto Limita, de ver. ſignific. Bello. in conſil. 54. num. 5. Rom. conſil. 439. in fine. Faber, §. 1. in fine, Inſtit. d. vſufr. Pariſ. conſ. 96. nu. 8. lib. 2.

Et quoniam hæc iuratoriæ cautionis materia frequens eſt in iudicijs, non eſt abſonum nonnulla ad eius exornationem referre.

Regula

4 Regula ſit igitur, quod † non valenti dare fideiuſſores, ſuccurratur dando iuratoriam cautionem, ex Simonetta, & Iaffredo, ſuprà citatis, quæ in pluribus caſibus Limitatur.

5 Primò † quando aliter creditori conſuli poteſt, tunc enim ſtandum non eſſe iuratoriæ cautioni, Ripa, in l.2.num.60. & ſeq.ff.ſol. matrim.Iaſ.in l.1.nu.230.verſic. Duodecimo Limita, ff. qui ſatiſd. cogant.Addit.ad Abb.in c.ex parte,ſuper ver. iuratoria,in 5.limit. de verb. ſignific.Seraphin. de priuil.iuram. priuil.18.nu.24.Alex.l. ſi conſtante,§.quoties, nu.3.ff.ſolu.matrim.

6 Secundò limita,† quando requiſitus ad præſtandam cautionem eſſet Forenſis,& in loco iudicij non reperiret fideiuſſores, quos tamen dare poſſet in ſuo domicilio, eo namque remittendus eſſet. Iaſ.in d.l.1.nu.23.in princ.Alex.conſ.57.num.7.lib.3. Seraphin.d. priuil.18.num.5.

7 Tertiò † id non procedit in cauſa criminali. Iaſ.in d.l.1.num.23. verſ. Secundo intellige. Quamuis Seraphin. in d. priuil.18.num.8. ibi dubitet.

8 Quartò limitabis † in eo,qui ſemel fuit periurus;quoniam indignus eſt huiuſmodi beneficio. Iaſ.in d. l.1. num.23. verſic. Tertio limita.Addit.ad Abb.in d.c.ex parte,ſuper ver. Iuratoria,in princ. Seraphin. d.priuil.18.nu.9.

9 Quintò † non procedit in eo, qui fuit contumax, non parendo præcepto Iudicis. Iaſ.in d.l.1.num.23.verſic. Quarto fallit.Seraph. in d.priuileg.18.num.13.

10 Aduertas autem,nè erres cum multis,quia † niſi contumacia accuſetur in actis,cenſetur remiſſa, & contumacia ceſſat, ad Roland. in conſi.90.num.9.& ſeq.lib.3.Marſil.in l. de vnoquoque, nu.123. de re iudic.cum congeſtis per Caldas,in Repetit. l. ſi Curatorem, ſuper ver. læſis,nu.5.verſ.illud tamen.

11 Quod† tamen non habet locum, vbi ex forma Statuti contumax haberetur pro confeſſo,ad Marſil.in d.l.de vnoquoque,num. 126.Roland.d.conſ.90.nu.16.Caldas ibid.in verſ. diuerſum tamē.

12 Quid † in cauſa Criminali, in qua iudex ex inquiſitione procedit,an contumacia ſit accuſanda? Vide Pedemont. deciſ.71. nume. 5. & 48.

13 Sextò limita in eo † qui eſt ſuſpectus ne peieret. Iaſ.in d.l.1.nu. 23.verſ. Quintò limita. Seraphin.in d. priuileg. 18.nu.14.vide notata ſupra,par.2.art.6.nu.54.verſ.nec is, qui eſt.

14 Septimò † nec procedit in eo, qui ſe adſtrinxit ad cauendum. Iaſ.in d.l.1.nu.23.verſ.Sextò limit. Addit.ad Abb. ſuper d. ver.iuratoria,verſ. Sexto fallit. Seraphin.d. priuileg.18.num.15. Pedem. deciſ.70.num.quarto.

15 Octauò † limita in eo, qui incidit in paupertatem propria culpa.

pa. Contard.in Repetit.l.diffamari,nu.134. & ſeq.inter limitation. C.de ingenu.& manumiſ.Seraphin.d.priuileg.18.num.36.Bellon. conſi.54.num.5.

16 Nonò fallit † in illo,qui ob malos eius mores non inuenit fideiuſſorem. Addit.ad Abb.in d.c.ex parte, ſuper ver. iuratoria, in 2. limitat.de verbor.ſignificat.Cotta in ſuis Memoriali. ſuper ver. cautio cum fideiuſſore. Contard.in d.l.diffamari, num.135.inter limitat.Iaſ.d.l.1.num.23.verſ.Septimò limitat. Bellon. d.conſ.54.nu.5. Seraphin.de priuil.iuram.priuil.125.nu.2.

17 Decimò † ceſſat hoc beneficium in electis ad aliquod officium exercendum,vtpotè tutoribus, & Curatoribus. Iaſ.in d.l.1.nu.23. verſ.Octauò limitat.Addition.ad Abb. in d.c. ex parte, ſuper ver. iuratoria, verſ. Septimo fallit. Seraphin. d. priuileg.18.num.39.& vide in num.42.

18 Ceſſat etiam † in eo, qui captus eſt vti ſuſpectus de fuga. Iaſ. in d.l.1.nu.23.verſ.Decimotertio.Seraphin.vbi ſuprà,nu.45.

19 Placet † etiam alia Limitatio data per Seraphin. ibid.num.46.vt non procedat in debitore magnæ quantitatis; & vltrà citata per eũ alludunt notata ſuprà in ſecunda parte,in 6. articulo propè principium,in verſic.Prima,& principalis,& in verſic.Cæterum non mediocris,& in verſic.ſequenti.

20 Duodecimò † fallit in eo, qui aliàs pro eadem cauſa carceratus, & relaxatus fuiſſet ſub eius promiſsione de ſoluendo in certo termino; nam ſi ſoluere ceſſauerit, quia fidem fefellit, non admittetur amplius ad iuratoriam cautionem. Seraphin. ibid. nu.46. verſ. Duodecimò limita.

21 Affertur, & decimatertia limitatio, † vt non habeat locum in eo caſu, quo fideiuſsio eſt de neceſsitate præſtanda, & pro ſubſtantia actus,veluti in vſufructuario, ex notatis per Iaſ. ibid.nu.23. verſic. Decimo limitat.Addit.ad Abb.in d.c.ex parte,ſuper ver.iuratoria, verſ.tertio limita,de verb. ſignificat.

22 At † huiuſmodi limitatio controuerſa eſt, ſi quidem non leuis eſt apud noſtros maiores controuerſia,ſi vſufructuarius cautionem præſtare non valeat,an ei ſuccurratur per iuratoriam cautionem,& inquit Angel.in conſi.91.num.quarto, quod adhuc ſub iudice lis eſt; & quæſtionem eſſe dubitabilem firmat Alex. in conſil. 57. in fine, libro 3.

23 Et † vbi cauere obligatus non ſit perſona ſuſpecta,placet Angelo,vt ſufficiat iuratoria,negatque, quod cautio ſit de ſubſtantia, Idemque prorſus ſentit Aymo,in conſi.219.num.8.prope finem,ſequitur Aretin.Inſtitut.de vſufructu, in princip. verſi. Quæro quid ſi non poteſt. Durand.de arte teſtan.tit.8.cap.1.in fine.

24 Et licet † Doctores multum in id diſſenſerint, diuiſi in quatuor opinio-

opiniones,quas recenſet Villalob.inter communes, ſuper ver.vſufructuarius,num.59. verſic. Quid autem ſi pauperior;æquior videtur tertia opinio, ibi relata, in verſic. Tertia eſt, vt ſimul vtrique parti conſulatur, vt ſcilicet Dominus fundum apud ſe retineat, & fructus,ſeu penſionem eorum loco, conſignet vſufructuario, quã Villalob. ibi in final. verbis dicit eſſe ſententiam æquiſsimam, & iuſtiſsimam.

Conſonat Io.Fabr.in §.1.in fi.Inſtit.de vſufructu, inquiens, iniquum,durumque fore, vt proprietarius rem ſuam tradat ſine cautione, quia poſſet eam perdere, ideo ſequeſtranda eſſet in loco tuto, & emolumenta vſufructuario tradi. Cui concinit Paul. de mõte Pico,in repet.§.Titia cum nuberet,in l.Titia,de leg.2.num.123. in 3.quæſtio.concludens, vbi adſit impotentia cauendi, iuxta doctrinam Baldi,ibi relatam,eſſe in electione hæredis grauati,vel recipere iuratoriam cautionem, vel ſi potius velit ſtare in poſſeſsione,& ſoluere fructus vſufructuario,& ſequitur Bellon. d.conſ.54. num.7.& concordat poſt alios Roland.in conſi.92. num.11.lib.1. cum cumulatis per Borgnin. de vſufructu mulier.relict. num.150. Seraph.d.priuil.18.nu.41.

25 Et tanto † magis hæc ſententia arridet, quoniam conformis eſt primæ limitationi ſupra relatæ à grauiſsimis Doctoribus ibi citatis,qui & alios citant, approbatæ.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſtante vt Notarius non matriculatus rogari nequeat de inſtrumentis, quæ ipſo facto annullat, quid ſi fuerit rogatus, & partes iurauerint obſeruare.*

Effectus CL.

1 EXtat Statutum † vt Notarius in matricula non deſcriptus nequeat inſtrumenta conficere, & annullat ab eo aliter confecta; quid ſi fuerit rogatus de inſtrumento,& partes medio iuramento promiſerint omnia in eo contenta grata,& rata ſemper habere, & contra non dicere, vel venire, quauis de cauſa; an talis contractus iureiurando firmetur? vide ſupra, in ſecundo Effectu,in verſ.non abſimilis, vbi hæc quæſtio deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua cum principaliter de enunciati veritate diſputatur, non probant.*

Fallit

2 *Fallit vbi ſint iurata, & nu. 3.*
4 *Probant etiam vbi aliquod concurrat adminiculum.*
5 *Et quando iudicis decretum interuenit.*
6 *Et quando prolata ſunt per modum cauſæ.*

Effectus CLI.

1 VErba † enunciatiua non probant, quando de enunciati veritate principaliter diſputatur; ad Felyn. in c. per tuas, num. 12. verſ. ſecus tamẽ quando, de probation. Valaſc. de iure emphyt. q. 9. num. 9. Tob. conſi. 27. num. 9. Decian. conſi. 21. num. 36. lib. 2. & in conſ. 120. nu. 19. lib. 2. Dec. conſil. 310. num. quarto.

2 Vbi autem † eſſent iurata, plenè probant contra enunciantem, Affliɨ. deciſ. 83. num. 3. & deciſ. 164. nu. quarto, Iaſ. in l. ex his, verſic. ſexto fallit, C. de teſta. milita. vbi Decius, num. 29. Aymo, de antiq. tempor. §. propoſitum, nu. 30. & ſeq. de communi Rimin. iun. conſ. 12. num. 10. & ſeq. lib. 1. Vrſill. ad Affl. deciſ. 83. nu. 2. Marcabrun. conſi. 86. nu. 87. Seraph. de priu. iuram. priu. 92. nu. 2.

Contra id opponit Seraphin. in d. priuileg. 82. num. 8. & reſpondet num. ſequen.

3 Et licet † Iaſ. in conſil. 96. lib. 3. etiam vbi ſint iurata teneat contrarium, confutatur ab Aymo, in d. §. propoſitum, num. 47. & ſeq. vbi uideatur.

4 Veluti † probant vbi concurrat aliquod adminiculum, ad Grat. in conſi. 104. num. 5. lib. 1. Rimin. iun. conſi. 12. num. 12. lib. 1. Vrſil. ad Afflict. in deciſ. 83. nu. 3.

5 Probant † etiam quando interuenit decretum iudicis in eo inſtrumento, in quo ſit enunciatio. Berous, conſ. 87. nu. 12. lib. 2.

6 Limitat etiam Berous in d. conſ. 87. nu. 16. † quãdo verba enunciatiua prolata ſunt per modum cauſæ, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Singularis ſucceſſor non tenetur ſtare colono.*
2 *Sunt qui limitant id non procedere ſtante iuramento.*
3 *Impugnatio Limitationis.*
4 *Reiectio impugnationis.*
5 *Hypothecæ ratione datur retentio.*
6 *Locator non tantum tenetur ad damna, & intereſſe, ſed præſtare tenetur, vt conductor re locata fruatur, nu. 7. & 8.*
9 *Conductori ſi datur actio ad rem conſequendam, multo magis competit exceptio ad eam retinendam.*

Intelle-

10 *Intellectus ad l. emptorem, C. locati, & nu. 11.*
12 *An locator liberetur ſoluendo intereſſe conductori.*
13 *Vendens rem duobus, ille præfertur cui prius eſt facta traditio.*
14 *Venditio, & locatio eiſdem regulis gubernantur, & nu. 18.*
15 *Intellectus ad l. quoties, C. de rei vendicat.*
16 *Dicta l. quoties, locum habet in contractu locationis, & nu. 17.*
19 *In actionibus perſonalibus prioritas non attenditur.*
20 *Singularis ſucceſſor neceſſarius an teneatur ſtare colono.*

Effectus CLII.

1 SVcceſſor † ſingularis non tenetur ſtare colono, ad l. emptorē, C. locati, vbi omnes notant.

2 Dantur huic regulæ plures Limitationes, & † ſignanter ſunt qui eam limitant non habere locum, ſi partes in locationis inſtrumento iurauerint ſuper obſeruantia contractus: quia cum tunc locator præcisè teneatur ad obſeruantiam virtute iuramenti, conductor expelli non poteſt; ad Socin. Gozad. Nattam, & Roland. relatos à Viuio, in Opin. 127. nu. 10. Socin. iun. conſ. 129. num. 10. & ſeq. lib. 2. Plot. repet. l. ſi quando, num. 192. C. Vnde vi, Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 74. nu. 34.

3 Hunc † iuriſiurandi effectum plerique impugnant, & quod peius eſt, Viui. ibid. in verſic. Tamen pace (vtinam non ſine nimia licentia) affirmat omnes proximè relatos ſupinè erraſſe, & veriorem eſſe ſententiam, quod condictor expelli poſsit à ſingulari ſucceſſore, non obſtante hypotheca, & iuramento, & quia caſus eſt exemplaris, & ſępe occurrens in praxi, videtur conſonum, vt bene diſcutiatur.

4 Magis † igitur placet opinio Socini, Nattæ, Gozadini, & Rol. à Viuio relatorum, & etiam ab alijs comprobata, vt deducemus, velut æquior, & potioribus ſuffulta rationibus, quam ſatis bene tuetur Socin. in conſ. 90. col. 1. & 2. lib. quarto.

Præſupponimus in hac quæſtione quod locator in inſtrumento locationis iurauerit pro obſeruantia contractus, & omnia bona ſua obligauerit.

5 Habet ergo † Conductor hypothecatam rem locatam, quam vigore hypothecæ retinere poteſt, vt in fine deducetur, & tangit Socin. ibi, num. 1.

An autem requiratur ſpecialis hypotheca, vel ſufficiat generalis, Crot. in Repetit. §. diui, num. 100. verſic. quarto limita, de leg. 1. inquit verius eſſe, vt ſufficiat generalis, præſertim ſtante iuramento, vt habes num. 101. ſequitur Socin. iun. in conſ. 129. nu. 10. lib. 2.

de

de communi Neguſant.de pignorib.in 1.memb. ſecundæ part.nume.6.Roland.conſil.6.num.14.in fine, lib.2. & ibid.conſil.62.nume.38.& ſequent. Pedemont.deciſ.155.num.3.& ſequent.cum latè congeſtis per Duenn.in Reg.240.num.7. licet Seraphin. de priuil.iuram. priuileg.158.num.2. aſſerat contrariam ſententiam eſſe communiorem, & communem appellat Burſat. conſ.101.num.8. lib.1.& magis communem Couarru.lib.2.variar.reſolut.c.15.nu.3. verſ. Vltimo eſt.

6 Non † obſtat reſponſio data per aſſertores contrariæ ſententiæ, quod ſcilicet detur retentio, donec ſatisfiat de damnis, & intereſſe, quibus ſolutis, ceſſat hypotheca; vt inquit Viuius vbi ſuprà, nu. 6.
7 verſic. Sed aduerte, id enim minus eſt verum, quoniam † locator non tantum ad damna, & intereſſe, ſed tenetur etiam principaliter præſtare, vt conductor re locata vtatur, & fruatur, & nè inde expellatur, præter eos caſus, qui enarrantur in l.ęde, C.locati, & benè id probat textu sin l.ſi quis damnum, ff.eod.tit. vbi ſi quis domum à ſe bona fide emptam locauerit, eaque à vero Domino fuerit euicta, citrà culpam locatoris: inquit textus, nihilominus eum teneri erga conductorem, & vt pręſtet frui licere, quod conduxit; quod ſi dominus, qui euicit, non patiatur, & locator paratus ſit aliam nō minus commodam habitationem præſtare, ęquiſsimum fore, vt lo
8 cator abſoluatur; probat ergo iſta lex ſatis clarè, † locatorem eſſe obligatum præcisè ad faciendum, vt conductor re locata frui poſſit, & minus eſſe verum, vt præſtando intereſſe, liberetur: immò hic textus loquitur in fortioribus terminis, nempè, cum euictio ſequuta eſt abſque culpa locatoris; Multo ergo magis in noſtra quæſtione, in qua præſupponitur eius culpa, alienando duobus, videlicet, vendendo rem prius alteri obligatam; ad idem applicantur l. ſi in lege, §. ſi colonus, & in §. fina.ff. ibid. & clariſsimus textus in l. cum in plures, eod.tit. ex quibus fit indubitatum, quod locator eſt obligatus facere, vt conductor re locata frui poſsit. Notat Pedemont. deciſ.155.num.quarto.

Nec tacenda eſt l.ſi merces, in §.qui fundum, eod.tit. Qui domū locat (habetur ibi) ſi durante locatione alteri vendat, curare debet, & cum eo pacto vendere, vt emptor permittat conductorem frui durante locatione; alioquin ſi is ab emptore prohibeatur, aget ex conducto contra locatorem; Si conductori datur actio ex conducto contra locatorem, vtique hæc actio competit ad conſequendam rem locatam, vt ea frui poſsit; vt probat text.in d.l.ſi in lege, §. finali, & d.l.ſi merces, §.qui fundum, ff.locati.

9 Si igitur † conductori datur actio ad rem conſequendam, ergo & danda eſt exceptio, cum poſsidet ad eam retinendam, l.inuitus, §.cui damus, ff.de Reg.iur.

Minus

10 Minus obſtat † ſi obijciatur text.in l.emptorem, C.locati, vbi diſponitur, ſingularem ſucceſſorem non teneri ſtare colono; quoniam dupliciter reſpondetur.

Primò, negando conſequentiam: quia non ſequitur, emptor non tenetur approbare locationem, nec ei ſtare tenetur, ergo poteſt expellere conductorem; quia ſtant illa ſimul, vt non approbet locationem, & agat contra venditorem ad damna, & intereſſe, ob non traditam liberam poſſeſsionem, ex notatis in d. l. quoties; & conductor rem locatam retineat vigore hypothecæ, prout quando poſsidet, retinere poteſt, iuxta Alex. in conſ. 122. num. 10. libro 5. qui alios citat.

11 Secundò † reſpondetur, illam l. emptor, non procedere in caſu iurato: quoniam obligatur locator præcisè ad obſeruantiam promiſſorum, & cum vigore promiſsionis iuratæ teneatur manutenere conductorem in pacifica poſſeſsione rei locatæ, vtique cogi poteſt ad obſeruantiam, quoniam iuramentum obligat præcisè ad factum, vt liquet ex congeſtis ſuprà, in 12. Effectu huius quartæ part. verſ. Quod iuramentum.

12 Et licet † aliqui tenuerint iuramento non obſtante liberari promiſſorem ſoluendo intereſſe, vt notarunt Corneus, Neguſant. & alij ſupra relati in d. Effectu 12 in verſ. Contrarium vult, verior tamen videtur contraria ſententia, quamplurium Doctorum Eccellentium authoritate ſuffulta, de quibus in eodem Effectu 12. in principio.

His ad ſtipulatur vrgentiſsimus textus in l. quoties, C. de rei ven-
13 dicat. vbi † ſi quis vendat rem duobus, ille præfertur cui prius eſt facta traditio; in terminis noſtræ quæſtionis, res primum tradita eſt primo conductori, ergo præferendus, & retinere poterit in vim dictæ legis.

14 Nec dicatur, eam loqui de venditionem; quoniam † venditio, & locatio eiſdem regulis iudicantur, ad l. 2. ff. locati. Nullaque ratio aſsignatur; cur ſecùs id procedat in venditione, quam in locatione, merito idem ius conſtituendum, l. à Titio, de verb. obligat.

15 Nec † me præterit nonnullos adnotaſſe, quod ea l. quoties, non habet locum in contractu locationis, vt in hoc perſuadendò laborat ibi Iaſ. num. 32. verſic. Tertiodecimo, & Couarru. lib. 2. variar.
16 reſolut. cap. 19. num. 6. Quoniam † verior eſt ſentencia affirmatiua, ſaltem quando conductor volens præferri, poſsidet, vt affirmat Socin. in conſi. 29. nu. 3. & 7. libro quarto, & comprobat Rota in deciſ. Biſigneti, vnica, de loca. & conduct.

Et licet in vltimo impreſsis in eod. tit. de loca. & conduct. in antiq. in ſecunda deciſ. prædicta deciſio non ſit extenſa, & bonus impreſſor dicat eam fore videndam in eodem tit. infra, in deciſ. Biſigneti,

gneti infra nihilominus eam ponere inter deciſiones Biſigneti, fuit oblitus, ſed dumtaxat remiſit ſe ad dictam deciſ. ſecundam de loca. in antiqu.

Habes illam amantiſsime Lector in vetuſtis impreſsionibus, fol. 144. in titu. de loca. inter deciſiones Biſigneti, & quoniam eſt pulchra deciſio, & amputat huiuſmodi difficultatem, & forſan non habes eas vetuſtas impreſsiones, operæ precium viſum eſt, eius tenorem inſerere de verbo ad verbum; videlicet.

De locato, & conducto Rubr. fol. 144.

17 Vtrum † l. quoties, C. de rei vendic. habeat locum in locatione? vt ſi locaui rem duobus, vni primo, & alteri ſecundo, cui rem locatam, ſeu detentionem prius tradidi, ſit potior, & non poſsit expelli per priorem, nec ad eius inſtantiam; videtur quod potior ſecundus, per illam legem, quæ licet loquatur in venditione, tamen vi-
18 detur, † quod idem ſeruari debeat in locatione, quia locatio, & conductio proxima eſt emptioni, & venditioni, eiſdemque iuris regulis conſiſtit, l. 2. ff. loca. Pro hoc bene facit, quia ratio diuerſitatis aſsignata per Doctores, inter locationem, & venditionem, quarè in matrimonio potius eſt primum non conſumatum carnali copula, quam ſecundum conſumatum, ita preciſè habetus, & vt creditur corruptè. Et tamen in conſumatione potius eſt ſecundum, conſumata traditione, vt extra de ſponſal. cap. ſi inter, & de ſponſal. duorum, cap. licet, & cap. fina. Ratio diuerſitatis in d. cap. fina. redditur per Hoſtienſ. & Io. Andr. in nouella, quę facit pro iſta parte, quam ibi vide. In oppoſitum facit, quia in locatione per traditionem nullum ius reale iure conſtituitur, C. locati, l. emptorem, ideo traditio nil videtur detrahere primæ obligationi perſonali cō petenti primo conductori, ſed competit vtrique conductori actio
19 perſonalis, & † in actionibus perſonalibus non attenditur prioritas, nec poſterioritas, l. priuilegia, cum ſua materia, ff. de priuil. credit. imò videtur quod primus ſit potior, per l. in operis, ff. locati, ſed ibi neutri facta erat traditio, poteſt dici, quod ſecundus, cui facta eſt traditio, ſi teneat rem locatam, per viam exceptionis ſit potior, & per viam retentionis, & exceptionis poſsit ſe defendere: quia primo conductori contra eum agenti ſe defendet, quod ſibi non tenetur rem reſtituere, quia in re nullum ius reale habet, nec res aliquo iure reali ſibi affecta eſt; nec ipſe ſecundus aliqua perſonali actione ſibi tenetur, quia ſecum non contraxit, vel quaſi, nec in cū deliquit, nec quaſi; ſed ſi ſecundus non teneret, immò cecidiſſet à detentione, & ageret forſan contra primum, ad quem rei detentatio peruenit, vel contra tertium detinentem, tunc non eſſet potior, quia traditio primo ſibi facta, nullo iure reali rem ſibi affecit, vt d. l. emptorem; Nec eos habet aliqua actione perſonali obligatos, cum

quibus

quibus non contraxit, nec quaſi, &c. Et ſi poſſeſsio reueniſſet ad locatorem, tunc ambo agerent contra eum; ibi dico, quod ſecundus non eſſet potior, licet ſemel res fuiſſet tradita, ex quo per hoc fuit reali iure affecta; ſed tunc crederem primum præferendum in rei aſſequutione, vt d.l.in operis,ff.locati; & Dominum locatorem ſecundo teneri ad intereſſe.

Hactenus Rota. In confirmationem videas notata per Gabriel. de emptio.& vendit.Concluſ.2.num.5. Adde l. qui Balneum, l. ſi prior,§.fina.ff.qui potior.in pig.hab.l.diuerſis, C. eod. tit. Pedem. deciſ.133.num.quarto.

20 Quid autem † iuris in ſingulari ſucceſſore neceſſario, an teneatur ſtare locationi, declarat Tiraquell. de retractu conuention.§.3. gloſ.prima,num. 15. ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ dotis, opponi poteſt etiam poſt factam dotis receptæ confeſſionem.*

2 *Quid ſi medio iuramento facta eſt confeſſio?*

3 *Quid ſi poſt factam confeſſionem maritus diu præſtitit alimenta.*

Effectus CLIII.

1 NOn † numeratæ dotis exceptionem maritus opponere valet, etiam poſt receptę dotis factam confeſsionem, ad tot.titul.C.de dote cau.non numer. Duenn. Reg.260.

2 num. 9. Quid autem † ſi maritus medio iuramento aſſeruerit ſibi ſatisfactum, & non numeratæ dotis exceptioni renunciauerit? vtique ſibi præiudicare huiuſmodi iuramentum firmant Doctores relati per Viui. in Opin.148.nume.5.vbi de Communi. Alciat.in c.cum contingat,num.175. verſ. ſed difficultas eſt, de iureiur.Socin.l.1.nu.83.ff.ſol.matrim.

3 Fallit † etiam vbi maritus poſt dotis promiſsionem diu alimenta præſtitiſſet vxori, quia dotis ſolutio præſumeretur. Grammat. deciſ.103.num.5. de communi, Cephal.conſ.448.num.23.lib.3. Viui.d.Opin. 148.num.3.Gozadin.conſil.42.num.13. verſ.quarto instrum. Quamuis Socin.in d.l.1.num.80. ff.ſoluto matrimon. dubitet de huiuſmodi limitatione, niſi lapſum fuerit decennium.

Vide ad iſtam materiam quæ diximus in tracta.de Confeſsio.in 2. cap. num.... verſ. Quæritur autem, & verſiculo ſequenti, & in quarta Limitatio. vbi de hac materia diffusè agitur, ad ibi deducta te remitto.

SVMMARIVM.

1 *Statuto prohibente aliquem contractum fieri, ſi fiat, an iuramento firmetur.*

Effectus CLIIII.

1 QVæritur † ſi Statutum publica ſuadente vtilitate aliquid emi vetet, vt puta prohibens nè fiat talis venditio, an ſi fiat iuramento firmetur? Examinat Stracca, de emptio. quæſtio.3.num.55.ſed quia huiuſmodi quæſtio diſſoluitur ex latè notatis ſuprà in hacmet quarta parte, in primo Effectu in quarta quæſtio. non eſt vlterius inſiſtendum, ad ibi congeſta te remitto, ſubdens, non procedere abſque difficultate, an iuri prohibitiuo poſsit cum iuramento renunciari, vt per Tiraquel. in pręfatio.l.ſi vnquam, num.154.C.de reuoc. donat.& Corneus in conſil.287.libro quarto, vide Decian. in conſi.39.num.77.lib.2.Gozadin.in conſ.61.nu.7.Seraphin.de priuil.iuram.in priuileg.65.nu.7.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quandocumque intra biennium opponi poteſt.*
2 *Quid ſi iuratum fuerit verè pecuniam fuiſſe numeratam.*
3 *Quid ſi huic exceptioni medio iuramento fuerit renunciatum.*
4 *Sunt qui diſtinguant an incontinenti, vel ex interuallo fuerit renunciatum.*
5 *Author non tenet hanc diſtinctionem.*
6 *Quid de confitentibus ſe recepiſſe, & pro reſtitutione ſe obligant in forma Cameræ?*
7 *Præmiſſa procedunt in contractu mutui.*
8 *Quid ſi à ſacra pœnitentiaria fuerit obtenta abſolutio à iuramento?*

Effectus CLV.

1 EXceptio † non numeratæ pecuniæ quandocumque intra biennium opponi poteſt, l.in contractibus, C.de non numer.pecun. Quod ſi debitor medio iuramento ſe pecuniā recepiſſe confeſſus fuerit, non tranſit abſque difficultate, an ab huiuſmodi exceptione excludatur; & ſi apertè cautum ſit in l.finali, C.eod.tit.non eſſe differentiam quoad facultatem eius opponendæ, fuerit, aut non fuerit interpoſitum iuramentum, ſequitur

tur Grammat. conſil. ciuil. 63. nume. 3. & 4. Et de magis communi teſtatur Seraphin. de priuil. iuram. in priuileg. 60. nu. 31.

2 Niſi † iuratum fuerit verè pecuniam fuiſſe numeratam ad Fely. in cap. ſi cautio, nu. 46. verſ. ſed hanc ampliationem, de fide inſtrumen. Menoch. conſil. 39. num. 20. & ſeq. lib. 1. vide Seraphin. in d. priuileg. 60. num. 6. verſ. ſed ſi recipiens, & in verſ. præcedenti. Additionator ad Cappell. Tholoſan. in deciſ. 374. verſic. ſecùs autem ſi iuraſſet.

Quid ſi iuratum ſit, omnia, & ſingula in inſtrumento contenta eſſe vera, vide in meo tractatu, de confeſſ. cap. 2. num. . . . verſic. Quinta Limitatio.

3 Cæterum, ſi † fuiſſet huic exceptioni medio iuramento renunciatum, nonnullis placuit adhuc tali renunciatione non obſtante, eam opponi poſſe, vt refert Rimin. conſi. 140. num. 31. vbi teſtatur de communi, lib. 1. Quam in puncto iuris eſſe veriorem teſtatur Alciat. in cap. cum contingat, num. 177. de iureiur. dicit tamen nume. 178. in verſ. Non obſtat fundamentum, quod in practica non eſt recedendum ab opinione Bart. de qua ibid. nu. 175. verſ. ſed difficultas, quæ eſt, vt ſeruandum ſit iuramentum.

Alij diſtinguunt inter ius Ciuile, & Canonicum, nempè, quod iuxta leges Ciuiles iurata renunciatio non officiat, ex d. l. fina. C. de non numer. pecun. ſed ſecùs ſit ex diſpoſitione Iuris Canonici, iuxta quod Iuramentum ſemper eſt obſeruandum, vbi ſine periculo ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ad deducta ſuprà, in 1. Effectu, & notant Cappell. Tholoſana, deciſ. 374. vbi Additionator, & Felyn. in cap. ſi cautio, num. 50. de fide inſtrument. Aretin. in §. idem iuris, nu. 37. Inſtit. de exception. Seraphin. d. priuileg. 60. num. 11. verſic. & primo limita.

4 Nonnulli exiſtimarunt fore diſtinguendum, † an incontinenti in eodem inſtrumento, vel ex interuallo fuerit renunciatum, ad Felyn. in d. c. ſi cautio, num. 49. Alex. conſi. 179. num. 3. lib. 2. Iaſ. in §. fuerat, num. 79. & ſeq. Inſtitut. de action. Angel. in §. idem iuris, num. 36. Inſtitut. de exception. Addit. ad Cappell. Tholoſan. in deciſ. 374. verſic. quod intellige.

5 Sed verius † puto, etiam ſi incontinenti, & in eodem inſtrumento fuerit huic exceptioni medio iuramento renunciatum, vt amplius opponi non poſsit. Felyn. in d. c. ſi cautio, num. 50. vbi reſpondet ad l. final. C. de non numer. pecun. quod non loquitur de eo, qui iuret non excipere, & hoc præſertim procedit de iure Canonico, Marſil. in Singul. 327. Cappell. Tholoſana, deciſ. 374. Menoch. conſi. 39. num. 18. & ſeq. lib. 1. Felyn. in c. ſi diligenti, num. 29. verſi. ſed ſecùs, de foro compet. Corneus, de communi, conſi. 52. col. 2. verſ. licet enim dubitetur, lib. 1. Angel. d. §. idem iuris, nu. 37. Inſti-

tur.de exception. Iaſ.l.qui pecuniam,num.3.ff.ſi cert. petat. Alciat. c.cum contingat,num.175.verſi.ſed difficultas,de iureiur.cum alijs de quibus Seraphin.de priuil.iuram.priuil.60.nu.3.6. & 15.

6 Quid † dicendum de illis, qui fatentur ſe habuiſſe, & recepiſſe, pro reſtitutione ſe obligant in forma Cameræ, vt quotidie fit in vrbe, in omnibus inſtrumentis, quæ horatim celebrantur ſuper pecunijs quæ dantur ſuper ſocietatibus officiorum, & etiam in alijs, & eis obſtare talem Cameralem obligationem, ob prægnantes Clauſulas, & iuramentum in ea appoſita, firmauit Rota, vt per Mohedan.deciſ.30.quæ incipit: Coram R. P. D. Epiſcopo Aquenſi, & Tolome.deciſ.45.cuius eſt initium.Romana obligationis, in forma Cameræ, in manuſcriptis.

7 Et notabis † præmiſſa procedere in contractu mutui, in quo talis exceptio infrà biennium opponi valet; ſecùs eſt in alijs contractibus, in quibus intra 30.dies eſt opponenda, l.in contractibus, §. ſuper cæteris, C.de non numer. pecun.notat Afflict. in deciſ. 105. nu.2.Seraphin.de priuil.iuram.in priuil.60.nu.1.& 2.

8 Quid ſi † renuncians huic exceptioni ſe obligauerit in forma Cameræ, & poſtea obtinuerit à Sacra Pœnitentiaria, ſe abſolui ad effectum agendi, an per huiuſmodi exceptionem impediatur exequutio Cameralis obligationis? Et pro negatiua vide Tolome. deciſ.45. quæ incipit: Romana obligationis in forma Cameræ in manuſcriptis, & Mohedan. deciſ.30.incip. Coram R. P. D. Epiſcopo Aquen. ſimiliter in manuſcriptis.

Nonnullas alias Limitationes habes per Seraphin. in d. priuilegio 60.num.14. vſque ad finem, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Ingratitudo eſt iuſtiſſima cauſa reuocandæ donationis.*
2 *Pactum vt ingratitudinis cauſa donatio nequeat reuocari, non valet.*
3 *An huiuſmodi pactum iuramento firmetur.*
4 *Authoris ſententia.*
5 *Nil prohibet inimico donari.*

Effectus CLVI.

1 INgratitudo † eſt iuſtiſſima cauſa ad reuocandam donationem, 2 l.fina.C.de reuoc.donat.in tantum, vt nec † valeat pactum, vt ingratitudinis prætextu reuocari non poſſit, ad Bar. Bald. Speculat.& alios, relatos à Iaſ. in proœm. feudor. num.25. communique calculo eſt admiſſum. Viui. Opin.224.cum alijs per Seraph. de priuileg.iuram.in priuileg.108.in principio.

At

3 At non † leue eſt dubium an huiuſmodi pactum, de ea, etiam prætextu ingratitudinis non reuocanda iuramento firmetur, vt patet ex ibi deductis à Iaſ.& à Corneo, in conſil. 126.lib.1.Seraphin. in d. priuileg. 108. num.2. & multo magis ex congeſtis à Viuio, in Opin.224.verſ. Hoc verò limitatur, & in verſ.ſequenti, vbi grauiſſimi Doctores hincinde citantur, atteſtantes vtramque partem fore communiter approbatam; vide Ripam in d.l.fina.nu.180.quęſt. 54.& nu.182.C.de reuoc. donation.

4 Sed † mea quidem ſententia tenendum eſt,vbi donator ſponte, & ex certa ſcientia donat, promittitque donationem non reuocare,etiam ex cauſa futuræ ingratitudinis,idque firmat proprio iuramento,quod prorſus ſit irreuocabilis, ex inuiolabili Canonum diſpoſitione,quod ſemper iuramentum ſit obſeruandum, vbi abſq; diſpendio ſalutis ſeruari valeat,ad cap. ſi vero, de iureiur. cap.licet mulieres, eod.tit. in 6. cum alijs relatis in principio huius quartæ partis; Si ergo donator liberè donare voluit,& cogitauit de futura donatarij ingratitudine, ob quam iuris beneficio donationem infringere potuiſſet, & ea non obſtante donationem ratam manere voluit,nil releuans deducitur,cur eius volūtas ſeruari non debeat: Cum ſi donatarius fuiſſet tunc ingratus, imò manifeſtus inimicus,
5 & ei donare voluiſſet, nullam vidi legem, quæ † inimico donare prohibeat, quamuis non deſint, qui huic opinioni contradicant, de quibus Tiraquel.in præfatio.l.ſi vnquam,num.155.C.de reuoc. donation.

SVMMARIVM.

1 *Citatus in domo ſolitæ habitationis, præſumitur habuiſſe notitiam citationis.*
2 *Iuramentum tollit præſumptionem ſcientiæ.*
3 *Procedit quando agitur de paruo præiudicio.*
4 *Sed limita quando aliter quam iuramento ignorantia probari poſſit.*

Effectus CLVII.

1 Citatus † ad domum ſolitæ habitationis,prçſumitur habuiſſe ſcientiam citationis,ad congeſta per Tiraqu.de retrac. lignag.§.9.gloſ.2.nu.40.quibus adde Iaffred.deciſ.3.verſ. Quando autem, centur.prima.

2 Iuramentum † autem à citato præſtitum, quod nullam eius notitiam habuerit,tollit illam ſcientiæ præſumptionem, ad c. cum in tua,qui matrimon.accuſ.poſſ.cum alijs de quibus Seraphin. de priuil.iuram.priuil.quarto,num.139.

3 Aduertendum † eſt autem, ſimpliciter id non procedere, ſed dumtaxat, quando agitur de paruo præiudicio; ex notatis à Croto, in Repetit. l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 49. verſ. Iſtud tamen videtur abſurdum, de verbor. obligat. Burſat. conſ. 143. nu. 53. lib. 2. Seraphin. d. priuileg. quarto, num. 100.

4 Et rurſus † non procedit, quando aliter, quam iureiurando ignorantia probari poſſet; ad Felyn. in c. 2. num. 12. de conſtitution. Seraphin. in d. priuileg. quarto, num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Nuncio citaſſe referenti credendum eſt.*
2 *Quid ſi citatus medio iuramento id neget?*
3 *Quid ſi negans eſſet perſona honeſta, & valdè legalis? crederetur.*
4 *Limitatio illa eſt periculoſa.*
5 *Ciceronis ſententia, quod non ſit credendum, etiam ſi eſſet Scipio Africanus.*
6 *Scæuolæ conformis opinio.*
7 *Ex qualitate perſonæ non eſt recedendum à diſpoſitione iuris.*
8 *Receditur ſæpius à regulis iuris ex qualitate perſonarum.*
9 *Periculoſum eſt huiuſmodi probos viros diſcernere.*
10 *Vbi tractatur de Tertij præiudicio, non attenditur talis probitas.*

Effectus CLVIII.

1 NVncio † referenti citaſſe Petrum, ratione ſui officij credendum eſt, ad c. cum paratus, vbi gloſ. & alij notant, de appellat. Viui. Opin. 556.

2 Quid † ſi citatus contendat ſe non fuiſſe citatum, idque medio iuramento affirmaturum ſe aſſerat, cui magis erit credendum? Et indubitatum eſt, Nuncio publico magis credi, niſi ci-
3 tatus † eſſet perſona valdè honeſta, & fide digna; tunc enim ob perſonæ qualitatem magis ſibi, quam Nuncio credendum, pluribus, & quidem grauiſsimis patribus placuit, relatis à Viuio, Opin. 555. num. 5. Seraphin. de priuileg. iuramen. in priuileg. quarto, num. 101. & ſequent.

4 Quæ † limitatio mihi videtur admodum periculoſa: quoniam omnibus in cauſa propria teſtimonium perhibendi facultas eſt interdicta, ad l. nullus, ff. & l. omnibus, C. de teſtibus, & perſonæ dignitas in teſtificando derogare non debet legum diſpoſitioni, vt cauetur in l. iuriſiurandi, in fine, C. de teſtib. Huic ſententiæ con-
5 cinit † Cicero in Oratione pro Sexto Roſcio Amerino, volum. 1.

orationum ita formaliter inquiens videlicet: Itaque more maiorũ conſtitutum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſsimi teſtimonium de re ſua non dicerent: Africanus, qui ſuo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe, tamen ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret: nam illud in talem virum non audeo dicere, & ſi diceret, non crederetur; Conſonat Bald. in c. 1. in final. verbis, vt lite non conteſta; inquiens, ob vitæ meritum à iuris diſpoſitione non fore recedendum; Cui quadrat Auli Gellij authoritas, lib. 14. Noctium Atticarũ, c. 2. vbi electus iudex pronunciare noluit aduerſus reum malæ famę, & de alijs mendacijs conuictum, ad fauorem actoris expertæ fidei, exemplaris, & probatiſsimę vitæ, quia id quod petebat, non probauerat concludenter, quoniã agebatur, inquit, in iudicio de pecunia reſtituenda, non autem de probitate, & moribus litigantium: ideo cum Actor legitimè non probaſſet, reum aduerſus regulam iuris condemnare noluit; Et ad-
6 modum alludit Valerius Maximus, lib. quarto, dum † refert Clariſsimi viri Quinti Scæuolæ teſtimonium in iudicio redditum, qui diſcedens inquit, adiecit, ita ſibi credi oportere, ſi & alij idem aſſeueraſſent, quoniam vnius teſtimonio credi peſsimi foret exempli; Quod ſi vir ille præclarus ita exiſtimabat, vbi erat teſtis in facto alieno, in quo nullum intereſſe prætendebat, quanto magis ita cẽſuiſſet, vbi fuiſſet teſtis in cauſa propria.

Hinc gloſ. in cap. miramur, ſuper ver. perſona, 61. diſtinct. nota-
7 uit; intuitu † perſonæ à iuris diſpoſitione non fore recedendum, cũ ſimilibus adnotatis à Tiraquel. de pœnis temperand. Cau. 51. nu. 7. & 8. Et his alludit tex. in l. exemplo. C. de probatio. vbi ſancitur perniciosum exemplum eſſe, vt credatur propriæ ſcripturæ ad fauorem ſcribentis.

8 Et licet † in quampluribus caſibus ex probitate perſonæ recedatur à regulis iuris, vt proſequitur Iaſ. in l. iubemus, num. 10. & ſequ. C. de iudic. & per multa more ſuo in id cumulatiſsimè refert Tiraq. in d. Cauſa 51. vbi per totam quamplurima adducit in vtramque partem.

9 Attamen, quia † nimis eſt periculoſum probos huiuſmodi viros dignoſcere, cum ſępenumero homines multis ſceleribus ſint inuoluti, qui in virtute magni exiſtimantur, vt dicitur in cap. citius, de pœnitent. diſtinct. 2. ideo bonitatis huius prætextu à iuris communis diſpoſitione recedere non auderem.

Præſertim, quod in quæſtione de qua agitur, tractatur de tertij præiudicio, eius ſcilicet, quo inſtante Nuncius citaſſe retulit, cui
10 ratione officij de iure creditur ex præmiſsis; Et † vbi de tertij præiudicio tractatur, bonitas Aduerſarij non venit attendenda, ad Iaſon in l. qui accuſare, numero vndecimo, & duodecimo.

C. de eden. Seraphin. dicto priuileg. quarto, num. 124. in 15. Limitatione.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſtrictè interpretandum, nec extendendum eſt.*
2 *Cum agitur de animæ periculo, fit durior interpretatio.*
3 *Tutius eſt obſeruare, vel ad ſuperiorem recurrere.*
4 *Authoris diſtinctio.*

Effectus CLIX.

1 IVramentum † ſtrictè fore interpretandum, nec vllo modo extendendum ob periurij periculum, deducitur ex c. penult. de iureiur. & ex c. cum Clerici, de verb. ſignificat. Federic. de Sen. conſil. 210. num. 2. Crot. conſi. 120. num. 42. lib. 1. Decian. conſil. 2. num. 137. lib. 3. Boer. deciſ. 284. nu. 11. verſ. ſed contra iſtam.

Obſtare videtur huic Concluſioni id, quod quampluribus pla-
2 cuit, vt † quando agitur de animæ periculo, tunc animæ fauore fiat durior interpretatio, & etiam extenſio, ad effectum, vt iuramentũ potius obſeruetur, & incurrendi periurij occaſio euitetur, quam illud ſtrictè interpretando, dare occaſionem peierandi, argumento cap. iuuenis, de ſponſali. vt aduertit gloſ. notabilis cap. vnico, ſuper ver. æſtimare, de Scrutin. in ordi. faciend. & bene Caſſador. in deciſ. quinta, num. 7. verſ. Nihilominus pia, de conſtitution. Calcane. cõſil. 26. num. 21. Felyn. d. cap. dudum, num. 14. de præſumpt. Alciat. præſumpti. 44. num. 18. Reg. 3. Alex. conſil. 27. num. 9. lib. 1. Iaſ. Authe. Sacramenta, num. 7. C. ſi aduerſ. vendit. & in l. ſi quis maior, nume. 8. de tranſaction.

Summa Armilla, ſuper ver. iurare, num. 37. dicit, in dubijs iurantem non teneri, quia iuſiurandum ſtrictè eſt interpretandum; Tu-
3 tius † tamen eſſe, quod illud ſeruet, vel recurrat ad ſuperiorem.
4 Exiſtimarem † poſſe diſtingui, an iurans, vt reus conueniatur ad obſeruantiam iuramenti, & tunc quoniam Actor ſe fundat in dubia probatione, locus eſſet abſolutioni, quoniam iuxta triualẽ Regulam, Actoris probatio debet eſſe concludens; in alijs verò caſib. adhærendum fore poſteriori ſententiæ, quæ pro ſalute animæ tutior apparet; vide nonnulla quæ congerit Seraphin. de priuileg. iuramen. in priuileg. 147. num. 12. & ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Communionem, aut ſocietatem continuare nemo cogitur.*
2 *Quid ſi partes medio iureiurando ſe obligauerint ad perſiſtendum, & num. 3.*

Com-

4 *Communio ſæpe parit diſſenſiones.*
5 *Iudex ex officio ſcandalis occurrere debet.*
6 *Pactum appoſitum de non diuidendo ſuper re non patiente commodam diuiſionem ſeruandum eſt.*

Effectus CLX.

1 COmmunionem † continuare, & in ſocietate perſeuerare nemo cogitur, ad l.fin. C.communi diuid. cum alijs, de quibus Marſil.in ſing.9.

Quid † ſi partes medio iuramento ſe obligauerint ad
2 perſiſtendum in communione? & Rubeus teſtans de communi, in conſi.89.num.3.& verſ.non obſtat ſecundum, affirmat ob præſtitum iuramentum non licere à communione recedere; pluresq́; alios in eandem ſententiam citat Pariſ.in conſi.127.num.2. & ſeq. lib.quarto, & latè examinant Seraph.de priuil.iuram.priu.58.

3 Oppoſitum † viſum eſt alijs relatis à Viu.opin.460.num.2.in fi. & licet Seraph.varios caſus ponderet, vt ibi videre poteris, nos aliter opinantes diſtinguendum fore putamus, quod aut communio poteſt in pace continuari, & tunc ſtandum ſit Regulæ quod ſemper iuſiurandum ſit obſeruandum, cum fieri poteſt abſque periculo corporis, & animæ, ad c.cum contingat, de iureiur.c.fin. vel ſ.iuramentum itaque, 22.quæſt.1.

4 At † quia communio ſæpè parit diſcordias, & diſſenſiones, iuxta l.cum pater, §.dulciſsimis, de leg.2. & ideo nequit ob ſuperuentam diſſenſionem ſocietas uel communio ſine periculo cõtinuari, & tunc quoniam iureiurando licet ex noua cauſa abſque periurij labe contrauenire, fas erit ab illa reſilire, nè vlteriores diſcordiæ oriantur; ex his quæ notata ſunt ſuprà, in primo Effectu, q.6. & quia vt ibidem deductum eſt, iuſiurandum intelligitur, rebus ſic ſtantibus, ibi vide.

Abſurdiſsimum namque foret, vt ſuborta inter ſocios diſcordia, vel inter poſsidentes pro indiuiſo, iudex ob iuramenti religionem cogeret illos ad perſeuerandum, quoniam daretur occaſio ali
5 cuius ſcandali, vt patet ad ſenſum: cui † iudex ex ſuo officio omnibus uiribus occurrere debet, & nè ſuccedant prouidere, ad l.æquiſſimum, de vſufructu, ad l.non eſt ſingulis, ff.de reg.iur. Tali ſi quidem caſu iuramentum contra regulam iuris eſſet uinculum iniquitatis.

Et his arrident deducta ſupra, in primo Effectu, in princ. quæ omnino videas, quoniam valde conſonant ad huiuſmodi diſtinctionem.

6 Et vbi † pactum de non diuidendo appoſitum eſſet alicui rei

non

non patienti commodam diuiſionem, tunc obſeruandum notauit Pariſ.in d.conſi.127.num.16. lib.quarto.

SVMMARIVM.

1 *Is cui pecuniæ datæ ſunt pro redimendis captiuis, proprio iuraměto probat pecunias in hunc vſum fuiſſe conuerſas.*
2 *An id procedat in minutis tantum impenſis, vel etiam in magnis.*

Effectus CLXI.

1 NEc leuis eſt ponderis Effectus, qui ſumitur ex l.penult.C. de donation.in illis verbis: ſed tantummodo ſacramentum præſtare; vt † ſcilicet is ad cuius manus pecuniæ peruenerunt ad effectum redimendi captiuos, quod pecuniæ erogationem in eam cauſam expendiſſe probare valeat proprio iuramento vt clariſsimè diſponitur in illo textu.

2 An † autem id procedat in minutis dumtaxat impenſis, vt pleríque cenſuerunt, quæ aliter probari nequeunt, vel etiam in magnis, latè, & benè diſcutit Rimin.iun.in repet.§.1.num.1361.& ſequen.Inſtit.de donat.vbi videre poteris, quoniam eius dicta tranſplantare non cenſui; & vide Seraphin.de priuileg. iuramen.priuileg.32. num.19.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta pro domo reparanda, valet abſque inſinuatione.*
2 *Pecunia in hunc effectum largita in alium vſum conuerti nequit.*
3 *In hunc vſum eſſe conuerſam probatur iuramento donatarij.*

Effectus CLXII.

1 HAbebas magna, amplaque ædificia, quæ incendio, vel ruina conſumpta ſunt, pro illorum reparatione Octauius amicus tibi donauit aureos mille, † quæ donatio valet abſque alia inſinuatione, vt probatur in l.penult.
2 in prima parte, C.de donation.† ſummaq; ad hunc effectum largita, in alium vſum conuerti nequit, vt cauetur ibidem.
3 Quod ſi quæſtio ſuboriatur † an tota ſumma donata expenſa fuerit in refectionem, donatarius id proprio ſacramento probare poterit; vt clarè diſponitur ibid.& adnotant in ead.l.Bald.num.3. & Salic.num.1. & Rimin.iun. in §.1.num.1370.& ſeq. Inſtitut.de dona-

donation. ibiq; reddit congruam rationem: quoniam cum ad domum reficiendam in varias res, diuerſasque perſonas, varijsq; temporibus pecunias erogare neceſſe ſit, difficile admodum foret ſemper in his adhibere teſtes, & inſtrumenta conficere; Proinde ſuccurritur ei, vt proprio iuramento huiuſmodi impenſas probare valeat; & quidem æquitate ſuadente id ſancitum fuit, cum eius fides & induſtria circa hoc electa uideatur, eiusq; perſona approbata, vt aduertit Rimin. in d. §. 1. nu. 1369.

SVMMARIVM.

1 *Lis eſt intimanda venditori, aliàs de euictione non tenetur.*

2 *Fallit in venditore, qui medio iuramento litem defendere promiſit, qui ſi ſciat litem motam, tenetur defendere etiam irrequiſitus.*

3 *Quæ limitatio eſt periculoſa, ideo tutius eſt intimare litem venditori.*

Effectus CLXIII.

1 EMptor † moleſtatus niſi ſuo authori moleſtias denunciet, requiratque, vt veniat ad defendendum, agere nequit de euictione, ad l. emptor, C. de euiction. Fely. c. cum M. Ferrarienſis, nu. 65. de conſtitutio. Alexandr. in repet. §. morte, l. non ſolum, num. 677. & ſeq. de oper. no. nunc.

2 Limitatur paſsim, & magnus eſt iuramenti Effectus, † vt nō procedat, quando venditor cum iuramento ad euictionem ſe obligauit. Addit. ad Cappel. Tholoſ. in quæſt. 407. verſ. quinto, niſi uendens. Alex. in d. §. morte, num. 687. Roland. qui alios citat, in conſ. 6. num. 48. lib. 1. Quod tamen intellige, dummodo ſciat litem eſſe motam, vt loquuntur præallegati Doctores.

3 Cæterum, † huiuſmodi limitatio, quamuis grauiſsimis ſuffulta authoritatibus, magnos & graues habet contradictores, & nec leuibus motiuis eam impugnat Caballin. de euiction. §. 3. nume. 54. & plurib. ſeq. vbi latè materiam diſcutit, nonnulla pro, & contra deducit Lopez, videndus in repetit. c. per veſtras, in fi. num. 31. & ſequen. de donation. inter vir. & vxor. & meo quidem iudicio tutius eſt intimare litem, & emptorem tutum de euictione reddere, diſputationesq; euitare, quæ citrà magnum litigātium præiudicium fieri nequeunt.

Agit de hac materia Seraph. de priuil. iuram. priu. 49. quem videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitas quoad ſpiritualia, & reatum periurij non ligatur iuramento Syndici.*

Con-

2 *Contrauenireque poteſt iurato contractui facto per eius Syndicum abſque metu periurij.*
3 *Ex facto Syndici nequit Vniuerſitas excommunicari.*
4 *Quoad robur, & validitatem contractus, illius iuramento ligatur.*

Effectus CLXIIII.

1 QVæritur, an † Vniuerſitas Syndici ſui iuramento ligetur? Et quoad ſpiritualia pœnasque periurij concluditur nō teneri: quoniam iuſiurandum animam vincit, qua caret ipſa Vniuerſitas, abſurdumque foret, vt ex Syndici iuramento ligarentur pupilli, infantes, & alij, qui non iurarunt: ſi quidem Vniuerſitas eſt aliud quid à perſonis ſingulorum Vniuerſitatis. vide Beroum in conſ.8.num.18.& plurib.ſequen.lib.3. Nattam, conſi.548.nu.43.& ſequen.lib.3.Corne. conſi.48.col.1.verſi. tamen his. lib.3.

2 Proinde † valet Vniuerſitas abſque labe periurij contrauenire Syndici iuramento, etiam nulla petita abſolutione, Berous d.conſil.8.num.23.& ſeq.quoniam periurium in eam non cadit. Natta, d.conſ.598.num.13.lib.3.

3 Hinc etiam ſcaturit, † quod ex facto Syndici nequit Vniuerſitas excommunicari, Berous, d.conſ. 8.nu.20.

4 Quo † verò ad contractus robur & validitatem, iuramentum illum confirmat, & Vniuerſitatem obligat, ad Iaſ. in prælud. feudor. num.93.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum magis operatur negatiuè quam affirmatiuè interpoſitum, & quare.*
2 *Pactum negatiuum comprehendit hæredes, ſecùs eſt in affirmatiuo.*
3 *Numerus pluralis in oratione affirmatiua non verificatur in vno, ſecus autem in negatiua.*
4 *Sermo negatiuus in primo actu non finitur, ſecùs in affirmatiuo.*
5 *Indefinita æquipollet vniuerſali ex interpretatione, ſecùs autem ex proprietate, attamen ſecùs eſt ſi negatiuè proferatur.*
6 *Filiorum appellatione veniunt fœminæ ex interpretatione, ſecùs autem ſi de filijs fiat mentio per verba negatiua.*
7 *Donationis appellatione in ſermone affirmatiuo non venit donatio cauſa mortis, ſecùs in oratione negatiua.*

Effectus

Effectus CLXV.

1 IVramentum † ſuper facto negatiuo interpoſitum magis operatur, quam ſuper affirmatiuo, tollit enim non tantum actionẽ, ſed aliud quodcumque remedium, ex deductis per Pariſ. in conſ.97.num.45.lib.1. Tyberius Decian.conſi.1. nu.65.lib.2. eaque eſt ratio: quoniam negatio potentius operatur in caſu negato, quam in facto affirmato affirmatio faciat. Decian.ibid.nu.60. Pedem.deciſ.100.nu.44.

2 Hinc eſt, † quod pactum negatiuum comprehendit hæredes, quod non facit affirmatiuum. Decian.in d.conſi.1.nu.67.lib.2.

3 Et † in Oratione affirmatiua numerus pluralis non verificatur in vno, vbi in negatiua oppoſitum habetur, ſecundum Decian.ibi. nu.68.qui & alia dat exempla.

4 Sermo † negatiuus in primo actu non finitur, & contrarium dicitur in affirmatiuo. vide Felyn.exemplificantem in c.fin. verſ.fallit ſexto, de treug.& pace. Decian.ibid.nume.63. Roland.de lucro dot. quæſt.31.num.8.

5 Indefinita † æquipollet vniuerſali ex benignitate, non autem ex proprietate ſermonis, & ſecus eſt, vbi negatiuè concepta fuerit, ad Felyn.vbi ſupra, verſ.facit quod notat.

6 Appellatione † filiorum ex interpretatione fęminæ comprehenduntur, quod non procedit, vbi per verba negatiua facta eſt mentio filiorum. Riminald.ſenior, conſ.224.nu.74.& ſeq.lib.2.

7 Et † in ſermone affirmatiuo donationis appellatione non venit donatio cauſa mortis, cuius contrarium in affirmatiua oratione diſponitur. Riminald.in d.conſi.224. num.76. Decian.in d.conſil.1. num.62.lib.ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum obligat præcisè ad factum, & implendum eſt in forma ſpecifica.*
2 *Iurans capere talem in vxorem, nulla facta mentione dotis, an ſine dote accipere teneatur, & pro negatiua concluditur.*
3 *Iuramentum intelligitur iuxta naturam actus ſuper quo interponitur.*
4 *Matrimonium ſine dote non eſt faciendum.*

Effectus CLXVI.

IVrauit Aurelius accipere Iuliam in vxorem, nulla facta mentione dotis; quæſtionis eſt, an virtute iuriſiurandi cogendus veniat ad illam abſque aliqua dote deſponſandam?

1 Videbatur dicendum cogi poſſe; † quoniam iuramentum obligat præciſè ad factum, implendumque eſt in forma ſpecifica, ex his quæ ſupra deducta ſunt in 12. Effectu.

2 Contrarium † eſt verius, vt ſcilicet cogi nequeat, niſi cõgrua do
3 te conſtituta: cum iuſiurandum † veniat interpretandum ixta naturam actus, ſuper quo interponitur, cum omnibus eius qualitatibus, ex citatis ſupra in 8. Effectu, verſ. quod ſequatur.

4 Cautum † eſt enim, vt nullum ſine dote fiat matrimonium, ad c. aliter, & c. nullum, 30. q. 5. intereſtque Reipub. dotatas eſſe mulieres, & dotes earum conſeruari, l. 1. ff. ſolu. matrim. & ita in terminis noſtræ quæſtionis determinat Iaſ. in Auth. Præterea, num. 10. in ſecundo notab. C. vnde vir, & vxor, & ſequutus eſt Decian. in conſil. 49. num. 6. lib. 2. Sylua nuptia. concl. 11. non eſt nubendum, nu. 80. Viu. opin. 470. num. 2. verſ. quod quippe procedit. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 74. num. 47.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ in ſolutione quantitas iuramento probatur.*
2 *Quantum ſit creditum iuramento probetur, ſi conſtet de credito in genere.*
3 *Solutionem allegans, eam probare tenetur.*
4 *Hæredis iuramento non ſtatur.*
5 *Fallit ſi ſit informatus.*
6 *Quod ſit informatus creditur eius aſſertioni.*
7 *Vſurarius tenetur ad vſurarum reſtitutionem.*
8 *Probationes ſi tendunt ad diuerſum effectum, altera alteri non præiudicat.*

Effectus CLXVII.

NOtabilis eſt hic Effectus, ſumptus ex doctrina Io. Andr. in c. quamquam, num. quarto, de vſur. in 6. Simeon con dito teſtamento confeſſus eſt vſuras plures exegiſſe ex mutuatis ab eo pecunijs, vſque ad ſummam ſcutorum mille, & ſignanter exegiſſe à Petro, Ioanne, & Andrea, ac nonnullis alijs, quos non expreſſit, illaſq; reſtitui mandauit; incerta eſt illa ſoluta ab illis nominatis, & incogniti ſunt alij, quibus facienda eſt reſtitutio, iuxta formam teſtamenti, inquit Io. Andr. quod Epiſcopus vti exequutor, recipiet iuramentum ab illis nominatis, ſuper quantitate per eos ſoluta, & poſtea proponet edictum, quo monebit, vt ſi qui vllas vnquam Simeoni ſoluerint vſuras, compareant, & de ſolutione doceat, dabitque venientibus, quantum vnuſquiſ-

que

1 que ſe ſoluiſſe docebit, illiſque ſatisfactis, † eis tribus nominatis, quantum ſinguli ſoluiſſe iurabunt, & ſi quid ſuperſit dabit pauperibus, iuxta cap. cum tu, de vſur. ſequitur Burſat. conſil. 226. nume. 108. lib. 3.

2 Et vrgens † ratio datur, licet illi non dicant, quoniam cum conſtet ex confeſsione teſtatoris, quod illi nominati ſoluerunt vſuras, quæ ſunt reſtituendæ, tam iuris diſpoſitione, ex triuialibus, quam ex diſpoſitione ipſius teſtatoris, licet non liqueat de quantitate, ea probari valet iuramento creditoris, vt probatur ex deductis ſuprà, in Effectu 109.

Hinc autem opportunè quæritur, an ſtandum ſit iuramento eorum qui comparuerint, aſſerentium ſe vſuras teſtatori perſoluiſſe ob pecunias mutuatas? prout ſtatur iuramento illorum, qui à teſtatore nominati ſunt? Et breuiter pro negatiua reſpondeo, quoniam conſtat de credito illorum, quos teſtator nominauit, & confeſſus eſt vſuras eos perſoluiſſe, licet non liqueat de quantitate, & quando patens eſt creditum, licet incerta ſit eius quantitas, illa probari valet, vt proximè dictum eſt, iuramento creditoris. Alia ratio eſt in his comparentibus à teſtatore non ſpecificatis, de quorum
3 credito non aliter conſtat, quoniam † eis ſoluiſſe allegantibus, probandi onus incumbit, l. 2. cum alijs vulgaribus, ff. de probation.

4 Quid autem † ſi aliquis ex nominatis obierit, an ſtandum ſit iuramento hæredum ſuper vſurarum quantitate ſoluta? cum conſtet de illorum credito ex confeſsione teſtatoris? & non eſſe ſtandum, verius exiſtimamus: quoniam hæres non præſumitur informatus de quantitate, prout erat defunctus, qui perſoluit, l. generaliter, in princip. vbi notatur, C. de reb. credit. Menoch. conſi. 81. nume. 21. lib. 1. Afflict. deciſ. 169. num. 2. & 3. Alex. in l. fina. num. 7. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt.

5 Poſſet tamen † hæres iurare, ſi de rei veritate eſſet informatus. Alex. in d. l. fina. in fine. Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 169. num. 6. Rimin. ſen. conſil. 358. nume. 17. lib. 2. cum alijs de quibus Granuti. Teorema. 10. num. 28.

6 Et quod † ſit informatus, habeatque rei notitiam, inquit Rimina. in d. conſ. 358. nu. 17. eſſe credendum illius aſſertioni.

Et vt materia prorſus elucidetur, quæro, quid ſi tres illi nominati medio iuramento aſſerant vſurarum nomine ſoluiſſe aureos 600. Alijque comparentes probent ſe 700. perſoluiſſe; Quid tunc erit agendum? an hæres integram ſummam iuratam à nominatis, & probatam à comparentibus ſoluere ſit compellendus? vel ſoluenda ſint tantum ſcuta mille à teſtatore expreſſa in teſtamento? & tunc an diminuenda ſit ſumma iurata à nominatis, quaſi ſuſpectũ reddatur eorum iuramentum ex factis probationibus per compa-

rentes,

rentes, quorum ſumma diminui nequit, quoniam præſupponitur pro eorum parte vſurarum ſolutionem eſſe probatam, quo ſuppoſito, vt iam diximus, reſtitutio tam ex iuris, quam ex teſtatoris diſpoſitione eſt neceſſaria.

Hanc quæſtionem à nemine vidi tactam; crederem tamen, hæredem ad vtramque integram ſummam reſtituendam teneri; De ſumma probata per comparentes, nulla eſt dubitatio, quia nil vul-
7 garius, quam vt † vſurarius teneatur ad vſurarum reſtitutionem, ad cap. cum tu, de vſur. ad c. debitores, de iureiur. cum ſimilibus.

Reſtat difficultas quoad ſummam iuratam, quæ ceſſat, ſi verus eſt Effectus ſumptus ex præallegata doctrina Ioan. Andr. & aliorum, vt tali caſu quantitas iuramento probetur, ex quo de veritate crediti conſtat ex confeſsione teſtatoris, vt latius eſt deductum in Effectu 109.

8 Nec verum † eſt iuramentum reddi ſuſpectum ex factis probationibus per comparentes, quoniam obiectio procederet, ſi hæ probationes tenderent ad idem, ſed ex quo tendunt ad diuerſa, tunc huiuſmodi probatio per iuramentum remanet in ſuo ſtatu, ex deductis ſuprà, par. 2. artic. 6. in 33. Limitat. Nil enim impedit, ſtareq; poteſt, vt vtraque probatio vera ſit, & facta per nominatos, & facta per comparentes. Nec facit, quod teſtator expreſſerit de mille tantum: quoniam potuit erraſſe; Nec propterea ſequitur, vt ſi probata ſit maior ſumma exacta, quam ipſe expreſſerit, quin ad maiorem hanc probatam ſoluendam hæres teneatur, prout nemo dixerit, ſi teſtator mandet hæredi, vt reſtituat Octauio aureos centum, quos ei gratis mutuauit, ſi Octauius probet mutuaſſe ducentos, vt integra ducenta debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Generalis renunciatio facta à filijs de bonis parentum, non extenditur ad legitimam.*

2 *Fallit ſi ſit iurata.*

Effectus CLXVIII.

1 LEgitima † filijs ſuper parentum bonis adeo debetur, & in tantum eſt priuilegiata, vt generalis renunciatio ab illis facta de omnibus parentum bonis ad legitimam non extendatur, niſi de ea fiat ſpecifica mentio, ad l. ſi quando, §. fina. C. de inoffic. teſtam. Gram. deciſ. 101. num. 8. Iaſ. in l. prima, nu. 10. ſolu. matrim. Cur. ſeni. conſil. 75. num. 8. cum late congeſtis per Gabriel. Concluſ. 8. de legit. Tiraq. de iure primigen. quæſtio. 55. nu. 2. Seraphin. de priuileg. iurament. in priuileg. 70. nu. 12. & 13.

Verum-

2 Verumtamen † vbi generalis huiuſmodi renunciatio iurata fuerit filio præiudicat etiam quoad legitimam. Ripa, in l. prima, num. 68. ff. de vulg. & pupill. & in cap. 6. num. 8. in 1. lib. reſponſor. Menoch. conſil. 71. num. 24. lib. 1. Marcabru. conſil. 86. num. 71. & ſeq. & conſil. 20. num. 84. Decian. conſil. 6. num. 46. & 47. lib. 1. Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num. 144. C. de reuoc. donat. Cagnol. l. 2. num. 43. C. de reſcind. vendit. Alex. conſil. 133. num. 12. lib. 5. Socin. iun. conſil. 136. num. 27. lib. primo, & conſil. 130. nume. 21. & 22. lib. 3. Roland. conſil. 99. num. 45. lib. quarto, Iaſ. conſil. 207. num. 3. lib. 2. cum congeſtis à Gabr. de legiti. Concluſ. 8. num. 8. Quamuis Tiraquel. in d. præfat. num. 160. nonnullos in contrarium recenſeat. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 74. num. 16.

Et circa id aduertas ad ea quæ notat Pariſ. in conſi. 9. per totum, quem videas, lib. 3.

Quamuis autem huiuſmodi Concluſio ſit communior, multos tamen, & grauiſsimos contradictores habet, de quibus Gabr. dicta Concluſ. 8. num. 9. Ripa, in d. l. 1. num. 69. Et Craſſ. de vlti. voluntat. in §. legitima, quæſtio. 3. num. 13. teſtatur communiorem eſſe negatiuam ſententiam. Menoch. d. conſil. 71. num. 24. verſ. non ignoro. Boeri. deciſ. 3. num. 7. vbi de communi. Grammat. d. deciſ. 101. nu. 6. & alluduat congeſta per Tiraq. in d. præfatio. num. 149. & ſequ. Craſſ. de vlti. voluntat. in §. legitima, num. 13. Cephal. conſi. 94. nume. 35. & ſeq. lib. 1. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 70. nu. 12. verſ. in contrarium facit. Pariſ. conſ. 43. nu. 37. & ſeq. lib. 3.

Attamen, prior ſententia frequentiori calculo eſt recepta, vt liquet ex Gabriel. & alijs ſuprà relatis, & teſtantur Menoch. vbi ſuprà, necnon Burſat. in conſi. 115. num. 18. lib. 1. Seraphin. d. priuil. 70. num. 10. 11. & ſequent. & vide eius diſtinctionem, nu. 16. verſic. Ego tamen, & num. ſequen.

Immò nec deſunt, qui voluerint etiam ceſſante iuramento per generalem renunciationem cenſeri renunciatum etiam legitimæ; de quibus Seraphin. de priuil. iuram. in priuileg. 106. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Exhibere ſcripturam nemo cogitur quæ penes eum non reperitur, & huiuſmodi negatiua iuramento probatur.*

Effectus CLXIX.

1 NEmo † cogi poteſt ad exhibendam ſcripturã, quam penes ſe non habet; & huiuſmodi negatiuã probare valet proprio iuramento, ad l. fin. verſic. ſin autem dicat, C. de fi. inſtrum. Berous in conſil. 19. num. 4. & 5. lib. 3.

Cęterum, hæc Concluſio ſic generaliter intellecta, periculoſa eſt; At ne bis eadem repetantur, vide notata ſuprà, in Effectu 120. vbi hæc materia elucidatur.

SVMMARIVM.

1 *Affixa, vel iuncta ædibus, nequeunt alienari.*
2 *Ratio eſt, nè ſequatur deformitas.*
3 *Quid iuris ſi alienentur appoſito iuramento.*

Effectus CLXX.

1 AEdibus † iuncta, vel affixa, alienari nequeunt, l. cętera, ff. de legat. primo.

2 Ratio eſt, nè † inducatur odium, & conſequenter vrbis deformatio; ita Iaſ. in d. l. cætera, num. 5. & ibid. num. 6. & ſequen. dat tres limitationes, quas videre poteris.

Hinc infert Bart. in l. ſi quis pro eo, num. 7. de fideiuſſor. quod cum huiuſmodi prohibitio reſpiciat fauorem publicum ſi huiuſ-
3 modi † affixa, vel quibus iuncta etiam appoſito iuramento alienentur, quod venditio non ſuſtinetur.

Vide deducta ſuprà, in quæſt. 6. par. 1. vbi adſunt nonnulla, ex quibus hęc Bart. Concluſio poſſet impugnari, ſed ratione publicæ vtilitatis poteſt admitti.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia litis pacto litigantium prorogari nequit, & num. 15.*
2 *Quid ſi prorogetur medio iuramento; contra, num. 3.*
4 *Prorogatio prohibita eſt ob publicam vtilitatem, ſed huiuſmodi ratio parum vrget.*
5 *Suſpendi poteſt de partium conſenſu.*
6 *Maius præiudicium in ſecunda quam prima inſtantia: Refellitur ab Authore, & num. ſequ.*
7 *Ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem iniquum eſt.*
8 *Pars obtenta re iudicata cum ſibi tam expreſsè quam tacitè præiudicare poſſit, multo magis inſtantiam prorogare poteſt.*
9 *Imperatoria eſt ſententia ſancitum, nefas eſſe poſt terminatum iudiciũ alteram litem conſurgere ex litis primæ materia.*
10 *Ex facto compromiſſo inſtantia ſuſpenditur, declaratur, num. 11.*
12 *Suſpenſio inſtantiæ cauſata à compromiſſo, & prorogatio licet à pluribus*

bus dicantur differre, ea tamen authori verbalis tantum differentia eſſe videtur, non realis.

13 *Cautela ad tollendam peremptionem.*

14 *Per ſtatutum, & conſuetudinem inſtantia poteſt prorogari.*

Effectus CLXXI.

1 Litis † inſtantia litigantium conuentione prorogari nequit, vt poſt gloſ.& alios notat Iaſ.in l.properandum, in principio, num.19.C.de iudic.Socin.conſil.31.num.10.lib.1.

2 Quod procedit,† etiam ſi medio iuramento prorogetur, ad Bart.in l.ſi quis pro eo,num.7.ff.de fideiuſſor. Iaſ. in d. l. properandum,in principio,num.21 de communi Roland. in conſil.21. num.9.& 10.lib.3.vbi alios citat. Burſat.conſil.2.num.7. lib.1. Socin.iun.conſil.132.num.2.lib.2. Cephal.conſil.507.num.22.lib.4. Viui.Opin.376.num.4. & 6.

3 Quæ ſententia † iudicio meo non procedit abſque difficultate, quippe,qui crediderim partes eorum arbitrio poſſe inſtantiam prorogare,cum de earum intereſſe principaliter agatur, & iuramentũ ſuper prorogatione interpoſitum, ſeruari valeat abſque vllo corporis,aut animæ periculo,nec tendat in alterius præiudicium,ideo iuxta regulam ſupra firmatam,veniat obſeruandum,vt habetur ſuprà,in 1. Effectu,in principio.

4 Nec releuat ratio in oppoſitum adducta, quod † prohibita ſit prorogatio fauore publicæ vtilitatis,vt quanto citius lites terminẽtur; quoniam hic fauor publicus non eſt principaliter conſideratus, ſed ſecundario,cum principaliter ponderetur intereſſe partiũ, vt liberentur à litium moleſtijs, quas dirimere proprium eſt iudicis officium,ad l.quidam exiſtimauerunt,ff.ſi cert.petat.

Pluraque vrgent pro mea hac ſententia, pro qua eſt textus clarus,ni violetur,in l.2.§.ſi & iudex,ff.de iudic. vbi cauetur ad literã, prorogationem eſſe permiſſam; & reſponſio data per nonnullos, præſertim à Saliceto,in d.l.properandum,num.12.quod ille textus loquatur,cum delegata eſt cauſa terminanda in breuiori tempore, quam ſit triennium,eſt mera diuinatio,ideo non vrget.

Secundo facit quod admiſſum eſt à Scribentibus, inſtantiam
5 poſſe † ſuſpendi de partium conſenſu;ad Cephal. conſi.507. num. 54. lib.4. Et quia aliqui id non admittunt in prima, ſufficit nobis paſsim admitti quoad ſecundam;ad Viui. Opin.376.nu.16.& probat text. in Clement. Quamdiu, de appellation.ſed non datur ratio concludens, cur potius partes id facere poſsint in ſecunda,quã in prima inſtantia, cum tam in prima, quam in ſecunda militet eadem ratio.

6 Leuiſque † videtur ea ponderatio, qua dicitur, maioris eſſe pręiudicij lapſum fatalium in ſecunda, quam in prima inſtantia, cum in ſecunda perempta inſtantia, ſententia iam lata tranſeat in iudicatum, & faciat præiudicium irreparabile. Non ſic, ſi perimatur prima, quia pereunt dumtaxat acta ordinatoria, & ius negocij principalis reſtat illæſum: ideo ratione illius maioris præiudicij, permiſſa eſt prorogatio, vel ſuſpenſio in inſtantia ſecunda, iuxta Salycet. in d.l. properandum, num. 13. in fine, quoniam huiuſmodi differentia inter primam, & ſecundam inſtantiam, ex pluribus refelli poteſt; Et quia tam in prima, quam in ſecunda, de eodem tractatur præiudicio partis, & fauori ſuo quilibet renunciare valet, cum rei ſuæ quilibet ſit moderator, & arbiter, ad l. in re mandata, C. manda. etiam ſi ſua re quis abutatur, l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, de petit. hæredit. Nec ponderis eſt alicuius, quod magis alterum alteri præiudicet, quoniam prout poſſunt partes in modico, ita & in maiori ſibi præiudicare, vt liquet ex donatione, quæ cuilibet eſt permiſſa: Immò quod longè plus refert, permittitur etiam proijcere in mare. Aymo conſil. 217. num. 2. Roland. conſil. 62. num. 25. lib. 2. Berous conſil. 172. num. 5. lib. 2. Decian. conſil. 70. num. 9. lib. 3. ini-
7 quum † eſt enim ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, vt ad litteram dicitur in l. 2. ff. ſi à Paren. manumiſ. quis fuer.

Nec in his habetur ratio publicę vtilitatis, ex eo, quod Reipublicæ interſit, nè quis re ſua male vtatur; cum huiuſmodi publica vtilitas ſecundario conſideretur, & attendendum ſit id quod principaliter agitur, l. 1. de author. tutor.

8 Adſtipulatur † huic ſententiæ, quoniam ſi pars poſt obtentam rem iudicatam, ſibi præiudicare valet, non tantum expreſsè, verũ etiam tacitè, eo ipſo, quod contra iudicatum fieri patitur contrarias probationes, ad Corneum, in conſi. 62. col. penult. verſ. Nec obſtant adducta, lib. quarto, Iaſ. in l. Patre furioſo, nume. 22. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. cum alijs triuialibus, quanto magis dicendum eſt, quòd inſtantiam prorogare poſsit, in qua de longè minori agitur eius præiudicio, & iuxta Regulam, cui licet quod eſt plus, & quod minus eſt, permitti debet.

Et ſi in hoc fauorem illum publicum ponderare velimus, quo dicitur expedire, vt lites citius terminentur, nonne magis vrgere
9 debet, vt iam finitæ non inſtaurentur, cum † Imperatoriam ſententiam habeamus, ſancientem nefas eſſe, poſt terminatum iudicium alteram litem conſurgere ex litis primæ materia, vt cauetur in l. terminato, C. de fructib. & lit. expenſ. & nihilominus hoc publico fauore non refragante, licet parti permittere, vt cauſa ex integro diſcutiatur; quod penes me longe maioris eſt ponderis, quam vt ei

licear

liceat inſtantiam cęptæ, & nondum terminatæ litis prorogare.

10 Accedit, quod paſsim à Scribentibus eſt admiſſum, vt † facto à partibus compromiſſo, inſtantia cauſæ coram iudice pendentis, ſuſpendatur, nec aliàs tempora currant, ad Clem. quamdiu, de appellat. Authen. Si tamen, C. de temporib. appellation. Iaſ. in l. properandum, num. 23. Viu. opin. 376. nu. 17. Gabr. de arbit. concl. 4.

11 Nec facit † obiectio, quod authoritates, & iura loquẽtia, quod compromiſſum operatur, vt eo pendente non currat inſtantia, procedant, ſi fiat in cauſa appellationis, non autem in prima inſtantia, vt inquit Iaſ. in d. l. properandum, num. 23. & ante eum Alexand. num. 16. Viu. d. opin. 376. num. 21. Quoniam iam oſtendiſſe credimus, nil referre in his terminis, an in prima, vel ſecunda ſimus inſtantia.

12 Et licet † quamplures faciant differentiam inter ſuſpenſionẽ inſtantiæ cauſatam à compromiſſo, & prorogationem, mihi videtur verbalis duntaxat differẽtia, cũ idem prorſus ſubſequatur effectus.

13 Confirmaturque noſtra hæc ſententia ex † cautela data per Bar. & ſequaces, ad tollendam inſtantiæ peremptionem, vt ſcilicet partes vnico momento renouent, & repetant libellum, & omnia acta, & tunc admittitur vt incipiat noua inſtantia duratura ad aliud triẽnium, vt refert & ſequitur Alexand. in d. l. properandum, num. 17. & Iaſ. num. 23. verſ. ſecuudo limita, quod eſt in effectu dare legem verbis, & non rebus, cum ſatis ex hoc arguatur eſſe in facultate partium prouidere, nè inſtantia pereat.

14 His conſonat alia recepta Concluſio, qua Doctores † admittũt per Statutum, & Conſuetudinem inſtantiam poſſe prorogari; Iaſ. poſt alios, in d. l. properandum, num. 23. in 3. limitat. Rimin. iun. in conſi. 323. num. 27. lib. 3. ergo prorogari valet etiam ex pacto, quoniam valet argumentum de Statuto ad pactũ. Caſſad. deciſ. 3. nu. 6. de loca. Ripa, in l. 1. num. 10. de verb. obl.

15 Ex † quibus puto ſententiam hanc noſtram fore in puncto iuris æquiorem, & veriorem, & tanto magis ſequendam ob interpoſiti iuramenti religionem, cum nulla releuans adducatur ratio, cur iuramentum huiuſmodi non veniat obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 Benemerita an probentur aſſertione donatoris, & nu. 7.
2 Quid ſi medio iuramento fuerint ſpecificata, & nu. 3.
4 Donatio faciens mentionem de benemeritis, quando ſit pura.
5 An reuocari poſſit ſi medio iuramento promiſſum ſit eam non reuocare, etiam ex cauſa ingratitudinis.
6 Clauſula, Omni meliori modo, ſi non habet copulam, quid operetur.

8 *Differt iuramentum aſſertorium à promiſſorio.*
9 *Donatio quando non recipiat robur à meritis, ſed à iuramento.*
10 *Benemerita iuramento probantur, cum ſunt adminiculata.*
11 *Differentia eſt an donatio ſit nulla ex prohibitione legis, vel ex ſui natura.*
12 *Notarij ſtipulatio pro abſente valet.*
13 *Ob iuramentum acquiritur ius abſenti.*
14 *Ratificatio an ſit neceſſaria?*
15 *Ratificatio an fieri poſſit poſt obitum promittentis?*
16 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis.*

Effectus CLXXII.

1 PAter filio nonnulla bona donauit aſſerens id facere ob benemerita, multaque grata ſeruitia à filio recepta; ſi † de his benemeritis non aliter conſtet, quam antedicta patris aſſertione, non leuis eſt quæſtionis, an donatio ſuſtineatur. Et diſputatione omiſſa, ita breuiter reſpondetur; quod niſi benemerita aliundè verificentur, donatio corruit, iuxta communem receptioremque ſententiam, vt per Guid. Papæ, deciſ. 95. nu. 1. Paul. in conſ. 345. num. 12. lib. 1. Tiraq. in l. ſi vnquam, ſuper ver. donatione largitus, num. 91. C. de reuoc. donation. Roland. conſ. 98. nu. 53. vbi de communi, lib. 1. Corne. conſ. 144. col. 2. verſ. nam etiam ſibi pater. lib. 2. Pariſ. conſi. 73. nu. 66. lib. 1. Bellon. conſi. 74. nu. 17. Bertrand. conſi. 178. num. 22. lib. 2. Clarus qui alios congerit de donatio. quæſt. 3. verſ. ſed hic occurrit. Gabriel. de donat. concluſ. 1. num. 60. & ſeq. Viu. opinio. 208. num. 9. & opin. 209. nume. 7. Afflic. deciſ. 370. num. 15. vbi Vrſil. in addit. num. 14. Aym. conſ. 175. num. 2. Marſil. Singul. 610. Socin. qui latiſsimè comprobat, in conſil. 65. num. 3. & pluribus ſeq. lib. 1. Tiraq. de legib. connubial. gl. 3. poſt leges, num. 108. Natta conſil. 353. nume. 5. lib. 2. Cephal. conſil. 168. num. 41. lib. 2. cum congeſtis in deciſ. Pedemon. 170. col. 1. & 2. & alijs cumulatis à Rimin. iun. in conſ. 228. nu. 77. lib. 2. Duen. in Reg. 119. num. 9. in 9. limitat. Menoch. in conſi. 112. nu. 5. lib. 2. Tyber. Decian. in conſi. 25. num. 37. lib. 1. R. P. D. meus Seraph. in deciſ. 160. quæ incipit: Quantùm ad primum, verſ. tertio, in ſecũda donatione, lib. 1. in manuſcriptis. Seraph. de priuil. iuram. in priuil. 40. Maſcar. de probatio. concl. 346. num. 29. & 30.

2 Quid autem † ſi benemerita ſint à Patre medio iuramento ſpecificata? Et tunc ſi ſpecialiter ſint expreſſa, non autem per verba generalia, placuit quãplurimis & grauiſsimis quidem Authoribus, merita ſatis probari, nec aliam fore neceſſariam probationem ad

Ro-

Roland.in d.conſ.98.num.54.& 55. lib.1. Alex. in l.ſi donatione, num.8.& 10.C.de donat.Addit.ad Alciat.de præſumpt.in Reg.1. num.2.præſumpt.16.Capic. deciſ.203.num. 9.Seraph.d.priuil.40. num.7.Ripa,Reſponſor.lib.3.cap.6.num.8.& in fine, conſ.vbi inquit hanc eſſe communem,& in practica Canonizatam.Dilect.de arte teſtan.Caut.2.num.2.de liber.inſtit. faciunt deducta ſupra in Effectu 41. & habes in ſubſequen. deciſ. Rotæ, nume.7. & 8.vbi de communi.

3 Attamen † hæc opinio non eſt ſatis tuta,vt inquit Alex.in conſil. 18.num.6.lib.3.Cephal.in conſi. 168.num.42.lib.2. Socin.iun. conſ.8.num.28.verſ.& adeo verum eſt,lib.quarto,Dec.in l.ſi donatione,num.26.& ſeq. C.de collation. Afflict.deciſ.370. nu.15.vbi Vrſil.in addit.num.14.Menoch.de arbitrar.quæſtio.Centur.2.caſu 134.num.2.Rimin.iun.conſi.295.num.67.lib.3.Tiraq.qui alios cumulat,in d.l.ſi vnquam,ſuper ver.donatione largitus,nu.91.

At quia præſens materia diffusè tractata fuit in Rota, nobis tũc informantibus coram R. P. D. meo Seraphino, ſub die 29. Aprilis 1546. viſum eſt ad Lectoris gratiam, deciſionem deſuper factã de verbo ad verbum inſerere, quoniam plura in ea & quidem notanda, & deciſionis authore digna continentur, quæ ita formaliter cantat.

Lunæ 29. Aprilis 1596. Rauennatenſ. donationis coram R. P. D. Seraphino.

D. Hieronymus Paſolinus habens quatuor filios, donauit inter viuos irreuocabiliter Petro Franciſco vni ex filijs duc. 1500. auri, perſoluendos à fratribus ex ratis bonorum & hæreditate ipſius donantis, dictis fratribus tangentibus, cum clauſulis, iuramento, & alijs de quibus in inſtrumento donationis. Orta controuerſia ſuper validitate dictæ donationis, cauſaque introducta coram Gubernatore Rauennæ, fuit ab eo lata ſententia contra Petrũ Franciſcum, à qua fuit appellatum, & cauſa coram me introducta, dubitaui, an dicta ſententia eſſet confirmanda, vel reuocanda; quod pendet à validitate dictæ donationis. Circa quam duę potiſsimum ſeſe obtulerunt difficultates. Prima, an hæc donatio ſit pura & ſimplex, ex mera liberalitate; an verò remuneratoria. Secunda eſt, an quatenus ſit remuneratoria, ſuſtineatur virtute iuramenti etiam meritis non probatis.

Quantum ad primam quæſtionem, Domini inclinarunt quòd
4 donatio † nõ eſſet pura, quoniam ex eius lectura conſtat nõ adeſſe tantum generalem illam meritorum aſſertionem, quæ poſita cenſetur ad colorandam donationem, iuxta cõſ.Oldradi quintum, cũ alijs allegatis per Dominos informantes; ſed facta eſt expreſsè ex cauſa meritorum, & in eorum recompenſationem, vt in ea legitur,

quo caſu non habet locum conſilium Oldradi, vt tradit Paulus, in d.l.ſi donatione, num. 24. C. de collation. latè Franc. Becc. cōſi.20. num.21. præſertim, vbi verſamur inter perſonas prohibitas, vt per Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu.92. & cum verba ſint clara, ceſſant coniecturæ deductæ ex alijs clauſulis, quæ dici poſſunt appoſitæ ad maiorem donationis validitatem, nempe promiſsio de non reuocando etiam ex cauſa ingratitudinis, cum
5 non deſint Doctores, † qui teneant reuocari poſſe, vt per Tiraq. ibid. num.13.& 16. qui alios citat; vltra quod iſta promiſsio ſita eſt in clauſulis generalibus, prout clauſula pura, libera, &c. quę ſolent ex ſtylo Notariorum apponi : neque repugnant donationi remu-
6 neratoriæ : neque † obſtat clauſula, omni meliori modo, cum nō habeat copulam, (&) quæ facit, vt valeat omni alio meliori modo, etiam præter expreſſum, quare non ampliat diſpoſitionem; Caſſador. deciſ.7. num.7. de appell. Achill. deciſ. vnica, de clauſul.

7 Quantum ad alteram quæſtionem, Regula eſt, † donationem ob benemerita non valere, ſi de his non conſtat : quoniam ea recipit robur, & validitatem à benemeritis, vt eſt in donationibus, quę aliàs ſunt nullę, vel prohibitę, l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. ideo merita ſunt probanda. Nec ſufficit aſſertio iurata donantis, vt latè per Clarum, in §. donatio, quæſtio. 3. & 8. Tiraq. vbi ſupra, num.91. cum alijs congeſtis à Rimin. Inſtitut. de donation. in princ. num.260. cum ſeq. vſque ad nu.270.

8 Verum hæc † procedere videntur in iuramento aſſertorio, & ſecus eſſe in promiſſorio, quod ſemper eſt obſeruandum, ſi ſeruari poteſt abſque diſpendio ſalutis æternæ, c. debitores, cap. veniens, c. Quintauallis, de iureiur. & ideo ex magis communi Doctorum ſententia confirmat donationem factam inter patrem, & filium, vt latè tradit Clar. in d. §. donatio, quæſt.8. Gabr. eod. titu. concluſ.4. Nam prout pater poterat cum iuramento validè ſimpliciter donare, ita etiam ſub aſſertione meritorum etiam quod aliàs non iuſti-
9 ficentur: cum † donatio non recipiat robur à meritis hoc caſu, ſed à iuramēto, vt benè declarat Ripa, in d.l. ſi unquam, q.15. & in Reſponſo 1. de donat. cau. mort. nu.9. Corne. conſ. 104. nu.3. lib.2. Gratus conſ.63. nu.24. lib.2.

10 Et † hæc facilius admitti debent in caſu iſto, in quo aſſertio meritorum eſt ſatis adminiculata ex confeſsione Nicolai, in ſuis litteris, & ex aſſertione Iacobi, facta tempore donationis, & vbi concurrūt adminicula, ſtatur aſſertioni, vt poſt Salic. & alios, tradit Tiraquel. vbi ſupra, num.100. Addebat etiam vnus ex Dominis, vide-
11 ri † magnam eſſe differentiam inter donationem nullam ratione prohibitionis legis, qualis eſt ea quæ fit inter virum, & vxorem, & eam, quæ redditur nulla non ex prohibitione, ſed ex ſui natura,

quia

quia reflectitur in Patrem ob patriam poteſtatem, & ideo non poteſt præſumi facta in fraudem legis, cum lex eam fieri non prohibeat, quemadmodum lex non prohibet teſtari, licet teſtamentum minus ſolenne ſit nullum, cum in hoc non militet illa ratio, nè fiat fraus legi.

12 Non obſtat quod donatio facta fuerit abſenti: † quia ſtipulatio Notarij ſufficit, quæ probatur ex illa dictione, abſenti, ac quæ ſolet extendi, & mihi Notario pro eo ſtipulanti. Adſunt etiam alia verba, ex quibus ſtipulatio colligitur. In ſimili fuit dictum coram me

13 in cauſa Vrbeuetana hęreditatis, 15. Iunij, 1580. Vltra quod † adeſt iuramentum, ob quod acquiritur ius abſenti, etiam abſque ſtipulatione. Butrius in c. cum contingat, de iureiur. Gabr. Concluſ. 1. num. 69. de verbor. obligat. & fuit ponderatum in dicta cauſa Vrbeuetana.

14 Neque obſtat † quòd neceſſaria ſit ratificatio, quia nihilominus dicitur ius quæſitum ante ratificationem, & ſufficit ſola ſcientia, & patientia, vt per Couarru. in Rubr. de teſtam. par. 3. num. 13. & tenuit Rota coram d. Robuſterio in cauſa Romana, fideiuſsionis, 28. Ianuarij, 1578. Neque obſtant teſtes: quia nihil deponunt de tempore poſt factam donationem, ſed de indignatione fratrum; Ne-

15 que † obſtat quod ratificatio facta non fuerit in vita Patris, quia cũ bona non fuerint in alios tranſlata titulo ſingulari, hæres tenetur habere ratum factum defuncti, vt dictum fuit in eadem Cauſa Vrbeuetana.

16 Nec obſtat alius † allegatus defectus inſinuationis, quia ſępiùs Rota cenſuit ſuppleri per iuramentum, vt per Gabriel. Concluſ. 1. nu. 66. de donation. qui alios allegat; & tenuit Rota in Cauſa Beneuentana donationis, 21. Octobris, 1585. coram D. Gypſio.

Verùm ſuborta eſt alia difficultas, &c. Hoc reſiduum deciſionis habes ſuprà de verbo ad verbum, in Effectu primo, in 3. quæſtio. in fine, ibi vide, nè bis eadem repetantur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſiurandum illicitum, turpeſque conuentiones, an ſint ſeruandæ? remiſſiuè.*

Effectus CLXXIII.

1 REuocatur in dubium, † an iuſiurandum illicitum, turpeſque conuentiones ſint obſeruandæ; & quid in eis iuramentum operetur? & quia particulariter diſcuſſum eſt ſuprà, in 1. par. quæſt. 6. ad ibi relata me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Legatum eſt amico, vt illud reſtituat incapaci, recepto iuramento, ne vnquam alicui id reuelet, an tale iuramentum valeat, & concluditur pro negatiua.*

2 *An is cogi poſſit ad reuelandum, non obſtante dicto iuramento, remiſſiuè.*

Effectus CLXXIIII.

CAeſar habens filium illegitimum, inſtituto hærede Pomponio eius fratre, legauit Aurelio amico ſuo ſcuta mille, quem rogauit, vt filio ſuo ſpurio ea reſtitueret, recepto ab eo iuramento, de id alicui nunquam reuelando, quęritur, an tale iuramentum valeat? & ſecundo, an Aurelius iureiurando non refragante cogi poſsit ad reuelandum? Ad primum reſpondet Felyn. poſt Cardin. ab eo relatum, in cap. intimauit, nu-
1 me. 4. de iureiur. clarum † eſſe quod tale iuramentum eſt temerarium, quod abſque periculo peccati ſeruari nequit, cum contineat
2 taciturnitatem veri; Ad † ſecundum reſpondet idem Felyn. ibid. num. quarto. Et quia declaratum eſt ſuprà in Effectu 81. ibi notata videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando, an impediat dominij translationem.*

2 *Quid ſi vltrà pactum concurrat iuramentum, & num. 3.*

Effectus CLXXV.

1 AN † ex pacto de non alienando iuxta terminos l. ea lege, C. de condict. ob cauſ. impediatur tranſlatio Dominij, non leuis eſt quęſtionis, cum noſtri maiores in hoc diſſenſerint, vt per Aymon. in conſ. 201. num. 3. Tiraq. de iure conſtituti poſſeſſ. par. prima, num. 31.

2 Vbi † tamen vltra conuentionem de non alienando, concurrat iuramentum, dominij tranſlatio impeditur; quoniam iuſiurandum obligat paciſcentem ad omnimodam obſeruantiam, vt poſt Aretin. Iaſ. Ripam, Socin. Gozadin. & alios ab eo relatos, ſequitur Roland. in conſ. 6. num. 35. & 54. lib. 1. Boerius deciſ. 182. nu. 53. Crot. in repet. §. diui, num. 94. in fine, & num. ſeq. de leg. 1. Natta, conſil. 426. num. 14. & 15. lib. 2. Burſat. conſ. 101. num. 3. lib. primo, notat Gabr. Concl. 1. nu. 8. de pignor. & hypot.

Licet

3 Licet † Grammat. in conſil. Ciuili 7. nume. quinto, & ſexto, oppoſitum firmet.

SVMMARIVM.

1 *Viri iuramento ſtatur, quod carnalem copulam habuerit cum vxore.*
2 *Poteſt mulier probare contrariū ex inſpectione corporis per matronas.*

Effectus CLXXVI.

1 VIro † credendum eſt medio iuramento aſſerenti quod carnale commercium habuerit cum vxore, ad text. clarum in cap. continebatur, de deſponſat. impuber. Rom. conſ. 102. num. 2. verſ. Secundo per id, cum alijs de quibus Rimin. iun. in conſ. 415. num. 6. lib. 4. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 167. Viuius Opin. 491. nu. 7.

2 Admittitur † tamen contraria probatio, ſi mulier id neget, idque probabit per rei euidentiam, ex aſpectu corporis, ſi ea ſe inſpici patiatur à matronis honeſtis, quæ corpore nudo diligenter viſo, referant eam adhuc eſſe Virginem, & minimè corruptam, iuxta terminos cap. propoſuiſti, de probation. Iaſ. in l. admonendi, num. 304. de iureiur. Rimin. iun. d. conſil. 415. num. 7. Seraphin. d. priuil. 167. Viuius d. Opin. 491. num. 10. & ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iurans ſeruare Statuta, an teneatur ſeruare illicita, ſi extent?*
2 *An tale iuramentum extendatur ad Statuta nouiter edita?*
3 *An ſi Statutum imponat pœnam minorem, iurans exigere poſſit maiorem legalem? remiſſiuè.*

Effectus CLXXVII.

1 OFficialis † in admiſſione ſui officij, vel Canonicus in adeptione poſſeſſione Canonicatus, iurauit obſeruare, ille ciuitatis, is Eccleſiæ Statuta, & conſuetudines, inter quas extant licitæ, & illicitæ, nullę, & inualidæ, an ad omniū obſeruantiam teneatur ex vinculo iuramenti? Huiuſmodi quęſtio ſpecificè diſſoluitur à Summo Pontifice, in cap. primo, de iureiur. in 6. vbi ſancitur, iuſta tantum, & valida fore ſeruanda. Pariſ. conſi. 10. num. 32. lib. 4. Aymo, de antiquit. tempor. §. videamus modo, num. 6. verſi. Dixi Statutum. Seraphin. de priuileg. iuram. in priuil. 69. num. 4. & faciunt notata in priuileg. 117.

Hinc

Hinc ſumpta occaſione quæro, † an in vim dicti iuramenti teneatur ſeruare Statuta poſtmodum compilata? & Summa Armilla, ſuper ver. iurare, num. 37. dubitat de huius quæſiti reſolutione, inquiens, tutius eſſe, vel quod ea ſeruet, vel adeat ſuperiorem; ſed non erat dubitandum, cum id ſit expreſsè deciſum in c. Clericus, de iureiur. vbi text. declarat, iuramentum ad Statuta nouiter edita non extendi; & notat Crot. in conſ. 120. nu. 42. lib. 1.

3 Rurſus quæro, † certa minor pœna imponitur à Statuto facienti aliquod delictum, an iudex, qui Statuta ſeruare iurauit, exigere poſsit pœnam legalem, quæ eſt longè maior? Diſcuſſum eſt ſuprà, par. 2. artic. 17. in verſ. ſecundo quæro, ibi vide, num. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Ante electionem prohibitum eſt eligendo quicquam promittere, vel iurare.*

2 *Poſt factam electionem iurare licet.*

Effectus CLXXVIII.

1 ELectores dederunt Octauio facultatem eligendi, quē mallet, dummodò exigeret ab eligendo iuſiurandum, de ſeruandis Eccleſiæ Conſtitutionibus, quæritur, † ſi ita electus iurauit, an ligetur huiuſmodi iuramento? Et ſuper huiuſmodi caſu conſultus Calderinus conſ. 3. de iureiur. reſpondit, iuſiurandum non obligare, per c. 1. 8. q. 3. & per c. Artaldus, ibid. Redditur enim ibi ratio, quod non liceat ante electionem iurare, vel promittere ſe aliquid facturum, vt eligatur; Longe item aliud
2 eſſe, nulla præcedente pactione poſt † electionem liberè factam iurare ſe conſtitutiones obſeruaturum, quod de iure permittitur, vbi ante electionem prorſus eſt interdictum.

Cæterum tunc credimus, iuramentum non obligare, ſi tendat in aliquod dignitatis, aut Eccleſiæ præiudicium, vt declarat Abb. in cap. ſicut noſtris, num. primo, de iureiur. & Decius in cap. primo, num. 6. de probation. Butrius in cap. primo, num. 10. de Conſtitut. cum alijs de quibus Grammatic. voto 28. num. 16.

S V M M A R I V M.

1 *Confœderatio iuramento firmata de habendo amicos alterius pro amicis, & inimicos pro inimicis, an ſit ſeruanda?*

Effectus

Effectus CLXXIX.

1 COnfœderatio † ſeu, vt inquiunt, liga facta eſt inter duas ciuitates de habendo amicos alterius partis pro amicis, & inimicos pro inimicis, prout nonnullas vidi antiquas factas à centum annis retro, in terris patrimonij, quæ ſunt medio iuramento corroboratæ, an talis conuentio ſit licita? Et idem dicas ſi facta fuerit inter priuatas perſonas occaſione amicitiæ vel alicuius parentelæ; & Calderin. in conſil. 4. de iureiur. reſpondit tale iuramentum eſſe illicitum, veluti præſtitum ſuper re ſui natura illicita, allegat bonum textum, in cap. 1. §. conuenticula quoque, de pace tenenda, & alia iura, quæ ibi videas.

SVMMARIVM.

1 *Futuræ ſucceſſioni an poſſit cum iuramento renunciari, & num. 3.*
2 *Quid de iure ciuili.*

Effectus CLXXX.

1 REnunciauit † Aurelius futuræ alicuius ſucceſſioni cum iuramento: an talis renunciatio iureiurando firmetur? & pro affirmatiua textus eſt clarus, in cap. quamuis, de pact. in 6. notat Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam, num. 142. C. de reuoc. donation.

2 Non † deſunt autem, qui de iure ciuili contrarium eſſe verius exiſtiment, de quibus idem Tiraquel. ibid. nu. 157.

3 Sed quia † ſumus in iuramento, & propterea ſtandum eſt diſpoſitioni iuris Canonici, cum tractetur de animæ periculo, ceſſat huiuſmodi diſputatio. vide Rotæ deciſiones de quibus ſupra in Effectu 62.

SVMMARIVM.

1 *Macedoniani beneficio an poſsit renunciari cum iuramento, & numero 2.*
3 *Qui de Velleiano?*
4 *Filius familias, qui mutuum verè recepit, peccat niſi reſtituat.*
5 *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum vbi citra diſpendium ſalutis, vt animæ ita & corporis ſeruari poteſt.*

Effectus

Effectus CLXXXI.

1 MAcedoniani † Senatuſconſulti beneficio an valeat à filio familias renunciari medio iuramento? & pro negatiua concludit Bald. quem refert, & ſequitur Grammat. in conſ.ciui.63.nu. 3.

2 Quæ ſententia † mihi periculoſa videtur ex pluribus. Primò, quia Senatuſconſulti Velleiani diſpoſitione mulier pro alio fideiubere prohibetur, l. prima, & per totum titulum, ff. ad Velleian. Et
3 nihilominus † ſi medio iuraméto renunciet illius beneficio, obligatur, vt eſt deductum ſuprà, in Effectu 34. Cur idem non dicamus, vbi filiusfamilias medio iuramento renunciet beneficio Macedoniani.

4 Secundò † vbi filiusfamilias, verè mutuum recepit, peccat, ſi nõ reſtituat, quia iuxta regulam Canonicam, non remittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum. Et in foro conſcientiæ Macedoniani exceptione non releuatur, ex ſententia Innocent. in c. plerique, nu. 5. de immunit. Eccleſ. quem ſequuti ſunt alij, de quibus Duenn. in Reg. 369. num. 2. Iaſ. in l. ſi filiusfamilias, num. primo, ff. ſi cert. petat. Iodoc. de tutor. & curator. munerum, c. 9. num. 126. Si enim in foro conſcientiæ non iuuatur Macedoniano, ergo multo minus iuuari debet, vbi iurauerit, cum maius ſit animæ vinculum iuſiurandum, quam Senatuſconſultum Macedonianum, vt liquet ex his, quæ deducta ſunt ſuprà, parte prima, quæſt. 2.

5 Tertiò † quia iuramentum ſemper eſt ſeruandum, vbi ceſſat corporis, & animæ periculum: vt dictum eſt ſuprà, in primo Effectu; At in huiuſmodi caſu non ſolum ſeruando ceſſat, ſed non implendo, incurritur, ideo multo magis eſt obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio nulla ob neglectam formam accedente iuramento valet in vim pacti.*

2 *Et an tunc valeat vt pactum nudum, vel veſtitum.*

Effectus CLXXXII.

1 STipulatio † nulla ob non ſeruatam formam, vbi ſit iuramento vallata, valet in vim pacti; ita poſt Bart. ab eo relatum firmat Alciat. in cap. cum contingat, num. 172. de iureiuran.

2 An † autem valeat in vim pacti nudi, ſeu potius veſtiti, eſt aliqua diſcrepantia inter Scribentes, vide ibid. Alciat. de hoc differentem.

rentem. Et cum ſit materia potius ſubtilis in Scholis diſputanda quam vtilis vt in foro tractetur, deſuper inſiſtere non curamus.

SVMMARIVM.

1 *Induſtria perſonæ electa videtur, quando quid eſt medio iuramento promiſſum.*
2 *Iuſiurandum in forma ſpecifica implendum venit non per æquipollens.*
3 *Et præcisè obligat ad factum.*

Effectus CLXXXIII.

1 ELecta † videtur induſtria perſonæ, vbi aliquid medio iuramento fuerit promiſſum; ita poſt Alberic. & Roncagal. quos refert, affirmat Menochius in conſ.54.num.16.lib.1. Quod inde confirmat: quia Vaſallus qui Domino ſeruire cum iureiurando promiſit, per ſubſtitutum ſeruire nequit, ſed perſonaliter implere, & per ſe ſeruire compellitur; ibi vide.

Adde in confirmationem ea quæ notata ſunt ſuprà in Effectu
2 20. quod ſcilicet † iuſiurandum implendum eſt in forma ſpecifica, & nequit impleri per æquipollens; necnon vide deducta in Effe-
3 ctu 12. quod † iuſiurandum obligat præcisè ad factum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum l.commiſſoriæ in pignore reprobatur.*
2 *An iuramento firmetur.*
3 *Virtute iuramenti contractus eſt ſeruandus, ſed non fit validus.*
4 *Huiuſmodi pactum valet, ſi fiat ex interuallo.*
5 *Valet tale pactum, vt pignus venditum cenſeatur pro pretio æſtimãdo.*

Effectus CLXXXIIII.

COnuenit Octauius cum Angelo eius debitore, vt niſi mutuatam pecuniam intra tale tẽpus reſtitueret, vt pignus pro mutuo traditum cenſeatur venditum pro ea pecu-
1 nia mutuata: hoc pactum, † quod uocatur legis commiſſoriæ, eſt à iure improbatum, ad l.3. C.de pact.pignor.
2 Quæritur, † an huiuſmodi pactum iureiurando firmetur? & pro affirmatiua videtur textus in c.ſignificante, de pignorib.not.Ripa, lib.3.reſponſor.cap.6.num.7. Guido Pap.deciſ.6.num.2.vbi addit ſuper ver.iuramento, Gozad.conſil.61.num.7. Bero. conſi.36.nu-

me.6.

me.6.lib.2.Contrarium placuit Rimin.ſuper Inſtituta,quib.aliena re lic.vel non,in princ.num.413.vide Seraphin. de priuileg.iuram. in priuileg. 131.

3 Intellige † quòd pactum virtute iuramenti ſit obſeruandum,nõ autem quod ex iuramento validetur. Guid.Papæ, d.deciſ.6.nu.2. & idem in conſi.81.num.4.& conſi.80.nu.1.& in addit.ad ipſum, in conſi.79.ſuper ver.de iure.vide citata ſup. in Effectu 1.quæſt.3. num.13.Seraph.de priu.iuram.priu.61.nu.1. & in priu.129. nu.11. Boic,in c.commiſſum,nu.5. de ſponſalib.

4 Notabis autem,quod † huiuſmodi pactum reprobatur,ſi fiat in continenti,& ſecus eſſe,vbi fiat ex interuallo.Guido Pap.in d.deciſ.6.num.1.vbi declarant, & vide Abbat. ibi citatum in addit. ſuper. ver. interuallo. Tiraquel. de retractu conuention. in præfatione, nume.7.

5 Valebit † etiam, ſi fiat conuentio, vt lapſo termino, nec ſequuta ſatisfactione, res pignorata vendita cenſeatur pro pretio æſtimando. Cepol.Cautela 23. Guido Pap. d.conſil.81.num.1.verſic. ſecus autem.

SVMMARIVM.

1 *Citatus domi, præſumitur habuiſſe notitiam citationis.*
2 *An ei ſit credendum, ſi medio iuramento aſſerat ſe non habuiſſe notitiam citationis, remiſſiuè.*

Effectus CLXXXV.

1 Citatus † in domo propriæ habitationis,præſumitur habuiſſe notitiam citationis.Iaffred.deciſ.3.cum congeſtis à Tiraq.de retractu lignag.§.9.gl.2.nu.40.

2 Quid † ſi citatus medio iuramento affirmet ſe non habuiſſe notitiam huiuſmodi citationis, an ſit credendum? Bald. relatus à Iaſo.in §.ſed iſtæ, nume.92.verſ.& per iſta puto. Inſtitut. de action.tenuit eſſe præſtandam fidem: ſed Iaſ.ibi reprobat. Alc.autem,in præſumpt.16.num.2.verſ.& propterea dicit Bald.in 3.Reg. refellit Iaſonem,retenta opinione Baldi,pro qua Tiraq.in §.9.gl.2. nu.41. de retractu lignag. alios etiam inducit. Quibus conſonant quamplura relata ſupra, in Effectu 44. & ſic vide notata ſup.in Effectu 158.vbi præclara exempla referuntur.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptioni per pactum renunciari non poteſt.*
2 *Quid ſi fuerit renunciatio facta cum iuramento, & nu.3.& 4.*

Effe-

Effectus CLXXXVI.

1 PRæſcriptioni † per pactum renunciari non poteſt, iuxta cõ munem, de qua Felyn. in Rubr. de præſcription. num. 11. & Roland. conſ. 21. num. 36. lib. 2. Balb. de præſcr. in 5. par. quintæ par. princ. q. 5. nu. 1. & 2.

2 Quæritur † an teneat renunciatio facta medio iuramẽto? & Angel. in conſ. 55. nu. 3. videtur inclinaſſe pro negatiua, quam commu nem eſſe teſtatur Boerius in deciſ. 182. nu. 9.

3 Contrarium † tenuit Bar. in l. nemo poteſt, nume. 19. de leg. 1. & Rubeus Alexandr. in conſ. 3. num. 8. Ruin. conſi. 150. num. 4. lib. 4. Balb. in d. q. 5. nu. 3. in 1. limitatione.

Et quæſtio videtur dubitabilis ex his, quæ pro, & contra deducit Iaſ. in d. l. nemo poteſt, nu. 80. & plurib. ſeq.

4 Attamen, † Tiraq. de retractu conuention. §. 1. glo. 2. num. 14. atteſtatur affirmatiuam eſſe crebriorem, & magis receptam ſententiam, quam ſequitur etiam Felyn. in Rubr. de preſcr. num. 15. vbi late diſcutit hunc Articulum, ponẽs Regulam, & Fallentias, à nu. 11. vſque ad fin. & ſequitur etiam Rimin. iun. in conſi. 506. num. 103. vbi de communi, lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Tranſiens ad ſecunda vota, nequit coniugi plus relinquere, quam vni ex filijs primi matrimonij.*

2 *Maritus an poſsit cum iuramento renunciare l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.*

3 *Filij prioris matrimonij, an illi legi renunciare poſsint.*

4 *Cui licet quod eſt plus & quod minus eſt licere debet vulgata iuris Regula.*

Effectus CLXXXVII.

1 TRanſiens † ad ſecunda vota vir, aut mulier, cõiugi ſuo plus relinquere vel donare nequit, quam vni ex filijs primi matrimonij, l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.

2 Notant Bart. & alij proximè referendi, † quod maritus aut mulier ita relinquens, nec cum iuramento eius legis diſpoſitioni renunciare valet, cum facta ſit ad fauorem, & beneficium filiorum, ad Barto. in d. l. hac edictali, in princ. in verſ. nota illum verſiculum, C. de ſecund. nupt. Decius, in conſ. 246. circa princ. Rolan.

conſ.29. num.7. lib.quarto, cum alijs de quibus Gabr. Concluſ.4. nu.26.de ſecund. nupt.

Quæ Doctorum ſententia prout uerisſima eſt, ita parum pertinens videtur ad ampliandam eius legis diſpoſitionem, quæ prout omnes fatentur, cum condita ſit ad filiorum fauorem, ad quid dubitare quòd maritus, aut mulier poſſent illi legi renunciare? quæ non ad eorum fauorem, ſed potius odium condita fuit.

3 Congruẽtius † dubitari potuiſſet, an filij prioris matrimonij ad quorum fauorem ita diſpoſitum fuit, poſſent cum iuramento illius legis diſpoſitioni renunciare? Et hoc nullam habuiſſet difficultatem: quoniam ſi filij abſtinere poſſunt non agnoſcendo parentum hæreditatem, & ſic totam dimittere, l.impuberibus, & l.ſequen. ff.de acquir. hæred. multo magis poterunt in hoc caſu non reclamare, & parentum voluntati acquieſcere, per eam vulgarem
4 Regulam; cui † licet quod eſt plus, & quod eſt minus licere debet.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quibus tam Actor quam Reus de calumnioſo actu ſint ſuſpecti.*
2 *Iuramentum in pluribus caſibus purgat ſuſpitionem.*

Effectus CLXXXVIII.

1 PLures † ſunt caſus in quibus Actor, vel Reus ſuſpecti remanent, nè quid calumnioſè fecerint; & propterea eorum opinio grauata remanet, niſi ab huiuſmodi ſuſpitione ſe liberauerint, iuxta terminos c.fin. de calumniator.

2 Inuentum † eſt propterea purgationis iuramentum iudicis arbitrio deferendum, vt talis ſuſpitio euacuetur, & quia de hoc actum eſt ſupra in ſecunda parte, in vndecimo articu. ad ibi deducta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Aſſerens nulla alia extare bona, probat ex ſola allegatione.*
2 *Et procedit etiam in hærede, qui non confecit inuentarium.*
3 *Sunt qui dicunt id verum eſſe, vbi pro allegante concurrat aliqua præſumptio.*
4 *At vbi ita aſſerens id iuramento confirmat, tunc etiam ſi extaret contraria præſumptio, ei crederetur.*

Effe-

Effectus CLXXXIX.

1 ASſerens † alia bona non extare, id probat ex ſola aſſer tione, & contrarium prætendens, probare tenetur, ad glo. in l. cum de lege, ff. de probation. Iaſ. poſt Bar. Bal. Ang. Salic. & alios, in l. finali, §. licentia, nu. 1. C. de iure delib. quam communiter approbatam teſtantur. Ruin. in conſ. 67. nu. 14. lib. 5. Ripa, in c. cum Eccleſia Sutrina, nu. 84. de cau. poſſ. & propr. Aymo de antiq. tempor. par. 2. §. ex præmiſsis, nu. 55. Couar. variar. reſol. c. 6. num. 5. lib. 2. Gabr. Concl. 7. in princ. de probation. Tob. conſi. 16. num. 22.

2 Ampliatq; † Ruin. vbi ſuprà, id procedere etiam in hærede, qui nullum inuentarium confecit.

3 Sunt † qui id verum dicant, vbi præſumptio aliqua militet pro affirmante, vt refert Ripa, in d. c. cum Eccleſia, num. 83. in fi. quod ipſe credit eſſe verum, fatetur tamen communem eſſe in contrarium, firmans nu. 84. communiter eſſe receptum, etiam ſi pro negāte nulla ſit præſumptio, vt ſtetur eius aſſertioni, & hanc eſſe communiorem teſtatur Tobias, in dicto conſil. 16. num. 25. verſic. ſecundus caſus.

4 Vbi † tamen is apud quem bona dicuntur eſſe, & forſan adeſſe præſumerentur, in caſu Arct. proximè referendo, iuraret penes ſe non eſſe, tunc conueniri non poſſet ueluti poſſeſſor, ita Aret. in conſi. 120. nu. 2. Alc. in præſumpt. 21. nu. 8. Reg. 2. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 6. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Offendi timens, implorare valet iudicis officium, vt cogat aduerſarium ad cauendum de non offendendo.*
2 *An legitima cauſa timoris iuramento probetur.*
3 *Aduerſarij perhorreſcentia iureiurando probatur.*

Effectus CXC.

1 OFfendi † timens, valet implorare iudicis officium, vt cogat aduerſarium ad præſtandam cautionem de nō offendendo, ad Iaſ. in l. ſi ſuper, num. 6. C. de tranſact. Felyn. in Rubr. de treug. & pace, num. 10. Pariſ. conſ. 168. lib. 4. Plaza, in Epito. delictor. cap. 7. lib. 1.

2 An † legitima cauſa timoris iuramento probetur? Ripa, in Rub.

de damno infecto,nu.18.nonnulla inducit pro,& contra,& tandē concludit,quod cum timor conſiſtat in animo,iureiurando probatur,quibus cōcinunt notata ſupra in 44.Effectu; iuſta autem cauſa timendi,venit legitimè probanda, ibi vide.

3 Facit † quod perhorreſcentia aduerſarij iureiurando probatur, ex c.ſtatutum,§.cum uerò,de reſcr.in ſexto,cum alijs de quibus ſupra,in Effectu 77.& tangit Seraph.de priuil.iur.in priu.7.nu.28.

SVMMARIVM.

1 *Laicus delinquens, ſi poſtea fiat Religioſus, an puniri poſsit à iudice ſæculari?*
2 *Quid ſi ante delictum vouiſſet religionem?*
3 *Profeſsio ſubſequuta retrotrahitur ad tempus voti.*
4 *Votum præcedens iureiurando probatur.*

Effectus CXCI.

1 HAeſitatum eſt apud Scribentes, an † Laicus ſi poſt delictum profiteatur aliquam Religionem, puniri poſsit à iudice ſæculari,vt habetur per Bald.in l.1.num.2.C.an ſeruus exter.fac.Iaſ.in l.cum quædam puella,nume.10. ff.de iuriſdict.omn.iud.Matthę.inter communes ſuper ver. Laicus poſt delictum.Couarr.pract. quæſtio.c.32. verſ.ſed & tertio principaliter.Catellia. in ſuis Memorial. ſuper ver. Laicus qui, ad Deciū loquentem de Hebræo, qui poſt furtum commiſſum fecit ſe baptizari, in conſ.130.

2 Quæritur † ſi Petrus vouit religionem ſancti Bernardi, & ante voti implementum delinquat, deinde Religionem, quam voueerat profiteatur, an in huiuſmodi caſu iudex Laicus habeat in eum aliquam iuriſdictionem? & reſpondit Bal.in d.l.1.in fine,notabiliter, quod ſtante voti præcedētia,ceſſat iuriſdictio, quoniam † profeſsio retrotrahitur ad tempus voti,& ſequūtur Iaſ.in d.l.cum quędam puella,nu.10.Catellian.ſuper d.ver. Laicus qui.

4 Quid ſi de † voto aliter non conſtaret, dicas illud probari proprio vouentis iuramento.Iaſ.ibid.nu.12.Catellian. ſimiliter vbi ſupra.Seraph.qui & alios citat, in priuil.8.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*
2 *In exercendis litibus parem vim habent teſtes, & inſtrumenta.*
3 *Teſtibus non iuratis non creditur.*

Quid

4 *Quid ſi Statutum, aut partes velint ſtandum fore dicto alicuius, an ſit neceſſarium iuramentum, & pro affirmatiua quòd ei etiam ſine iuramento ſit credendum, vide quæ habentur, nu.9. 10.11 & 12.*
5 *Quid in eo cuius conſcientiæ aliquid eſt remiſſum, an iurare teneatur.*
6 *Papa diſpenſare non poſſet, vt credatur teſtibus abſque iuramento, vide in num.13. & ſeq.*
7 *Idque procedit etiam ſi teſtes ſint Religioſi, & poſiti in dignitate.*
8 *Vide diſtinctionem Hoſtienſis.*
14 *Papa an ſtatuere poſſit fore danda fidem teſtibus non iuratis?*
15 *Iure poſitiuo inductum eſt, vt iuramentum requiratur, cui Papa derogare valet.*
16 *Papa eſt ſupra leges.*
17 *Si Papa ſtatueret eſſe credendum teſtibus abſque iuramento, ſe conformaret cum iure diuino.*
18 *Statutum an diſponere poſſit, vt teſtibus abſque iuramento credatur.*
19 *Pactum, & ſtatutum ſunt paris potentiæ.*

Effectus CXCII.

1 Diuino cauetur eloquio, † quod in ore duorum, uel triũ ſtat omne verbum, humanoque iure diſponitur, vt in
2 exercendis † litibus parem vim obtineant teſtes, & inſtrumenta, ad l.in exercendis, C.de fide inſtrumen. Et
3 nihilominus ſi † teſtes deponant abſque iuramento, nullam fidem merentur, ad l.iuriſiurandi, C.de teſtib. c.nuper, extra, eod.tit.capit.hortamur, 3.quæſtio.9. Iuramenti igitur effectus eſt, vt teſti fides adhibeatur.

Quoniam autem perutilis eſt materia, & frequens in foro, condignum viſum eſt, vt non pertranſeat intractata.

4 Quæro igitur, † quid ſi Statutum, aut partes ſtandum eſſe velint dicto alicuius, an illi ſit adhibenda fides abſque iuramẽto: & pro negatiua plura congerit Marſil. in Singul.214. Iaſ. in l.apertiſsimi, nume.24. C.de iudic. quæ ſententia frequenti calculo eſt recepta. Dec.in c.propoſuiſti, num.15.de probatio. Natta, conſi.489.nu.8. lib.3.Plot.in Repet.l.ſi quando, num.748. C.vnde vi. Couarru.libro 2.variar. reſol.c.13.num.quarto, verſ.quarta Concluſio, & ante eos Bald.in l.comparationes, num.2.vbi Paul.num.11. Salic.num. quarto, C.de fide inſtrum.Marſil.in Singul.402. verſ.nam tunc. Iaſ. l.de pupillo, §.qui opus, de ope.no.nunc. Seraph. de priuil. iuram. priuil.38.nu.5. Tiraq.de præſcr.§.1.gl.8.col.1.& 2.

5 Ampliaturque communis hæc ſententia, † vt procedat, etiam vbi alicuius cõſcientiæ quid ſit remiſſum, adhuc enim is iurare debet, ita ſuam dictare conſciẽtiam, vt poſt Angel. & Paul. ab ipſo

relatos,firmat Marſil.in d.Singul.214. verſ.circa ſecundum,& rurſus in d.Singul.402.prope fin.Iaſ. in d.l.apertiſsimi, num.25. C.de iudic.idem l.de pupillo,§.qui opus,num.quarto,de oper.no.nunciat.Alexand.conſil.45.num.8.lib.6.Tiraq. in d.gloſ.8. col.3. verſ. rurſum ex eo textu.

6 Et quod longe refert,† nec Papa diſpenſare poſſet eſſe dandam fidem teſtibus iniuratis; quod dictum pro ſtupendo refert poſt alios Marſil.in d.Singul.214.in fi. & rurſus in Sing.434.Ripa,in d. l.admonendi, num.104.verſ.ampliatur ſecundo, de iureiur. adeò, quod ſi ſummus Pontifex iudici reſcriberet, ut teſtibus etiam non iuratis fidem præſtaret, iudex illis credere non poſſet. Ripa ibid. qui alios citat.Seraph. de priuil.iuram.in priu.30. nu.25.

7 Idque procedit,† etiam ſi eſſent teſtes Religioſi,ac in dignitate conſtituti,vt per Seraph.d.priu.30.in princ.

Non tamen deſunt grauiſsimi contradictores, de quibus infra.

8 Hinc † Hoſtienſ. quem refert, & ſequitur Abbas, in d.c.propoſuiſti, de probation.num.11.diſtinctionis fœdere conciliat opiniones,vt prior ſcilicet procedat in iuramento credulitatis; Altera verò in iuramento veritatis,quod Abb.inquit ſibi placere; eandemque diſtinctionem ſenſit Bald.in l.comparationes,num.3.in 6.notabili,& ſequuti ſunt ibid.Paul.num.11.Angel.num.4. C. de fi.inſtrum.Attamen hæc diſtinctio quadrat dumtaxat quoad relationē peritorum, qui plerumque de credulitate, non autem de veritate iurare debent,ſed non facit ad quæſtionem,vbi Statutum, aut partes mandent ſtari dicto alicuius.

9 Cæterum, affirmatiua † ſententia, quod ei ſit credendum, mihi videtur verior,& intrepidè ſequenda, ex infraſcriptis.

10 Primum † vrget textus in c.tuis, de teſtibus, vbi habetur clarè, iuramentum teſtis à parte poſſe remitti;notantque expreſsè Ripa, in d.l.admonendi,num.199.de iureiur.& ibid.Iaſ.num.235.verſic. Item partes.Roman.conſ.20.num.4. Decius l.milites, nu.21. C.de teſtam.milita.Afflict. deciſ. 191.num.7.verſ.Item de voluntate. Felyn.c.propoſuiſti,num.9.verſic.Fallit ſecundo de probatio. Menochius conſ.114.num.16.lib.2.Seraphin.d.priuileg.30.nu.32. Abb. conſ.51.num.1.par.1.

11 His concinit, quod † quando alicuius fides à partibus eſt approbata,tunc non eſt aliàs neceſſarium iuramentum, ad Bart.in l. Lucius Titius,prope finem, ff.de fideiuſſor. Iaſ.in d.l.admonendi, nume.235.verſic.Accedat quod ſingulariter. Natta in conſil.489.nume.8.lib.3.Tiraquel.de præſcript.§.1.gloſ.8.verſic.Illud tamen non prætereundum.

12 Valdeque vrget, † quod poſsit pars in ſui præiudicium credere ipſimet aduerſario abſque vllo iuramento aſſerenti, quod ſibi debet

bet tantam ſummam,illamque ſatisfacere,vel quod occupatum detinet talem eius fundum,& eum reſtituere, litique cedere,bonamque fidem,vt bono viro congruit agnoſcere; Nam hoc nemo quidem negauerit, cum eſſet ipſammet veritatem impugnare; Proindè,multo magis credere poterit teſtibus non iuratis, cum quibus, & partis aſſertio, cui ſoli,vt iam dictum eſt, credere valet, & etiam teſtium depoſitio licet non iurata,concurrit.

Adſtipulatur c.nuper,pro contraria ſententia citatum,de teſtib. vbi Papa inquit teſtibus non iuratis haud eſſe credendum, quoniã pars aduerſa contradicebat:Cui quadrat præallegatum c.tuis,ibid. Stante ergo conſenſu partis,ceſſat difficultas.

13 Illudque † dictum quod ſtupendum eſſe dixerunt Doctores ſuprà relati,quod nec Papa diſpenſare poſsit,vt teſti fides adhibeatur ſine iuramento,ſimpliciter intellectum,minus verum videtur:nam vbi pars contradicat,poſſet admitti,ex iuribus ſuprà citatis: ſed vbi pars acquieſcit,penes me non procedit,cum abſque alio Papæ Reſcripto poſsit pars teſtibus non iuratis in ſui præiudicium credere, ex iam deductis.

14 Immò, † ſi tenere velimus, quod parte etiam reclamante, Papa ſtatuere poſsit teſtibus abſque alio iuramento deponentibus dandam eſſe fidem,non credimus abſurdam fore opinionem, quoniã

15 quod iuramentum ſit neceſſarium, inductum eſt à iure poſitiuo, vt patet ex legibus in huius Effectus initio citatis, firmatq; Decius in d.l.milites,num.20.& ſequ.C.de teſtam.milita. Et Princeps,qui ſtatuit iuramentum requiri, pari poteſtate ſancire valet, vt non ſit

16 neceſſarium: Papa † ſiquidem eſt ſupra leges, ad Pariſ. conſ.5.nu. 71.& 72.& ſequent.lib.4. Viui.opin.369.num.42.cum pluribus ſequent.cum alijs vulgaribus.

17 Et non † tantum hæc opinio non aduerſatur iuri diuino; immò potius ſe conformat,dicente Sacra pagina;In ore duorum,vel triũ, ſtat omne verbum;nec fit aliqua mentio iuramenti; Quinimò,ius diuinum videtur in oppoſitum, dum Chriſtus Dominus Redemptorque noſter præcepit,ſit ſermo veſter, eſt, eſt, non,non, & ſubiunxit,quod amplius eſt, à malo eſt,vt habetur in c.& ſi Chriſtus, de iureiur. Quamuis iuſta de cauſa accreſcente hominum malitia, ſancitum putemus,vt teſtes medio iuramento deponant, ad maiorem veritatis confirmationem,vt in eodem c.declaratur.

Hacque retenta ſententia, non eſt opus diſcutere Fallentias, in quibus caſibus credi poſsit ſine iuramento, quorum nonnullos enarrat gloſ.prima,in d.l.iuriſiurandi,C.de teſtib. & Seraphin. in d. priuileg.30.nu.34.& 41.quoniam vbi pars conſentiat,in omni caſu eſt credendum.

18 Quæro etiam, † an per Statutum ſanciri poſsit, fore credendum

teſtibus abſque iuramento? & Seraphin.in d.priuileg.30.num.28. citato, Decius in d.l.milites,num.21. & ſequent.concludit pro negatiua; Cuius oppoſitum putamus eſſe verius; tum, quia ipſemet Decius ibi citatus,tenet pro affirmatiua, vt patet ex lectura,nu.22.
19 tum, quia hæc ſententia vrgenti ratione fulcitur; quia † ſi poſſunt partes iuramentum remittere, vt probatum eſt ſuprà ſatis euidenter, pariter id fieri poteſt ex Statuto; cum ſint paris potentiæ, ad deciſ. Pedem. 100. num. 11. & 12.

SVMMARIVM.

1 *Notarius cenſetur rogatus in inſtrumento apponere Clauſulas addi ſolitas, & conſuetas.*

2 *An addere poſſit iuramentum in originali omiſſum; pro negatiua adeſt authoritas Gabrielij, & multorum ab eo citatorum.*

3 *Et an pariter addere poſſit Conſtitutum?*

4 *Et quid de pœna?*

5 *Quid de indictione, & multis alijs poſitis,an ea extendere poſſit.*

6 *Quid de die, & loco, omiſſis in inſtrumento,an ea apponere poſſit.*

7 *Poteſt Notarius addere ea quæ reſpiciunt exequutionem, vel elucidationem actus, non autem diſpoſitionem.*

8 *Et hoc procedit in his quæ communiter fieri conſueuerunt.*

9 *Et in his, quæ ſemper vno, eodemque modo fieri ſunt ſolita.*

10 *Et locum habet in inſtrumentis à ſemetipſo, non autem ab alio rogatis.*

11 *Et vendicat ſibi locum dum contractus eſt in fieri, contra nu. ſequenti.*

13 *Non habet locum in contractu requirente ſcripturam.*

14 *Nec poſt datam copiam parti.*

Effectus CXCIII.

1 NOtarius † cenſetur rogatus, vt apponat in inſtrumento omnes Clauſulas conſuetas, ad Alexand. in conſil.27. num.2. & conſ. ſequ. num.6.lib.2.Cagnol.in l. ſi librarius,num.10. & 50. de Reg. iur. Gabr. de Conſuetud. Concl.3.in princ.Seraphin.de priuil.iuram.priuil.22.nu.90.& 100.

Cum hodie nulla prorſus inſtrumenta fiant abſque iuramento,
2 quæritur † ſi Notarius in originali non appoſuit, quod partes iurarunt, an tanquam apponi ſolitum addere poſſit? Pro negatiua concludit Gabriel.multos inducens, in d.Concluſ.3.num.24.Vltra citatos ab eo, vide Cagnol.in l.ſi quis maior,num.73. C. de tranſact. Purpurat.l.certi condictio,§.ſi nummos,nu.33.ff.ſi cert.petat.Boerius deciſ.384. num.11.

Ad

Ad huius materiæ, quoniam in Forenſibus cauſis quotidiana eſt, exornationem, formabimus aliquas quæſtiones.

3 Primò quæro, an † Notarius addere poſſit Conſtitutum, ſi in inſtrumento non eſt appoſitum? Alex. in d. conſ. 28. num. 4. concludit pro negatiua. Pro affirmatiua Rubeus Alexandr. in Repetit. §. morte, num. 96. de oper. noui nunciat. citat nonnullos concordantes, licet ſubdat ſe dubitare de veritate huius aſſertionis; & quamplures congerit Gabriel. pro affirmatiua, in d. Concluſ. 3. num. 12. vide latiſsimè congeſta per Tiraquel. de iure Conſtituti poſſeſſor. limitatio. 31.

4 An † poſsit addere pœnam? Alex. in d. conſ. 28. num. 6. lib. 2. tenet ſententiam negatiuam, pro qua plures citat Gabriel. in d. Concluſ. 3. nu. 19. licet & multos citet in oppoſitum, nu. 20.

5 Quid ſi † ſcripſerit Annum, Menſem, Diem, & Pontificatum, & ſcripſerit, Indictione, &c. An Indictionem extendere poſsit? pro negatiua tenet Iaſ. poſt Bald. in l. argentarius, num. 11. ff. de eden. uide Cagnol. qui declarat, in l. ſi librarius, nu. 24. de regul. iur.

6 Quid ſit † omiſit diem, & locum celebrati inſtrumenti, an apponere poſsit? & pro affirmatiua conſuluit Franc. de capit. liſtæ, inter conſil. crimin. conſ. 71. num. 10. par. prima, & Ferret. in conſil. 261. num. 2. Natta, conſ. 329. nu. 2. lib. 2. & ante eos Bald. in Rubr. C. de fide inſtrum. nu. 25.

De pluribus alijs proſequitur Gabr. in eadem Concluſ. 3. ibi vide. Subnectam dumtaxat nonnullas declarationes.

7 Dum enim dicitur, poſſe † Notarium apponere Clauſulas conſuetas, intellige in his, quæ reſpiciunt exequutionem, vel elucidationem actus, ſecùs in his, quæ diſpoſitionem alterare poſſent. Addit. ad Alexandr. d. conſ. 28. ſuper ver. non poteſt, Gloſ. ad Conſtitut. Marchiæ, lib. 2. c. 13. ſuper ver. Notarius in dubio cenſetur. Rubeus Alexandrin. in Repetit. §. morte, nu. 104. ff. de oper. noui nunciat. Gabr. d. Concluſ. 3. nu. 27. de conſuetud.

8 Et † intellige in his quæ communiter fieri conſueuerunt, ſecùs autem in his, quæ raro, & extraordinariè occurrunt. Rubeus Alex. in d. §. morte, num. 106. verſic. Secunda datur, Gabriel. d. Concluſ. 3. num. 29.

9 Et procedit † in his quæ ſemper vno eodemque modo fieri ſunt conſueta, ſecùs ſi diuerſo modo. Alexandr. ibid. num. 109. Gabr. ibid. num. 32.

10 Habetque † locum in inſtrumento facto à ſeipſo, ſecùs in rogato per alium. Rubeus Alexandrin. in eodem §. morte, numero 110.

11 Et multi † intelligunt hanc Concluſionem procedere, dum inſtrumentum eſt in fieri, & ſecùs eſſe poſt illud iam perfectum. Gabriel.

briel. d. Concluſ. 3. nu. 33. Pariſ. conſ. 45. nu. 43. lib. 1. Marſil. in Singul. 663. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 22. nu. 94.

12 At † non deſunt graues contradictores, quos refert Gabriel. d. Concluſ. 3. nu. 34. & benè hanc declarationem confutat Menoch. in conſ. 37. nu. 74. lib. 1.

13 Nec † Concluſio hæc habet locum in contractu requirente ſcripturam, ad Gabr. d. Concluſ. 3. nu. 39. & ſequenti.

14 Et tandem declaratur, quod † non procedat poſt traditam parti copiam, ad Bald. in Rubr. C. de fide inſtrum. num. 25. Pariſ. in conſil. 28. num. 42. lib. 2. Albenſ. conſil. 59. num. 3. Franc. Marc. deciſ. 289. Gabriel. vbi ſuprà, num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum de iure Ciuili non parit actionem. Fallit accedente iuramento.*

2 *Secùs eſt de iure Canonico.*

Effectus CXCIIII.

1 PActum † nudum de iure Ciuili non producit actionem, accedente autem iuramento, producit, vt latiſsimè proſequitur Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 19. & in priuileg. 117.

Huiuſmodi autem diſcuſsio meo quidem iudicio, tot non merentur ponderationes, ſuper quibus grauiſsimi Scriptores laborarunt,

2 vt apparet ex deductis in d. priuileg. 19. Quoniam † attenta æquitate Canonica pactum etiam nudum ceſſanteque iuramento parit actionem, ad cap. primum, & tertium, de pactis, vt proſequitur Viuius opinio. 169. & 572. qui alios citat, beneq; deducit Benuenut. de ſponſion. in 2. par. num. 4. verſic. in propoſita verò. Curt. iunior conſ. 168. nu. 12. verſ. nec obſtat quod.

Si igitur ceſſante iuramento actionem producit, quanto magis eo accedente, cuius efficacia, vires, & robur, patent ex tot iam relatis Effectibus.

SVMMARIVM.

1 *Promiſsio de faciendo, an idem ſit cum ipſo facto, & num. 2.*

3 *Verius videtur quod ſit differentia.*

4 *Quid ſi in promiſſione interueniat iuramentum, & num. 5.*

6 *Promiſſor ſi non implet tenetur ad intereſſe.*

7 *Quod intereſſe eſt valor rei promiſſæ.*

Effectus CXCV.

1 PRomiſsio de donando, differt à donatione, prout promiſſio de vendendo, ab ipſa venditione, & † promiſsio de aliquo faciendo, ab ipſo facto; vt latiſsimè proſequitur Tiraquel. de retractu conuention. ad finem tituli, nu. 42. & multis ſequentibus. Rimin. ſen. in conſ. 16. nu. 6. & ſequent. lib. 1. Rimin. iun. in conſ. 51. num. 12. & ſequent. lib. 1. & conſ. 521. nu. 26. lib. 5. Burſat. conſ. 100. num. 1. lib. 1. Roland. conſ. 69. num. 25. vbi de communi, lib. 3. Grammat. deciſ. 103. num. 189. Vrſill. ad Afflic. d. deciſ. 61. in princip. cum alijs de quibus Seraphin. priuileg. 23. in princip.

2 Contra † quod idem releuent, promiſsio de donando, & ipſo facto donare, & ſic de ſimilibus, multa congerit idem Tiraquel. ibid. num. 25. & plur. ſequent. Menoch. conſ. 92. num. 27. lib. primo. Albenſ. conſ. 22. num. 3. Boer. deciſ. 183. num. 13. & ſequent. Afflic. deciſ. 61. Et hanc magis communem eſſe ſententiam affirmat Clar. de donation. quæſtio. 14. in fine, cum alijs de quibus Seraphin. d. priuil. 23. nu. 16. & ſequent.

Vt vides, maximè diſſenſere maiores noſtri quoad iſtam Concluſionem, & in puncto iuris verior videtur illa prior ſententia,
3 quod † promiſsio faciendi differat ab ipſo facto, ex his quæ inducunt Doctores in principio relati.

4 Videndum † reſtat, quomodo concordarint, vbi in tali promiſſione interuenerit iuramentum, & Seraphin. in d. priuileg. 23. num. 12. & 22. plures citat, quod ſtante iuramento compelli poſsit promiſſor, ac ſi expreſſe ſe obligaſſet.

5 Econtra † Tiraq. de retractu conuention. ad finem tituli, nu. 49. plures in oppoſitum refert, & aduertit ipſe etiam Seraphin. vbi ſuprà, nu. 27. vbi vide, & num. ſequent.

Huiuſmodi autem diſcuſsio non eſt magni momenti, quoniam etiamſi verior ſit prior ſententia, quod non ſint idem, parum re-
6 fert, quoniam indubitatum eſt, † promiſſorem teneri ad intereſſe, tanti ſcilicet, quanti intereſt eius, cui promiſsio facta eſt, vt debitũ ſortiatur effectum. Iaſ. in l. bonæ fidei, num. 7. de eo quod certo loco, & in l. manumiſsiones, num. 9. ff. de iuſtit. & iure. Roland. conſi. 69. num. 25. & ſeq. lib. 3. Burſat. conſ. 100. num. 38. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 168. nu. 1. lib. 2.

7 Quod † intereſſe eſt valor rei promiſſæ. Rimin. ibid. num. 1. Burſat. d. conſi. 100. num. 39. Roland. d. conſi. 69. nu. 25. lib. 3. Cephal. conſil. 554. num. 6. lib. 4. Pariſ. conſil. 1. num. 129. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confitens medio iuramento ſe dotem recepiſſe in publico inſtrumento, nullo facto verbo de reſtituendo, an via exequutiua cogi poßit ad reſtitutionem?*

2 *Quid ſi confeſsio non ſit iurata?*

3 *Dictum Doctoris intelligitur iuxta legem, quam allegat.*

4 *An pro his quæ in inſtrumento non leguntur, ſed veniunt virtualiter, & iuris interpretatione, detur exequutio, non caret difficultate, & num. 15. 16. & 17.*

5 *Vide diſtinctionem, quando detur, aut non detur exequutio.*

6 *Agi poteſt exequutiuè ad intereſſe, quod idem eſt cum ſorte principali, & num. 7.*

8 *Competit exequutio etiam pro enunciatis; quia Clauſula, Omnia & ſingula, refertur etiam ad enunciata.*

9 *Adiecto non eſt locus, vbi non ſit principalis cui ſoluatur.*

10 *In generali ſermone non venit perſona loquentis, & nume. 11. 12. 13. & 18.*

14 *Superflua non dicuntur dicta ad tollendam dubitationem.*

Effectus CXCVI.

1 IVrauit † Octauius ſe dotis nomine recepiſſe ab vxore fundũ Veſtanum, & de illo quietantiam fecit, nullo facto verbo de reſtitutione dotis: quæritur, an in vim huius inſtrumenti, cõpetat exequutio, in euentum quod veniat caſus reſtituendæ dotis, ac ſi reſtitutio expreſsè promiſſa fuiſſet? & pro affirmatiua citatur textus qui id probat, in l. ſi duo Patroni, §. Marcellus, ff. de iureiuran. quem ad hoc ponderat Bart. in l. 1. in princ. in finalib. verbis, ff. de his quæ in teſtam. delent. vbi tamen hanc quæſtionem mouet, & non reſoluit; ibi tamen Bald. in verſ. item facit ad iſtam; inquit ſe hanc quæſtionem habuiſſe de facto, & ſuper ea conſuluiſſe antequam intraret Palatium, quod locus erat exequutioni, & ita ait ſeruari in practica, lateq; proſequitur Iaſ. in §. fuerat, num. 58. & ſequen. Inſtit. de action. & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur idem, in l. certi condictio, in princ. num. 21. ff. ſi cert. petat. Alexand. conſi. 226. num. 3. lib. 6. faciunt deducta per Marſil. in Sing. 484. Calcane. conſi. 18. num. 22. verſ. trigeſimo pro iſta ſententia, & poſt Aymo. ab eo relatum Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 45. nume. 12. Marſil. in rubr. C. de probat. num. 148. faciunt notata per Seraphin. in priuil. 77. num. 12. & 13. Grammat. deciſ. 103. nu. 15.

2 Tangit huiuſmodi † quæſtionem Seraphin. de priuileg. iuram. pri-

priuileg.26. vbi arbitratur hoc non euenire ex priuilegio iuramenti, quoniam etiam ceſſante iuramento reſultat idem effectus, verumque eſt quod nonnulli Doctores id affirmant, nulla iuramenti facta mentione, ſed cum Concluſio fundetur in d.§.Marcellus, & in doctrina Bart.& Baldi,in d.l.1.ff.de his quę in teſtam.delent.

3 ſatis loqui videntur, vbi iuramentum interuenerit: quia † dictum Doctoris intelligendum eſt ſecundum leges quas allegat,ad Bart. paſsim receptum,in l.non ſolum,§.ſi liberationis,nu.7. de libe.legat.& ſuper iuramento expreſsè fundatur deciſio text. in d.§.Marcellus,& ſuper eo expreſſum facit fundamentum Alexan.in d.conſil.126.num.3.lib.6.

Et licet Iaſ.in d.l.certi condictio.num.21. vbi de communi atteſtatur, nullam iuramenti mentionem faciat, apparet tamen quod ſe fundat in d.§.Marcellus, dum inquit formaliter, contrarium cōmuniter teneri, quia talis ſtipulatio perinde habetur, ac ſi eſſet in inſtrumento, per d.l.ſi duo Patroni, §.penult. qui eſt d.§.Marcellus, prout ſuper iuramento ſe fundat expreſsè Menoch. d. quæſtio.45. num.10.

4 Eaque cōcluſio,† quod competat exequutio etiam pro his,quæ in inſtrumento non leguntur,ſed virtualiter continentur, non tā ſit abſque difficultate: cum multi,& grauiſsimi Patres oppoſitum voluerint, vt poſt Anton.de Butrio,notauit Decius in c.tranſlato, num.quarto,vbi Felyn.nume.quarto,de Conſtitut.Pedemon.deciſ.129.num.5.diuerſ.deciſ.131.nume.12.par.2.vbi id limitatur,ut procedat in actione,& secùs eſſe ſi per viam exceptionis, aut replicationis deducatur; quod rurſus firmatur in deciſio.741. nume. duodecimo,par.prima, videas Ioan.Hannibal. inter Repeten.in l. ſi inſula, nume.28. de verborum obligat.Tob. conſil.30.nume.1. Socin.iun.conſil.136. nume.4.& 9.lib.ſecundo,Ferret.conſil.254. num.10. & ſequen.

Licet Alexand. in l.iuriſgentium, §. quod ferè, nume. decimo, ff. de pactis, dicat communem eſſe ſententiam, quod competat exequutio, & communem etiam refert Dec. in dicta l.certi condictio, nume. 9. ff. ſi certum petat. ſed ipſe eam nec leuiter motus impugnat.

5 Pro † concordia plures diſtinguunt, faciendo differentiā an Statutum det exequutionem ſecundum tenorem inſtrumenti, & tūc non niſi pro his,quæ in eo leguntur competat exequutio; aut ſimpliciter dat exequutionem inſtrumento, & tunc detur exequutio etiam pro his,quæ non leguntur, ſed colliguntur intellectu ex virtute, & conſequentia eorum, quæ ſcripta ſunt: ad Galleſ.de Camer.oblig. in 3. parte,tract.in ſecunda conſider. num.duodecimo, & ſequen.

Et

Et quia extat in his terminis pulchra Rotæ deciſio coram bonæ memoriæ Cantuccio, vlterius non inſiſtam, contentus illam inſerere.

Romana ſeu Cornetana dotis Veneris 11. Febr. 1583.

R. P. D. Cantùccio.

Domini dixerunt, Illuſt. D. Alexandro de Aptis competere viã exequutiuam obligationis Cameralis contra Illuſtriſs. D. Bernardinum Sabellum, pro reſtitutione dotis, de qua agitur, moti ex pluribus.

Primò, quia in inſtrumento conſtitutionis dotis Dom. Helenæ D. Bernardinus eius maritus, promiſit, & ſe obligauit Ill. D. Portię matri q. D. Helenæ, quod Illuſtriſs. D. Cardinalis Sabellus eius frater, inueſtiret ſcuta nouem millia, tempore receptionis eorum in tot ſtabilibus, pro cautela dotis, in omnem euentum reſtitutionis illius, & pro his D. Bernardinus ſe obligauit in forma Cameræ, vnde, cum non doceatur pro parte D. Bernardini de huiuſmodi in-
6 ueſtimento, † poteſt D. Alexãder hæres dictæ D. Portiæ agere exequutiuè ad intereſſe, ad quod D. Bernardinus expreſsè ſe obligauit in forma Cameræ, vt per Galleſ. de oblig. Camer. par. 3. ti. de vi
7 inſtrum. nu. 11. & loco † intereſſe petere ſortem principalem. Bald. in l. ſi traditio, quæſtio. quarta, C. de action. empt. Ruin. conſi. 141. num. 9. prope fin. lib. 1. Rimin. conſi. 292. nume. 10. 11. & 12. lib. 2. ſicut dicimus in contractu cenſus, quod ſi non ſeruentur pacta, nempè renouatio cautionũ, ſeu alia pacta, poteſt peti loco damnorum, & intereſſe ſors principalis.

8 Secundò, quia † cum in inſtrumento ſit enunciata reſtitutio dotis, vt patet ex illis verbis, in omnem caſum reſtitutionis dotis, obligatio Cameralis facta pro omnibus, & ſingulis, intelligitur etiam pro reſtitutione dotis, quia Clauſula, Omnia, & ſingula, refertur ẽt ad enunciata. Alexand. conſi. 17. num. 2. lib. 3. Ruin. conſ. 137. nu. 6. lib. 1. & conſi. 103. nume. 11. lib. quarto, Pariſ. conſil. 97. num. 91. libro primo, Creſcent. deciſ. 26. in impreſs. & in fortioribus terminis poſſe agi uia exequutiua, reſoluit Rota, in vna ſocietatis de Philippenſibus, 3. Martij, coram Illuſtr. D. Lancellotto.

Tertiò, licet Illuſtriſs. D. Cardinalis, frater Dom. Bernardini, &
9 D. Conſtantia eorum mater, adijciantur ſolutioni huius dotis, † tamen certum eſt, principalem obligationem conſiſtere in perſona d. Bernardini. Aliàs adiectio nõ valeret, quæ vt valeat, neceſſe eſt, vt interueniat perſona in qua obligatio conſiſtat, l. fin. §. cum mihi, in fi. ibi, quia niſi à me tum incipiat obligatio, & adiectio, nil poterit valere, ff. de verbor. oblig. & non datur adiectus, niſi ſit qui petere poſsit, l. nam cum, ibi, non inuenimus, quia adiectus ſit, quia non eſt, qui petere poſsit, ff. de ſtipulat. ſeruor.

Non

Non obſtat pactum quod in euentum, in quem ſolutio pecu-
niarum dotalium fieret alteri perſonæ, quam Illuſtriſs. D. Cardina
li, ſeu d. Conſtantiæ, eſſet nulla, & haberetur pro non facta, & in ca
ſum reſtitutionis dotis D. Bernardinus, vel eius hæres, ad reſtitu-
10 tionem non teneantur, † quia ſub iſtis verbis generalibus, nõ com
prehenditur perſona d. Bernardini, l. inquiſitio, & ibi Iacob. Butr.
Petr. Cyn. Bart. Bald. Angel. Fulgoſ. & alij, C. de ſolution. à petitio.
vbi glo. & Docto. de iureiur. Ruin. in conſ. 89. num. 2. lib. 1. & con-
ſil. 42. num. 25. & conſi. ſequen. num. 12. in fi. lib. quarto, Grammat.
late quæſt. 2. poſt deciſion. num. 13. 14. & 15. & licet in iſta materia
ſecundum Abb. in d. cap. petitio, in fi. non poſſit dari certa doctri-
na, ſed ſecundum varietatem caſuum varia ſemper dicantur, nihi-
lominus, in generali loquutione, de qua agitur, non cenſetur inclu
ſa, perſona d. Bernardini: tum, quia non eſt veriſimile eum voluiſ
ſe perſonam ſuam comprehendere, cum eius intereſſet pecunias
dotales habere, vt poſſet onera matrimonij ſuſtinere; & quia mate
11 ria eſt indifferens, quia † poteſt contingere, vel non contingere
perſonæ loquentis: tunc, ſi materia eſt talis, in qua generaliter lo-
quens non intellexit veriſimiliter includere perſonam ſuam, vt in
caſu iſto, tunc in generali ſermone non includitur perſona loquen
tis, vt declarat Præpoſit. in cap. deinde, num. 5. poſt medium, verſ.
aut materia eſt indifferens, diſtinct. 26. ita intelligendo ſe in d. c. pe
titio, tum etiam, quia ex obſeruantia ſubſequuta, ſolutione facta
12 d. Bernardino, conſtat de eius mente, † quod perſonam ſuam in-
cludere noluit, quæ mens, in iſta materia ſeruanda eſt, ſecundum
Salicet. in d. l. inquiſitio, verſ. aut de perſona, tum, & tertiò, quia ſi
perſona d. Bernardini includeretur, d. Portia illi ſoluendo iactaſſet
ſuum, & ſolutio eſſet nulla, & haberetur pro non facta, cõtra l. de
indebito, ff. de probat.

13 Nec obſtat † quãdo generalis ſermo nequit verificari in alia per
ſona, quam in perſona loquentis, prout in caſu iſto, in quo alteri,
quam d. Bernardino ſolui non poterat, tunc in generali ſermone
includitur perſona loquentis, vt declarat Marſil. in l. 1. §. ſi ſeruus, il
ſecondo, num. 2. & ſeq. de quæſt. Gabr. de verb. ſignific. concluſ. 9.
num. 6. quia licet de iure, & vtiliter non poſſet alteri quam d. Ber-
nardino ſolutio fieri, poterat tamen fieri de facto, & nulliter eius
fratri, vel creditori, & ſic pactum de non ſoluendo alijs perſonis,
quam Cardinali, vel Conſtantiæ, non dicitur ſuperfluum, cum ex-
primat id, quod tacitè de iure inerat. Alex. conſi. 33. nume. 5. lib. 1.
14 Aymo, conſi. 23. nu. 31. Quæ † enim ad tollendam dubitationem
inſeruntur, nõ dicuntur ſuperflua, l. quod dubitationi, de reg. iur.
l. 1. ff. de ædil. edicto.

15 Non † obſtat, quod via exequutiua Cameralis non competat,

niſi

niſi pro his, quæ expreſsè leguntur in inſtrumento, vt per Galleſi. de oblig. Camer. in tit. de vi inſtrum. oblig. Camer. num. 14. & 15. Corneus in conſi. 141. nu. 6. & ſeq. lib. 3. Et in inſtrumento de quo agitur, expreſsè legitur d. Bernardinum non teneri ad reſtitutionē dotis quatenus ſoluatur alteri, quam Cardinali, ſeu d. Conſtantiæ; vnde cum ſolutio Cardinali, nec d. Conſtantiæ facta fuerit, ſequitur d. Bernardinum ad dotis reſtitutionem non teneri; ſiquidem pro reſponſione dicitur, quod tunc intraret obiectum, quando in inſtrumento expreſsè legeretur pactum negatiuum de non ſoluendo d. Bernardino, quod quidem non legitur, cum ſub illis verbis generalibus, (*alijs perſonis*) non includatur perſona ipſius D. Bernardini, vt ſuprà dictum eſt.

16 Nec † obſtat ſi dicatur, quod obligatio Cameralis non competit pro his, quæ veniunt ex interpretatione iuris, vt per Galleſ. vbi ſuprà, prout accidit in iſto caſu; à qua generalitate verborum, (*alijs perſonis*) eximitur perſona d. Bernardini ex interpretatione iuris, ex iam dictis; quoniam id verum eſt, quando ea, quæ veniunt ex interpretatione, allegantur per viam actionis, & ſecùs, ſi allegātur per viam replicationis, vt in iſto caſu: quia tunc intrat obligatio Cameralis, vt reſolutum fuit in illa Romana cenſus coram me, 27. Iunij 1580.

17 Quod † autem in caſu noſtro per viam replicationis allegetur perſonam d. Bernardini non includi ſub illis verbis, (*alijs perſonis*) patet; quia Alexander tanquam hæres Portiæ, agit via exequutiua ad reſtitutionem dotis de qua agitur contra d. Bernardinum obligatum in forma Cameræ pro omnibus, & ſingulis expreſsis in inſtrumento dotali, inter quæ, expreſsè reſtitutio dotis enunciatur; D. Bernardinus excipit ſe non teneri ad dotis reſtitutionem, ſtante negatiua de non ſoluendo dotem alijs perſonis, quam Cardinali, & Conſtantiæ, ſtante, quod dos neutri ex eis ſoluta fuit; Replicat d. Alexander, ſub illo pacto negatiuo perſonam ſuam cui dos ſoluta
18 eſt, non comprehendi, ex Regula iuris, quod † in generali ſermone non includitur perſona loquentis.

Non obſtant alia deducta pro parte d. Bernardini, quia bene tolluntur ex deductis per D. Biſciam.

SVMMARIVM.

1 *Conductor equi aſſerens illum in itinere obijſſe, an teneatur ad precium.*
2 *Non ſufficit conductori docere de obitu, niſi probetur identitas equi, & num. 5. & 6.*
3 *An talis obitus iuramento probetur.*
4 *Mors equi probanda ab allegante, quando ſuper ea ſe fundat.*
7 *Pauperibus vnus equus eſt vnus oculus, ſicut porcellus Ruſtico.*

Effectus

Effectus CXCVII.

1 PEtrus † è Ciuitate Ferrariæ rediturus ad Vrbem, conduxit equum qui in itinere moritur, petit locator equum, aut eius precium, Petrus negat ſe teneri ſtante quod equus citrà ſui culpam eſt mortuus.

2 Aduertendum † eſt in primis, quod non ſatis eſt conductori docere de obitu equi, niſi doceat de illius identitate, vt commendat, & extollit Iaſ. in l. 2. in final. verb. C. de bonor. poſſ. ſecun. tabul. Alexand. in conſ. 118. num. 4. & conſ. ſequ. num. 3. verſ. pro hoc adduco, lib. primo, & frequenti calculo eſt admiſſum. Viui. opinio. 128. nume. 3.

3 Quæritur, an † talis obitus proprio iuramento conductoris probetur? & Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 27. nu. 14. nonnullis citatis concludit pro affirmatiua: nos autem totum oppoſitum eſſe verius exiſtimamus.

4 Tum, quia † quando mors eſt fundamentum intentionis eius, qui ſuper illa ſe fundat, eſt plenè probanda. Boeri. deciſ. 288. in principio. Maſcard. de probatio. Concluſ. 1074. Couarru. lib. 2. variar. reſolut. c. 7. nu. 6. verſ. ſic crebriori calculo.

5 Tum, quia † repugnat Doctoribus, qui conſtanter aſſeruerunt, non ſatis eſſe conductori probare mortem equi, niſi probet equi identitatem, vt vltrà præallegatos firmat Ioannes de Amicis, in conſil. 40. num. primo, & ſecundo, & ipſemet Seraphin. in d. priuileg. 27. num. 15.

6 Tum, quia † inſulſa foret hæc communis ſententia, quod identitas ſit plenè probanda, ſi mors medio iuramento probaretur, cũ eadem ratione credendum illi foret ſuper identitate, cum nulla reddi poſsit ratio diuerſitatis, l. à Titio, de verb. obligat. l. illud, ff. ad l. Aquil.

7 Tum, quia † minus eſt verum, vt agatur de modico præiudicio, vt Seraphin. ibi aſſerit, num. 14. Quoniam huiuſmodi equi non ſolent locari à diuitibus, ſed à perſonis mediocris fortunæ, & potius pauperibus, vt eſt notum lippis, & tonſoribus, & his pauperibus vnus equus eſt vt inquit gloſ. notabilis, in l. illicitas, §. nè potentiores, ſuper ver. lumine, de offic. Præſid. velut inſtar porcelli, qui eſt tanquam vnus oculus ruſtico. Tiraquell. de nobilitate, c. 20. nu. 126. Viui. opinio. 89. num. 4. cum centum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Societas finitur morte vnius ex ſocijs.*
2 *Nec valet pactum, vt tranſeat ad hæredes.*

3 *Socius in ſuo teſtamento mandare poteſt hæredi, vt in ſocietate perſeueret.*
4 *Quid iuris ſi appoſitum ſit iuramentum, & num. 5. & duobus ſequent. & num. 11.*
8 *In ſocietate non ſemper attenditur induſtria perſonæ.*
9 *Nec diſſoluitur ſi ſocius fiat captiuus à Bannitis.*
10 *Attenditur validitas contractus ab initio, cum celebratur.*
12 *Iuramentum non validat contractum nullum, ſed operatur, vt metu periurij ſit obſeruandus.*

Effectus CXCVIII.

1 SOcietas † morte vnius ex ſocijs extinguitur, nec tranſit ad hę-
2 redes, §.ſoluitur, Inſtitut. de ſocieta. Quod † intantum procedit, vt nec ab initio pactio valeat, vt hęres in ſocietate ſuccedat, l.adeo, cum alijs eius tituli legibus, ff. pro ſocio. Pluresque huius Concluſionis rationes redduntur in deciſ. Pedem. 149. num. 1. & ſequent.

3 Poteſt † tamen ſocius in ſuo teſtamento mandare hæredi, vt in ſocietate perſeueret. Pedem. d. deciſ. 149. nu. 3. & ſequent.

4 Non leuis eſt quæſtio † an appoſito iuramento ſocietas tranſeat in hæredem? Et frequentiori calculo itum eſt in partem negatiuā, vt patet ex deductis à Seraphin. in priuileg. 57. vbi latè agit ad materiam, & ex pluribus ſententiam affirmatiuam confirmat.

5 Quæ & † mihi in puncto iuris verior videtur, cum nil deducatur, quare in huiuſmodi caſu iuſiurandum non ſit obſeruandum, quia non tendit in corporis, aut animæ periculum, c. cum contingat, cum alijs vulgarib. de iureiuran.

Nec me mouet ea ratio adducta per aſſertores contrariæ ſenten-
6 tię, quod † contingere poſsit quod ſocietas contraheretur cum perſona incerta, & forſan damnoſa, tum, quia præuideri hoc potuit in ipſa celebratione contractus, & non paciſci, vt etiam confirman-
7 da eſſet cum hæredibus; ideò † paciſcens ſibi imputare debet. §. fi-
8 na. Inſtitut. de ſocieta. tum, quia † in ſocietatibus non ſemper attenditur induſtria perſonæ, ſed ſępè contrahuntur cùm pacto, vt alter pecunias, alter induſtriam præſtare teneatur, ad clarum text. in §. de illa, Inſtitut. de ſocieta. tum, quia ſi alter ex ſocijs infirmetur, nemo dixerit propterea diſſolui ſocietatem.

9 Prout † nec diſſoluitur ſi alter ex ſocijs ad merces comparandas profectus, incidit in Latrones, vel banditos, qui eum captiuum retinuerunt, iuxta terminos l. cum duobus, §. damna, verſic. quidam ſagariam, ff. pro ſocio. Prout pluries infauſtis his noſtris temporib. in diſtrictu Vrbis occurrit, in quo graſſantes Banniti totięs, & nobi-

les,

les,& mercatores obuios captiuos penes ſe tamdiu retinuerunt, donec auro redemptos remiſerint. Nonnè inſulſum eſſet dicere, quod in huiuſmodi caſu diſſoluta foret ſocietas, quia durante captiuitate, ſocius in vtilitatem ſocietatis operari nequit. Hanc quæſtionem ponit Petr. de Vbald. de duob. fratribus, par. 3. nu. 39.

10 Attendendus † igitur venit contractus, an ab initio valeat, nec ad eius inualiditatem attenditur ſubſequutus euentus, quando citrà culpam ſubſequatur, ad l. ſi tamen, ff. ad Macedonian.

11 Nec † releuat replicatio, quod hic contractus à principio fuerit nullus, ſtante inualiditate pacti, vt ſocietas tranſeat ad hæredes cũ ius reſiſtat, d. l. adeo; quoniam illa lex non habet locum appoſito iuramento cum id fauore animæ ſemper ſit obſeruandum, dummodò non vergat in corporis, aut animæ diſpendium; vt ſuprà in primo Effectu deductum eſt.

12 Aduertas † tamen, quia non tenemus contractum valere, ſtante iuris reſiſtentia, ſed metu periurij fore obſeruandum, ex his, quæ deducta ſunt ſuprà in q. 3. primi Effect. nu. 11. 12. & ſeq. vbi videas.

SVMMARIVM.

1 *Metu factus dicitur contractus, in quo iuramentum interuenit.*
2 *Quæ Concluſio minus eſt vera.*
3 *Soluens debitum iuratum, præſumitur ſoluiſſe metu periurij.*
4 *Metus in dubio non præſumitur.*
5 *Iuramentum arguit maiorem animi deliberationem.*
6 *Iuramentum habet vim geminati conſenſus.*
7 *Iuramenti natura eſt, vt actum faciat firmiorem.*

Effectus CXCIX.

SEraphinus de priuileg. iuram. in priuil. 29. ponit vnam Con-
1 cluſionem, quod † vbi iuramentum interuenit, ibi actus dicitur metu factus, quia iuxta Bart. & Bald. quos citat, in l. 2. C. de his quæ vi metuſue cau. fi. iuramentum videtur ingerere metum.

2 Quæ † Concluſio minus eſt vera, & ab eo doctiſsimo viro ponenda non fuiſſet, quoniam repugnat pluribus iuris Regulis, & præſumptionibus, nullumque habet iuridicum fundamentum.

Primò, nec Bart. nec Bald. id dicunt in citata per illum l. 2. quæ-
3 runt tantum Bart. ſcilicet, num. 8. & Bald. num. 13. quod † ſi per metum iuraui aliquid ſoluere, & poſtea ſponte ſoluerim, an detur repetitio? & inquiunt dari, quia ſoluiſſe videor ob metum periurij:

longe autem inter ſe differunt, præſuppoſita promiſsionè iurata, quod ſequuta ſolutio facta videatur metu periurij, & quod præcedens iuramentum metu prçſtitum præſumatur: nam Bart. & Bald. cum expreſſo præſuppoſito, quod iuramentum fuerit metu præſtitum, inferunt ſequutam ſolutionem præſumi factam metu periurij, ſed ex eo tantum, quod iuramentum interuenit in præcedenti promiſsione præſumatur metu facta, nec verbum, nec ſyllaba apud eos Doctores reperitur, quæ id dicat.

4 Quinimo contrarium probatur ex pluribus. † Primò metus in dubio non præſumitur, ad c. interpoſitas, C. de tranſactio.

5 Secundò, ob † iuramentum arguitur maior animi deliberatio, & efficacior voluntas, vt iurans maturiori conſilio venerit ad contrahendum, vt deductum eſt ſuprà in Effectu 137.

6 Tertiò applaudunt notata ſuprà in 31. Effectu, quod † iuſiurandum habet vim geminati conſenſus, & iuxta Regulam triuialem, nil magis conſenſui repugnat, quam uis, & metus.

7 Quartò repugnat ipſi naturæ iuramenti, quæ † eſt, vt contractũ faciat firmiorem, & efficaciorem, vt ex maximis, pulcherrimiſque authoritatibus firmatum eſt ſuprà, in prima par. quæſt. 1. num. 5. & 6. vbi videre poteris.

Et alijs prætermiſsis, quam maximum ſequeretur abſurdũ, quod cum hodie nullus fiat contractus abſque iuramento, quod omnes contractus præſumerentur facti per metum, quo nil abſurdius dici poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis qui in conclaui iurauit obſeruare capitula ibi facta inter Cardinales, an factus Papa teneatur ad illorum obſeruantiam, & num. 6.*

2 *Papa iuramento ligatur, & num. 7.*

3 *Deus etiam iuramento adſtringitur.*

4 *Princeps obligatur ex contractu.*

5 *Iuramentum prius præſtitum in conclaui tunc non ligat quando ea quæ promiſſa ſunt, tendunt in diminutionem Pontificalis dignitatis.*

Effectus CC.

SAcrum Illuſtriſsimorum DD. Cardinalium Collegium ſolet defuncto Summo Pontifice facere in Conclaui nõnulla Capitula ante creationem noui Pontificis, quæ obſeruare iurãt etiam quicumque ex eis in Summum Pontificem eligatur;

1 Quæritur † an huiuſmodi iuramentum à Cardinali præſtitum ſit

ab

ab eo obſeruandum in Romanum Pontificem electo? Et præſertim, quod ſtatim electus Papa antequam exeat è conclaui, rurſus medio iuramento ſe obliget ad obſeruantiam.

2 Conſtitue Regulam, quod † iuramentum ligat etiam Summum Pontificem, ad Butrium in c.1.num.10. de Conſtitution. Cæſ. de
3 Graſſ.deciſ.1.num.3.de iureiur.immò, quod † Deus ipſe Optimus Maximus iuramento adſtringitur, iuxta illud Pſalmi: Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum, vt deductum eſt ſuprà, in prima par. quæſt.2.in principio,& deducit Menoch.in conſil.83.num.3.lib.1. Abb.d.c.1.num.6.in fine, Felyn.num.33.& Decius,num.7.de conſtitut.Decius in c.porrecta,num.2.verſic.& etiam Deus, de confir. vti.vel inut. Et quod etiam Deus ex promiſsione obligetur eſt ſententia Magiſtri Sententiarum relata per Bald.in l.1. in principio,ff. de pact. vbi etiam refert Ariſtotelem dicentem Alexãdro Magno; ò Alexander obſerua fidem datam,& fœdera confirmata aliàs malus finis ſequetur.

4 Nam † ſi Princeps obligatur ex contractu, ad cap. primum, vbi Bald.de natu.feud.& notant omnes,in cap. primo, vbi Abb.nu.1. Decius in princip.& cæteri omnes, de probation.quanto magis iuramento, quod eſt arctius vinculum, quod etiam animam iurantis ligat, vt relatum eſt ſupra, in 1.par.q.1.nu.3.5.& 6.

5 Tunc † autem iuramento non ligatur, quando ea, quæ obſeruare promiſit tenderent in Pontificalis dignitatis diminutionẽ. Abb. in c.ſicut noſtris,num.primo,de iureiur. Decius in d.c.1.num.6.de probation.Grammatic.in voto 28.num.6.Angel.in Summa, ſuper ver.iuramentum, 5.num.22.

6 Ad † Capitulorum per Cardinales factorum in conclaui materiam, vide Barbat.latè,& prolixè agentem, in conſ.primo,lib.1.

7 Et † quatenus Papa iuramento ligetur, tangit etiam Seraphin. in priuileg. 122. quem videre poteris; & faciunt ad materiam notata per eundem in priuileg. 146.

SVMMARIVM.

1 *Quibus perſonis competat priuilegium, nè conueniantur, niſi in quantum facere poſſunt.*

2 *Si hi medio iuramento ſe obligent ad ſoluendum, an tali priuilegio renunciaſſe cenſeantur? & nu.3.*

4 *Maritus cui lucrum debetur vxore præmortua, promittens dotem reſtituere, an ſibi præiudicet?*

5 *Quid ſi promittat integram dotem reſtituere, & num.6.*

7 *Iuramentum quando habeat vim ſpecificæ expreſſionis, & numero ſequenti.*

9 *Maritus an ſe obligando ad reſtitutionem dotis, cogitauerit velle ſibi præiudicare in lucro.*

10 *Donatio in dubio non præſumitur.*

11 *Maritus ſe obligans ad dotem reſtituendam, cenſetur ſe obligare iuxta formam Statuti de materia loquentis.*

12 *Item iuxta formam Conſuetudinis ibi vigentis.*

Effectus CCI.

1 PLuribus perſonis † competit priuilegium, nè conueniri poſsint niſi inquantum facere poſſunt, vtpotè Patronus, Patrona, eorumque liberi, & parentes, l. Patronus, ff. de re iudic. Item miles, qui in armata militia ſtipendia meruit, l. miles, & l. Item miles, ibid. Necnon ſocius, l. ſunt qui, ibid. Et Donator, qui ex ſua liberalitate conuenitur, ad §. item ſi quis, qui eſt §. ante penultimus, Inſtitut. de action. Idem habetur in Clerico, vt notat gloſ. in d. l. miles, ſuper ver. facere poteſt, idemque diſponitur ad fauorem mariti, vt cauetur in d. l. Patronus.

Quod magnum eſt priuilegium, quoniam habetur reſpectus ne inopia laborent.

2 Quid † ſi medio iuramento ſe obligauerint, vtpotè Maritus ad dotem reſtituendam, vel alij prædicti ad ſoluendum quod debent, an ob virtutem iuramenti dicto priuilegio ſit derogatum? & Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 56. num. 2. affirmat dicto priuilegio renunciatum videri, quoniam iuramentum habet vim ſpecialis renunciationis; Et quia iurans de dicto priuilegio cogitaſſe videtur, quoniam is qui iurat, ſaltem in genere de omni remedio ſibi competenti cogitaſſe cenſetur, ex ibi per eum citatis; & tactum eſt ſuprà, in Effectu 82.

3 Quæ † ſententia mihi non arridet, totumque oppoſitum verius eſſe puto, ex infraſcriptis.

Concluſio eſt frequentiſsimo Scribentiũ calculo admiſſa, quod
4 vbi † maritus in vim pacti, Statuti, aut Conſuetudinis partem dotis Vxore prædecedente lucratur, quod quamuis ſe obligauerit eueniente caſu reſtitutionis, ad eam reſtituendam, huiuſmodi obligatio non præiudicat lucro ſibi debito in vim Conſuetudinis, aut Statuti. ad Ruin. in conſil. 161. num. 7. lib. 5. & conſil. 57. num. 2. lib. 1. Decius conſil. 195. Iaſ. l. poſt dotem, num. 33. & ſequ. ff. ſolut. matrim. Rimin. conſil. 314. nu. 51. & ſequent. lib. 2. cum congeſtis per Roland. de lucro dot. q. 37. per totam. Vide Phanut. de inuentar. par. 6. nu. 111. fol. 198.

5 Niſi † conſtaret expreſsè quod dicto priuilegio renunciare voluerit,

fuerit, vt puta, promittendo totam, aut integram dotem reſtituere, quia promittendo totam, nil pro ſe voluiſſe declarat, vt notant omnes ferè præallegati, lateque proſequitur Rolan. ibid. in ſubſequenti quæſtio. 38.

6 Quamuis † etiam vbi promiſſa ſit integrę dotis reſtitutio, adhuc non cenſeri præiudicatum lucro prædicto, ex non leuibus fundamentis exiſtimauit Natta, videndus in conſi. 103. lib. 1. & Rimin. in d. conſi. 314. nu. 60. & ſeq. vbi addit. lib. 2.

7 Nec † facit quod iuramentum habeat vim ſpecialis renunciationis, & expreſsionis, quoniam id periculoſum eſt fundamentum, vt patet ex deductis ſup. in Effectu 16. vbi uideas.

8 Tum † quia iuramentum habet vim ſpecialis expreſsionis in eo, cui conſenſus accommodatur, & ſecus in alijs, Iaſ. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, in fine, ff. ſi quis caution. & ante eum Cyn. in l. 1. nu. 5. C. commoda. vbi formaliter inquit, iuramentum non prodeſſe in his, in quibus non eſt conſenſum neque cogitatum, ibidemq; Salic. num. 2. verſ. ſolue quod iuramentum; vbi præcisè dicit, quod iuramentum habet vim ſpecialis diſpoſitionis in eo in quo conſentitur, & non in alijs, ſubditque Cynum dixiſſe notanter, quod benè operatur in cogitatis, & ſecus in non cogitatis; & faciunt notata per ipſummet Seraph. in priu. 70. nu. 2.

9 Nulla autem ratio ſuadet, vt † maritus ſimpliciter promittēs dotem reſtituere, cogitauerit præiudicare velle lucro ſibi competenti in vim conſuetudinis, aut Statuti; Primò, quia non eſt veriſimile, quod ſibi præiudicare voluerit, vt ponderat Decius in d. conſ. 195. col. penult. verſ. & iſta Concluſio. Et quia ita tenendo ſequitur, vt voluerit iactare ſuum, contra l. cum de indebito, de probation. &
10 quia † in dubio donatio non præſumitur, Natta, in conſi. 103. nu-
11 me. 3. lib. 1. & tandem quia † maritus ſe obligans ad dotem reſtituendam, intelligitur ſe obligaſſe iuxta formam Statuti de materia loquentis. Roland. d. quæſt. 37. num. 7. Rimin. in conſil. 245. num. 10. lib. 2. Berous quæſt. 18. num. 5. & ſequen. Socin. iun. conſi. 179. num. 51. lib. 2.

12 Prout † eadem ratione dicitur intelligi ſe obligaſſe iuxta conſuetudinem regionis, de qua cogitaſſe cenſetur, ad Rimin. in conſil. 102. nume. 37. lib. 1. & in conſi. 324. nume. 35. & pluribus ſequent. lib. 2. Socin. iun. conſil. 179. nume. 44. lib. 2. Gyg. de penſion. quæſtio. 93. num. quarto.

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro viro intercedere prohibetur.*
2 *Si tamen iuret, obligatur.*

3 *Valet fideiuſſio ſi obligatur res dotalis.*
4 *An valeat fideiubere pro viro redimendo, vel liberando.*
5 *An valeat iuramentum de nunquam fideiubendo.*
6 *Maritus an poſſit fideiubere pro vxore.*

Effectus CCII.

1 MVlier † pro viro intercedere prohibetur, l. 2. in princ. ff. ad Velleian. l. ſi vxor, C. eod. titu. vide Bero. conſi. 48. nume. 5. lib. 1.

2 Fallit † ſi medio iuramento ſe obligauerit, quoniam tunc ob iuramenti vinculum obligatio tenet, ut per Paul. de Caſtro in conſil. 8. num. quarto, lib. 2. Bald. conſil. 5. lib. 5. Afflict. deciſ. 311. num. quarto, Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 118. vide ſupra in Effectu 35.

3 Limitatur etiam, † vt non procedat, quando intercederet pro fundo dotali obligando, vt eſt caſus in l. de die ponenda, §. qui mulierem, vbi Iaſ. not. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cog.

4 Quid ſi † pro viro carcerato liberando, vel vt ab hoſtibus captũ redimeret, interceſsit? & putamus obligationem valere, per tex. in l. quamuis, & per l. ſubſequentem, ff. ſolu. matrimon. Bald. tamen in præallegato conſi. 5. dubitat, circumſcripto iuramento: ſed opinamur, etiam eo ceſſante promiſsionem ſuſtineri, veluti factam ex iuſta honeſtaque cauſa, & à iure permiſſa, vt patet ex d. l. quamuis, & l. ſequen. conuenit enim vxori participare de infortunijs viri, vt in his proprijs terminis ponderat Cephal. in conſil. 51. nume. 21. lib. primo.

Conſonant his notata per Abb. in c. ſi verò, nume. 5. & 6. de iu-
5 reiur. vbi diſputando † an valeat iuramentum eius, qui iurauit ſe nunquam pro alio obligandum, reſoluit, quod vbi agitur de periculo, vel neceſsitate proximi, fideiubere debet, non obſtante prędicto iuramento, quod tali caſu non ligat; ſequitur Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 1. nu. 289.

Multo magis ergo valet mulier pro viro captiuo, vel carcerato fideiubere, vt illum redimat ab hoſtibus, vel eximat à carceribus, cum hoc caſu concurrat legis permiſsio, ex iuribus præallegatis, & ceſſet obſtaculum iuramenti, de quo in caſu Abbat. ſup. relato.

Nec me mouet Conſil. Cepoll. 27. in Ciuilibus, qui contrarium conſuluit: quoniam non tollit rationes præallegatas; & quia admittit, quod vxor pro marito liberando ſoluere poſsit de bonis dotalibus, & negat, quod ſe obligare poſsit, quæ ratio nullius eſt ponderis, quoniam non minus fideiubere prohibetur, quam dotem

alie-

alienare; immò plus eſt ſoluere, quam ſe obligare, vt patet ad ſenſum, & ſi permittitur, quod eſt plus, vt ipſe non negat, ergo iuxta Regulam, permitti debet, & quod eſt minus.

6 Quid è conuerſo, an vir pro vxore fideiubere poſsit? & pro affirmatiua eſt textus in l. Seia mancipia, ff. ad Velleian. notatque Franc. Marc. in deciſ.427.num.6.ceſſat enim in viro cauſa prohibitionis, quæ viget in muliere ob ſexus fragilitatem.

Aduertas autem, quod hæc opinio non procederet, vbi mulier penitus indotata remaneret, vt per deciſ. Rotæ factam coram Illuſtriſs. Dom. meo Cardinali Arrigonio, dum eſſet Auditor, ſub die 5. Iulij 1593. cuius copiam ad Lectoris gratiam viſum eſt inſerere de verbo ad verbum, videlicet.

Rotæ Deciſio Romana iuriſdictionis.

Lunæ 5. Iulij 1593.

Octauius Roncionus, qui propter æs alienum detinebatur in carceribus, fuit excarceratus cum fideiuſsione Dorotheæ ſuæ vxoris, de illo repræſentando ſub pœna debiti: & quia poſtea Dorothæa prætendebat fideiuſsionem non valere, creditores verò nitebantur oſtendere illius validitatem, & propter iuramentum præſtitum, & ob decretum viſitæ, & præſertim, quia facta fuit pro liberatione viri à carceribus, ideo dedi dubium ſuper validitate dictæ fideiuſsionis; Et cum præſuppoſito, quod Dorothea remaneret penitus indotata, & ſine aliquibus bonis, pro parte maiori reſolutũ fuit eſſe inualidam, non obſtante, quod facta fuerit cum iuramento, iuxta Io. Lopez in repet. Rubr. de donat. inter vir. & vxorem, par. 17. num. 15. & 16. verſ. intellige tamen, & num. 18. quem referunt, & ſequuntur moderni, de priuil. iuram. in priuil. 75. num. 12. Bero. conſi. 48. & præſertim num. 13. lib. 1. & ſecundum hanc opinionem poſt longas diſputationes fuit quoque iudicatum per Senatum Pedemontanum, vt refert Theſaur. in deciſ. 223. nu. 13. verſic. Senatus poſt multas.

Et licet multi Doctores videantur tenere contrariam ſententiã, etiam in caſu quando non extant alia bona viri, ſuper quibus mulieri ſit conſultum pro dote ſua; nihilominus quamplures ipſorũ non loquuntur, quando mulier remaneret penitus indotata, & ſine aliquibus bonis: nam bene fieri poteſt vxorem pro viro ſe obligaſſe, & fideiuſsiſſe, vel renunciaſſe hypothecæ, & non remanere tot bona viri, in quibus poſsit indemnis releuari pro illa quantitate, pro qua ſe obligauit, vel renunciauit, & tamen non remanere indotatam: in caſu uerò quando remanet indotata tractatur de obligatione contra publicam vtilitatem, prout dicit Io. Lopez in d. Rubr. de donat. inter virum & vxor. par. 17. num. 18. verſ. nam & Reipublicæ. Quæ difficilius ſuſtineri poteſt, & etiam propter enormiſsi-

miſsimam læſionem iuramentum non obſtat, vt per Pariſ. in d. conſil. 75. num. 18. & 19. lib. 3. Socin. iun. conſi. 47. num. 7. cum ſequen. qui loquitur in fideiuſsione, lib. quarto, Caſſador. deciſ. vnica, de emptio. & vendit.

Ex quibus quoque reſoluitur id quod deducebatur de fideiuſſione facta occaſione excarcerationis viri, quia vltra quod ferè omnes Doctores loquuntur, quando vir detinetur in carcere ex cauſa criminali, vel eſſet apud hoſtes, nihilominus etiam quod idē eſſet, quando detinetur propter æs alienum in cauſa ciuili, prout nonnulli loqui videntur, procederet in caſu in quo mulier nō remaneret indotata, ex iuribus allegatis.

Non obſtat decretum viſitæ: quia decretum ſeu authoritas ſuperioris non tollit læſionem; Aegid. deciſ. 303. Anch. conſ. 96. paulo ante nu. 4. verſ. ſed de iure communi.

SVMMARIVM.

1 *Horrendæ ſunt pœnæ periuris inflictæ, & Romani periuros præcipites proijciebant è Rupe Tarpeia.*

2 *Vt periurium incurratur, an ſufficiat eſſe cœptam contrauentionem?*

3 *An ex actu nullo vbi extet contrauentio periurium incurratur, & nume. 4.*

5 *Lex puniens facientem aliquem actum, intelligitur de valido.*

6 *Idem de ſtatuto.*

7 *Ex actu nullo, & fruſtatorio non incurritur pœna.*

8 *Diſtinctio inter pœnam legalem, & conuentionalem.*

9 *Alia diſtinctio, an lex conſideret factum, & animum facientis, vel principaliter eius effectum.*

Effectus CCIII.

1 DEteſtabiles, † & horrendi ſunt effectus ex nō impleto iuramento, & eius contrauentione inſurgentes, de quibus latè agetur in ſexta parte, in qua ſingulariter enarrabuntur pœnæ à iure inflictæ contra periuros; & pro guſtu principium eius ſextæ partis legere placeat, vbi inter cætera refertur gentiles tā graue ſcelus reputaſſe periurium, vt Romani periuros præcipites ex Rupe Tarpeia deijcerent.

2 Quæritur † autem an periurij pœna incurratur non tātum ſi realiter, & cum effectu contraueniatur, ſed etiam ſi cępta, non autem completa ſit contrauentio, vtpote quia deuentum eſt ad actū proximum; hanc quæſtionem latè, & benè examinat Seraph. de priuileg.

uileg. iuram. in priuil. vlt. vbi multa in vtramque partem deducit, proinde ad eum me remitto.

3 Rurſus quæro, † an ex actu nullo, ſi iuramentum acceſſerit pro eius obſeruantia, & iurans contraueniat, periurium incurrat, tangit hanc quæſtio. Seraph. ibid. nu. 3. concludens pro affirmatiua, motus authoritate Iaſ. Aymo. & Marſil. quos ibi citat.

Quæ ſententia confirmatur ex his, quæ deducta ſunt infra, in 5. parte, quæſtio. 9. vbi multi cumulantur eiuſdem opinionis aſſertores. Adde Aymon. de antiq. tempor. par. quarta, §. videamus modo, nume. 14.

4 Sed ea † non tranſit abſque maxima difficultate; in primis Iaſ. in l. 1. §. hæc autem verba, num. 9. & pluribus ſeq. ff. quod quiſque iur.
5 tenet oppoſitum ex pluribus ibi relatis, videlicet quod † lex puniẽs facientem aliquem actum, non comprehendit actum nullum, ut
6 ibi colligit ex illo textu, & dat etiam exemplum † de Statuto puniente cedentem actiones ſuas potentiori, vt non habeat locum, ſi ceſsio ſit inualida, & alia etiam dat exempla, quæ ibi uideas, & ponit etiam in l. fin. num. 140. C. de iure emphyt. Ripa, in lib. 1. Reſpõ
7 ſor. c. 1. num. 22. vbi firmat Concluſionem, quod † ex actu nullo & fruſtratorio, non eſt locus pœnæ Legis, vel Statuti, pluraque recenſet Portius in conſi. 149. num. 3. & Felyn. in c. ex tenore, nu. 9. verſ. & pro primo membro, de reſcript. Plot. conſil. 108. nume. 22. lib. 1. inter conſi. crimin. Cotta in ſuis memorial. ſuper ver. actus nullus. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 2. nume. 6. & ſeq. Socin. conſi. 18. nume. 20. lib. 1. Vant. de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus, num. 43. & ſequen. Marſil. in l. fin. num. 12. & ſequen. ff. de quæſtio.
8 Bartolus, † in l. vbi pactum, num. 14. C. de tranſaction. diſtinguit inter pœnam legalem, & conuentionalem, ibi uide, & Felyn. in c.
9 tenore, num. 9. verſ. cæterum, facit aliam diſtinctionem: quod † aliquando lex conſiderat ſolum factum, & animum facientis, non autem iuris effectum, & tunc etiam ex actu nullo incurritur pœna; aliquando non ponderat factum, nec animum facientis, ſed principaliter eius effectum, & tunc data nullitate actus, non eſt locus pœnæ, & ibi id declarat, vbi uidere poteris, & deducta per Portium Imolenſ. in d. conſi. 149. num. 22. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Valor rei furto ſubtractæ iuramento probatur.*
2 *An hoc iuramẽtum quod ſufficit in ciuili, faciat indicium ad torturam in cauſa criminali, & nu. 4.*
3 *Plena probatio in ciuili facit indicium ad torturam in iudicio criminali.*

Vbi

5 *Vbi eſt locus probationi irregulari, vtpote iuramento, ibi requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*

6 *Vulnerati dictum cum iuramento, an faciat inditium ad torturam. & nume. 7.*

Effectus CCIIII.

1 COmmiſſum † eſt furtum, an valor rei furto ſubtractæ iureiurando probetur, tactum eſt ſupra in Effectu 108. nume. 22.

2 Quæro † an tale iuramentum, quod in cauſa ciuili probaret, & ſatis eſſet ad obtinendum, faciat inditium ad torturam, ſi criminaliter agatur, & Bar. in l. fin. in fi. ff. de in litem iuran. dicit, quod fortè ſufficeret ad torturam, & ſequitur Alexand. in addit. ad eũ, in l. fin. ſuper ver. §. ſi tu Titiũ, ff. de quæſtion. & Carrerius in pract. crim. in prin. num. 154. cum alijs de quibus Seraph. de priu. iuram. in priuileg. 55. & Card. Alban. in ſuis lucubration. ad Bart. in dicta l. fin. nume. 3.

3 Regulare † ſiquidem eſt, vt ea probatio, quæ ſufficit ad obtinendum in Ciuili, ſufficiat ad torturam in Criminali, ad Boſsium in pract. Crim. ti. de falſis, nu. 17. verſ. quod illa probatio. Rol. in conſil. 24. nu. 15. verſ. quia reſpondetur, lib. 1.

4 Id autem † abſque difficultate non procedit; Bartol. enim ſupra citatus dubitatiuè loquitur, inquiẽs, quod fortè ſufficeret ad Torturam, vt ponderat Auguſtin. de Arimin. in Addit. ad Angel. de Malefic. ſuper ver. Quod fama publica præcedente, num. 35. verſic. Adde tamen, & Iaſ. in l. fina. in fine, ff. de in lit. iuran. melius concludit; vt ſcilicet iudici ſit arbitrarium an ſufficiat ad torturam.

5 Eſt etiam aduertendum, quod † cum hæc probatio per iuramẽtum ſit irregularis, quoties ei ſit locus, requiritur, vt iurans ſit omni exceptione maior; Marſil. videndus, in Singul. 539. Probatio irregularis. Iaſ. in l. admonendi, num. 297. de iureiur. Decius in conſil. 105. num. quarto, verſic. tertio reſpondetur. Grammat. deciſ. 67. nu. 15. & ſequent.

6 Opportunè autem quæritur, an † dictum vulnerati cum iuramẽto, faciat indicium ad torturam contra vulnerantem, & pro negatiua vide Alex. in conſ. 14. nu. 3. lib. 3.

7 Econtra, † multa, & latiſsimè deducit Marſil. in ſua practica crimin. in §. diligenter, à num. 118. vſque ad 131. incluſiuè. Vbi ſi perſona vulnerati ſit bonæ famæ, & conditionis, & delictum non poſſit aliter probari, tenet ſufficere ad torturam, ſequitur Foller. in ſua pract. in §. item quod ſororem, num. 27. & Seraphin. in d. priuileg. 55. num. 2. & tangit Boſtius in titu. de inquiſitio. num. 27. & 28.

Com-

Communis autem eſt in contrarium; vt per Caſſaneum, in conſ. 58. num. 28. cum alijs de quibus Clar. in practi. in quæſt. 21. verſ. Aſſertio vulnerati, prope finem. Quæ ſententia videtur æquior, verior, & amplectenda, quoniã durum nimis eſt, velle poſſe procedi ad torturam ob ſolam offenſi depoſitionem, quæ ſola cum nil releuaret in cauſa ciuili, multo minus releuare debet in criminali, in qua requiruntur probationes luce meridiana clariores, ad l. fina. C. de probatio. Plura pro & contra refert Menoch. in 1. lib. præſumpti. quæſtio. 89. num. 77. & pluribus ſeq. & tandem placet illorum ſententia, qui voluerunt, quod tunc aſſertio vulnerati faciat indicium ad tortura, quãdo alia licet leuia inditia concurrunt, vt refert ibi. Menoch. nume. 81. vbi videre poteris. Caroci. de iuramen. deciſ. in quarta quæſtio. 7. quæſt. princip. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vnicus teſtis facit plenam probationem cum iuramento ſuppletiuo.*

Effectus CCV.

1 TEſtis † vnus de viſu facit ſemiplenam probationem, & ad eam perficiendam, datur iuramentum in ſupplementum, qui permagnus eſt Effectus iuriſiurandi.

Sed quia hæc Concluſio quamplures patitur limitationes, & latiſsimè tractata eſt ſuprà in ſecunda parte, in artic. 6. ad ibi dicta me remitto, vbi videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Titulus ex longa poſſeſſione præſumitur.*
2 *Solus temporis curſus non ſufficit, ſed requiritur etiam iuramentum.*
3 *Id non procedit, vbi tractatur de alterius magno præiudicio.*
4 *Quod declara in præſcriptione minoris temporis, ſecùs in illa triginta, vel quadraginta annorum.*
5 *Nec procedit in his in quibus ius reſiſtit.*
6 *Nec vbi conſtet de mala fide, & num. 7.*
8 *Nec vbi aliàs conſtaret de nullitate tituli.*
9 *Nec quando iurans titulum penes ſe haberet.*
10 *Nec vbi iuſta cauſa ſubſiſtat ob quam iuranti non ſit credendum.*
11 *Et vbi contrarium probari poterit iuramento præſtito non obſtante.*

Effectus

Effectus CCVI.

1 TItulus † ex longa decem annorum poſſeſsione pręſumitur, ad l. cum de in rem verſo, ff. de vſur. vbi omnes notant. Pariſ. in conſ. 7. num. 1. 2. & ſeq. lib. 4. Et ex poſſeſsione viginti annorum præſumitur titulus eſſe iuſtus. Tyberius Decian. in conſ. 35. num. 31. lib. 2.

2 Nihilominus † ſola decurſi temporis allegatio non ſufficeret, & neceſſarium eſt poſsidentis iuramentum, ex gloſ. in c. dilectio, ſuper ver. offerre, 16. q. 3. Felyn. in c. illud, num. 6. verſ. Eſt tamen circa prædicta, de præſumpt. Tiraq. qui alios citat, de præſcriptio. §. 1. gloſ. 8. in princ. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 39.

Quod ampliat Tiraq. in d. gloſ. 8. prope finem, in verſic. declaro quarto, vt procedat, etiam ſi à parte, vel à iudice non deferatur; ex authoritatibus quas allegat.

3 Ceſſat † autem huiuſmodi præſumptio, vbi de alterius magno præiudicio tractatur. Berous conſ. 48. num. 21. lib. 3. Cephal. conſi. 316. nu. 4. lib. 3.

4 Aduertendum † eſt autem, id procedere in præſcriptione minoris temporis; quoniam vbi lapſi ſint anni triginta, vel quadraginta, iuramentum non eſt neceſſarium. Cephal. d. conſ. 316. nu. 89. Fely. d. c. illud, nu. 6. verſ. ſecundo, eſt aduertendum, de præſumpt.

Rurſus nota, quod licet ad probandum titulum ſufficiat antedi
5 cta diuturna poſſeſsio, † id non procedit in his, in quibus ius reſiſtit, tunc enim requiritur poſſeſsio immemorabilis. Berous conſ. 6. num. 14. lib. 1.

6 Et ceſſat † etiam, vbi conſtaret de mala fide. Afflict. deciſ. 368. num. 18. Quod Vrſill. ibi in addit. ad Afflict. nu. 6. procedere inquit, etiam in præſcriptione immemorabili, ex authoritatibus ibi deductis.

7 Quibus † obſtant notata per Iaſ. in conſil. 72. num. 2. verſic. præterea, & hæc facto, lib. primo volentem ex iuribus ibi allegatis, per curſum triginta annorum tolli malæ fidei præſumptionem, illiſque lapſis fingi ſemper retro poſſediſſe cum bona fide; Quod etiam firmat Decius in conſ. 267. num. 5. verſic. Satis præſumptio tollitur. Vide ſuprà deducta in Effectu 85. vbi plura deducuntur ad hoc propoſitum, quæ replicare non intendimus.

8 Et præſumptus † huiuſmodi titulus nihil operatur, vbi de illius nullitate conſtaret. Gomeſius de trienna. quæſt. 10. verſi. Secundo principaliter pro iſta opinione. Applaudit Curt. iun. in conſil. 130. num. 4. Caſſador. deciſ. 3. num. 7. de procuratorib. cum alijs de quibus Gabriel. de pręſumptio. Concluſ. prima, num. 57. & in terminis

quæ-

quæſtionis noſtræ de titulo præſumpto. Caputaqu. deciſ.28. nu. 1. & ſequ.par. prima.

Limitat etiam Tiraquel. in d.gloſ.8. prope finem, in verſic. ſed
9 redeundo ad noſtram, id † non procedere, vbi iurans haberet titulum apud ſe, quoniam tunc illum exhibere teneretur.
10 Limitatur † etiam, vbi iuſta cauſa ſubſiſtat, vt iuranti non ſit credendum. Tiraquel. ibid. verſ. declara tertio.
11 Poteritque † contrarium probari iuramento præſtito non obſtante, vt declarat Tiraqu. ibid. verſ. declara ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta vxori relicta, vt in domo hæredis cohabitet, debentur etiam extra domum vbi ſubſit iuſta cauſa non habitandi.*
2 *Iuſta cauſa non cohabitandi, iuramento probatur, adminiculis concurrentibus.*
3 *Poteſt Teſtator præcipere, vt credatur iuramento legatarij, & nu. ſeq.*

Effectus CCVII.

VXori, vel alteri legata ſunt alimenta, dummodo in eadẽ domo cum hæredibus habitauerit, notiſsimi iuris eſt,
1 quod † alimenta debentur, ſi iuſta ex cauſa cohabitatio non ſequatur. Bald. in l. prima, num. 10. vbi Angel. nu. 2. Salicet. nu. 5. C. de legat. Roland. conſ. 22. nu. 11. lib. 1. Bellon. conſ. 31. nu. 5. verſ. his tamen non obſtantibus.
2 Quæritur † qualiter iuſta cohabitandi recuſatio ſit probanda? Et Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 41. nu. 4. arbitratus eſt, quod alijs concurrentibus, legatarij iuramento probari poſsit. Quod verum exiſtimamus: ſiue etenim id eueniat, quod adſit ſuſpitio, ne in honore, vel in perſona lędatur, & alia ſimilis iuſta timoris ſuſpitio, iureiurando probatur, ex his, quæ ſuperius deducta ſunt in Effectu 190.

Vbi autem adminicula non concurrerent, valde laborabit legatarius in huius iuſtæ cauſę probatione, vt inquit Seraphin. ibid. nu-
3 me. 4. Proinde † conſulit bonum eſſe, vt teſtator mandaret ſuper iuſta huiuſmodi cauſa ſtandum fore iuramẽto legatarij, ex his quæ notat Alexand. in conſil. 54. num. primo, lib. 2. de quo non eſt dubitandum: quia ſi licet teſtatori de ſuis rebus liberè diſponere, & prout libuerit legare, §. diſponat, Authent. de nupt. l. cum quæſtio, in fine, C. de legat. multo magis reſtringere poteſt huiuſmodi co-
4 habitationem, † & an legatarius iuſta de cauſa cohabitare recuſet,

pro-

propriæ illius conſcientiæ remittere, per triuialem Regulam: Cui licet quod eſt plus, &c. de Reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Vſura eſt iure diuino prohibita.*
2 *Iuramentum de illis ſoluendis ligat, quamuis poſtea ſolutas repetere poſſit.*
3 *Iuramentum de illis non repetendis obligat.*

Effectus CCVIII.

1 VSura † nil magis prohibitum iure diuino reperitur; vt latè deductum eſt ſuprà, in prima parte, quæſt. 6.
2 Et † nihilominus ſi quis iuret vſuras ſoluere, obligatur, & ſatisfacere tenetur, ad c. debitores, de iureiuran. quamuis ſolutas poſtea repetere poſsit, vt diſponitur ibid.
3 Et ſi † iuratum fuerit illas non repetere, iuramentum ligat, vt deduximus in ſuprà citata q. 6. vbi latè ad materiam, eo vos remitto.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis eſt reuocabilis ad beneplacitum donatoris.*
2 *Fallit, ſi appoſitum eſt iuramentum. Contra, num. ſequenti. de communi num. 4. & 23.*
5 *Vt ſit donatio cauſa mortis, an ſit neceſſaria mentio mortis? & nu. 30.*
6 *Sola mentio mortis an ſufficiat?*
7 *Quid ſi non facta mentione mortis, facta ſit in infirmitate, & num. 28.*
8 *Quid vbi donatur poſt obitum teſtatoris, & nu. 17.*
9 *Quid ſi donetur poſt mortem reſeruata ſibi facultate reuocandi.*
10 *Inſinuatio interpoſita arguit non eſſe donationem cauſa mortis.*
11 *Minor numerus quinque teſtium adhibitus idem oſtendis, fallit, vt in num. ſequ.*
13 *Econtra adhibitio quinque teſtium arguit eſſe donationes cauſa mortis.*
14 *Sed non infert neceſſario quod ſit donatio inter viuos.*
15 *Fallit vbi dictum eſſet expreſsè, quod donat inter viuos irreuocabiliter.*
16 *Vel ſi dictum ſit, quod donat purè, & ſimpliciter.*
18 *Quid ſi promiſſum ſit donationem habere ratam, & firmam, & nunquã contrauenire.*
19 *Quid ſi mortis mentio facta eſt per modum dilationis.*
20 *Quid ſi promiſſum ſit etiam ex cauſa ingratitudis non reuocare?*

Differt

21 *Differt promiſſio non reuocandi à promiſſione de non contrauenien do.*
22 *Refert an promiſſio appoſita ſit in diſpoſitiuis, vel in verbis exequutiuis.*
24 *Quid ſi promiſſio non reuocandi facta ſit in teſtamento, vel in Codicillis?*
25 *Fallit vbi donatum eſt etiam hæredibus.*
26 *Niſi coniecturæ contrarium perſuadeant.*
27 *Fallit vbi reſeruatus ſit vſusfructus.*
29 *Coniectura ſumpta ab infirmitate non eſt vrgens.*
30 *Quid ſi fiat tempore peſtis, num. 12. & 31.*
32 *Clauſula, Omni meliori modo, facit eſſe donationem inter viuos.*
33 *Idem ſi dicatur, quod liberè dat, & conſignat.*
34 *Pariter ſi appoſitum eſt conſtitutum.*
35 *Idem ſi appoſita eſt clauſula ad habendum tenendum.*
36 *Et cum donatio facta eſt ob benemerita.*
37 *Et cum facta eſt donatio coniunctæ perſonæ.*
38 *Quid in donatione præſumpta?*
39 *Quid de donatione facta inter coniuges hebræos.*
40 *In dubio ſtantibus hinc inde coniecturis potius præſumitur donatio inter viuos.*
41 *Donatio fit caduca, ſi donatarius decedat ante donatorem.*
Fallit prout num. ſequen.
43 *Quid ſi donatio non valeat vti cauſa mortis, nec vt inter viuos an ſaltem ſuſtineatur in vim fideicommiſſi?*
44 *Notario aſſerenti donatori tempore ſtipulationis reuocari poſſe ad ſui libitum donationem an donator credere teneatur?*

Effectus CCIX.

1 DOnatio † cauſa mortis ad beneplacitum donantis eſt reuocabilis, l. qui mortis, cum ſimilibus, ff. de donation. cauſa mort.

Id autem plurifariam limitatur à maioribus noſtris, &
2 ſignanter, † ſi appoſitum ſit iuramentum de ea non reuocanda, ad Iaſ. in l. quę dotis, num. 34. ff. ſolu. matrim. Bero. conſi. 4. nu. 16. lib. 1. Ferra. caute. 30. verſic. quę opinio, & in verſ. ſtabit ergo. Bellon. conſil. 60. num. 13. Roland. qui alios citat, in conſil. 61. num. 44. lib. 2. & conſ. 8. num. 26. verſ. Et eò magis hoc dicendum, lib. 1. Ruin. conſil. 51. num. 5. lib. 1. Bertrand. conſil. 58. nu. 1. lib. 1. in nou. Gozad. conſil. 80. nu. 11. de Communi. Gabr. Concluſ. 9. nu. 11. de iureiur. Boer. deciſ. 353. nu. 11. Rimin. ſuper Inſtitut. de donation. in princ. num. 987. Maſcard. de probation. Concluſ. 561. nu. 35. & ſeq.

3 Licet † non deſint contradictores, quibus placuit iuramento prædicto non obſtante, reuocari poſſe, vt aſſeruerunt Decius in conſil.305.num.5.& 9. Curt.iun.in conſi.56.nu.3. Tyber. Decian. in conſi.7.num.114.lib.primo,cum alijs citatis à Rolando,in conſ. 61.num.25.lib.2.licet Rimin. ſuper Inſtitut.de donation. in princ. num.987. ſuper hoc cogitandum reliquerit; Et Corneus in conſil. 126.col.2.verſ.& iuramentum,lib.1.Seraphin.de priuileg.iuram.in priuileg.74.num.12.

4 Teneas † limitationem; tum quia frequentius eſt recepta apud Scribentes,vt vides ex iam deductis; Tum, quia cum iuramentum ſeruari poſsit abſque diſpendio ſalutis, eſt omninò ſeruandum, ex ſuprà relatis in 1.Effectu huius quartæ partis.

At quia hæc materia donationis cauſa mortis, ſatis eſt frequens, neç leuiter à Scribentibus intricata, ob nimium facilem Doctorũ morem in diſſentiendo,cum nulla penè iuris Cõcluſio reperiatur, quæ vnanimi conſenſu ſit approbata,ad Lectoris gratiam,& materiæ elucidationem,ſimul, & exornationem nonnulla deducere deliberauimus.

Quærimus itaque primum, (deinde ad alias limitationes, vltra 5 eam,quæ ſcaturit ex iuramento, deueniemus) an † ad effectum, vt ſit donatio cauſa mortis, ſit mortis mentio neceſſaria? Et communis eſt ſententia, quod neceſſario requiratur, de qua Riminald. in d.princip.Inſtitut.de donation.num.872.

6 Non leuis autem eſt dubitationis, an † ex eo ſolum, quod facta eſt mentio mortis, dicatur donatio cauſa mortis? & verius eſt, vt ſola illius mentio non ſufficiat,per tex.in l.vbi ita donatur,ff.de donat.cauſ.mort. Berous in conſ.37.num.20.lib.1.licet in dubio mentio mortis faciat præſumere donationem cauſa mortis. Corneus in conſi.126.col.1.verſ.ex quo fuit,lib.1.Aduerte autem ad relata infra,num.37. Eſt igitur diſtinguendum iuxta mentem plurium, an mortis mentio facta ſit in verbis contractus diſpoſitiuis; vel dumtaxat in exequutiuis,ad Rain.in conſi.51.nu.3. & ſeq.& nu.13.lib.1. Rolan.in conſi.61.nu.12.lib.2.

7 Si quidem ceſſante mentione mortis, etiam facta in mortis articulo, diceretur irreuocabilis donatio inter viuos, vt in pulchro caſu refert Riminald. in d.princ.de donation. nume.874.& ſequent. vbi cum quidam ſcholaris grauiter ægrotans, habenſque certas pecunias in banco, iuſsiſſet eas dari fratribus Prædicatoribus, & demum conualuiſſet,& inſtaret, vt illi præfatas pecunias ſibi reſtituerent, vti donatas cauſa mortis, quæ donatio erat ad beneplacitum reuocabilis,inquit Rimin. ex ſententia Cumani, fuiſſe tentum contra ſcholarem ex eo,quod nulla mortis mentio facta fuerat; proinde erat donatio inter viuos,non ſubiecta reuocationi;& confirmat

in

in nume.877. notatq; Ripa in 3.par.reſponſor.in reſponſo 9.nu.7. quamuis Gozad. referens eundem caſum illius ſcholaris iuerit in contrariam ſententiam, in conſ.8. nu. 14.

8 Dicitur † etiam donatio cauſa mortis, quādo donatur poſt mortem donantis. Iaſ. in conſil.6. col.3. verſ.moueor in primis, & col.4. verſ.ſecundo principaliter, & verſ.ſequenti, lib.3. Ruin. conſ.182. num.2.lib. 1.Iaſ.l.quæ dotis, num.47.ſolu.matrim.Roland.conſi.8. num.3.lib. 1.& conſi.61.nu.11.lib.2.Dec.conſi.470.nu.7.Corn.conſil.126.col. 1.verſ.nam uidetur, lib.1.

9 Quid iuris, † ſi donetur poſt mortem, reſeruata ſibi facultate reuocandi, mutandi, & corrigeudi? & nonnullis placuit, eſſe donationem cauſa mortis. Decius in conſi.470.nume.9. verſ.quarto & vltimo, cum alijs de quibus Pariſ.in conſi.90. num.1.lib.3. ſed ipſe num.quarto, & ſeq.ibid.tenet oppoſitum, quod ſcilicet ſit donatio inter viuos; placuitque Ruino in d.conſi.182. num.7.lib.1. Aduertas autem, quod in caſu Pariſ.non erant adhibiti quinque teſtes, vt inquit nu.4. merito non erit donatio cauſa mortis, vt ibi deducit, & inf. confirmabitur.

Deueniendo nunc ad limitationes, easque proſequendo, ſecun-
10 da erit Fallentia, quādo † in huiuſmodi donatione interpoſita fuiſſet inſinuatio: arguitur enim ex eius interuentu, quod ſit donatio inter viuos, non obſtante mentione mortis, Berous conſil.37.nume.20. lib.1.

11 Tertio limitatur, vbi † adhibitus eſt minor numerus teſtium, nā in donatione cauſa mortis, quinque requiruntur, l.fin.C.de donat. cau.mort.proinde, licet ſit facta mentio mortis, vel donatum poſt mortem, & tres tātum teſtes ſint adhibiti, erit donatio inter viuos. Berous d.conſi.37.num.20.& conſ.53.num.44.lib.1.Pariſ.conſi.90. num.quarto, lib.3.Maſcard.de probation.concluſ.561.nu.37. Roland.conſi.8.num.12.& 34.lib. 1.& conſi.61. num.18. & ſeq.lib.2. Iaſ.l.quæ dotis, num.46. ff.ſol.matrim. cum alijs de quibus Rimin. ſuper Inſtit.de donat.in princ.nu.924.

12 Fallit id, † ſi donatio facta eſſet tempore peſtis, quia minor numerus ſufficit. Maſcard. d.concl.561.nu.30.

13 Prout † è conuerſo ſi adhibiti ſint quinque teſtes, arguitur donatio cauſa mortis. Roland.conſi.61.num. 18.& ſequen. Decius, cōſil.305.in fi.& conſ.470.num.9.Gozadin.conſi.80.num.15. Natta, conſ. 104.lib. 1.Ripa, reſponſ.lib.3.cap.9. num.quarto, Bellon.conſil.60.nu.12. Corneus conſi. 126.col. 1.verſ. tertio quia, lib.1.

14 Quamuis † adhibitio quinque teſtium nō inferat neceſſario ad donationem inter viuos. Natta, d.conſi.104.nu.13.lib.1.

15 Quarto fallit, † vbi expreſſè dictum fuit, donari inter viuos, ita, vt nullo modo reuocari poſsit; quamuis enim fieret mentio mor-

tis, eſſet donatio inter viuos. Gozadin. conſi. 80. num. 10. verſ. tertio quia. Roland. in conſi. 8. num. 14. lib. 1. Maſcard. concl. 561. nu. 23.
16 Seraph. priuil. 71. nu. 5. vel † dictum ſit, donari titulo, & cauſa donationis inter viuos, purè & ſimpliciter, eſſet ſimiliter donatio irreuocabilis. Alexan. conſi. 14. in princ. lib. 1. Roland. conſi. 8. num. 2. lib. 1. Maſcard. vbi ſup. nu. 43. diuerſor. par. 1. deciſ. 107. in prin. & ha
17 tius, deciſ. 366. ibid. idque † procedit etiam ſi dictum fuiſſet, donare poſt mortem. Alex. ibid. verſ. & dicit etiam Bartolus. Ruin. in
18 conſil. 182. num. 3. lib. 1. vel † ſi promiſſum eſſet, donationem velle perpetuo habere ratam, & firmam, nulloque tempore reuocare. Ripa, Reſponſor. libro 3. c. 9. num. 6. Ruin. conſi. 182. num. 6. verſ. & eo magis. Iaſ. l. quæ dotis, num. 30. & ſeq. ff. ſol. matrim. Bero. conſi. 53. num. 13. lib. 1. Roland. conſi. 8. num. 37. lib. 1. cum congeſtis, per Maſcard. d. concl. 561. nu. 5. & ſeq.

19 Quinta eſt limitatio, † cum mortis mentio facta eſt per modum dilationis, vt puta deſignando tempus ſolutionis, aut conſignationis rerum donatarum. Ruin. conſi. 182. num. 5. lib. 1. & declarat Alexand. in conſi. 141. nu. 2. lib. 1. in fi. Iaſ. in d. l. quæ dotis, nu. 41. ff. ſol. matrim. Boer. deciſ. 353. num. 12. Maſcar. de probat. concl. 561. nu. 32. vbi id declarat.

20 Sexta datur limitatio, † cum donatur irreuocabiliter, ita ut nulla ex cauſa etiam prætextu ingratitudinis reuocari poſsit; tunc mortis mentione non obſtante, iudicatur donatio inter viuos. Alexan. d. conſi. 14. num. 1. in fi. verſ. quinimo fortius, ſi quidem, promiſsio non contraueniendi, nec quauis ex cauſa reuocandi donationem, quæ aliàs eſſet cauſa mortis, transfunditur in donationem inter uiuos. Bellon. conſi. 60. num. 13. Boerius deciſ. 353. num. 11. Tob. conſil. 54. num. 11. & ſeq. Ruin. in conſi. 51. num. 6. lib. 1. Ripa reſponſ. 9. num. 3. lib. 3. Ferrat. Caute. 30. num. 1. verſ. tu autem cui. & in verſic. tamen prima cum late deductis à Roland. conſil. 61. nume. 43. Duen. reg. 207. in princ. vbi multos congerit Gabr. Concl. 9. nu. 2. de iureiur. Iaſ. conſ. 6. col. 1. verſ. ſecundo principali, & verſ. ſequen. lib. 3. Rimin. ſuper Inſtit. de donat. in prin. nu. 970. verſ. decimus eſt caſus. Rol. conſi. 8. nu. 26. lib. 1.

Quamuis Roland. in d. conſi. 61. num. 24. quamplures cumulet contrariæ ſententiæ aſſertores, & Ruin. in d. conſil. 51. nume. 14. fa-
21 cit † differentiam, an ſit promiſſum, in ſpecie non reuocare, & tūc, quia repugnat naturæ donationis cauſa mortis, facit, vt ſit donatio inter uiuos: aut eſt promiſſum tantum non contrauenire, quauis de cauſa, & tunc intelligendum eſt iuxta naturam contractus, niſi donantem pœniteat donationis. Alludit Gabr. d. Concl. 9. num. 5. de iureiur. & Nitta, d. conſi. 104. nume. 6. verſ. deinde quærit, lib. 1. Seraph. in priuil. 71. num. 48. & ſeq. de priuil. iuram. alij diſtinguūt,

an Clauſula de non reuocando, neque contraueniendo, appoſita ſit in principali diſpoſitione,& tũc ſit contractus inter viuos. Aut
22 apponatur † in acceſſorijs,& exequutiuis, & tunc ſit donatio cauſa mortis, Decius in conſ.470. num.3. & ſequen. Gabriel. qui alios citat,in d.concl.9.nu.3.Curt.iun.conſ.56.nu.2.& 3.

Refert etiam Gabr.ibid.nu.6.& ſeq.alias diſtinctiones: ſed quia communi calculo receptiſsimum eſt, quod ſtante pacto de non re
23 uocando,neque contraueniendo, præſertim † iureiurando vallato,quod ſit donatio irreuocabilis inter viuos,vt ipſemet Gabr. atteſtatur,num.7.verſ.tenendo primam,& num.11.verſ.quando autẽ, & patet ex ſup.relatis,non eſt ab huiuſmodi communi recedendũ niſi ſimus in caſu alicuius limitationis.

Septima eſt limitatio relata per Gabr. in d.Concluſ.9.nume.10.
24 verſ.ſecundo limita,† quando hæc donatio facta eſſet in teſtamento,vel Codicillis, quoniam tunc non obſtante Clauſula de non reuocando, poſſet reuocari, ex ſententia Bened. Gugliel. ibi relati; pro qua faciunt notata per Maſcard.de probat.in d. Concluſ.561. num.21.id tamen ſtante iuramento de non reuocando,non procedit,vt fatetur idem Gabr.ibid. num.11. & patet ex ſupra deductis. Vide nonnulla pro,& contra,relata ſupra in Effectu 22. in hacmet quarta parte.

25 Octauo paſsim limitatur,† cum donatum eſt etiam donatarij hęredibus,quoniam ſapit donationem inter viuos, non obſtante mẽtione mortis facta in inſtrumento donationis. Alexan.in conſi.14. num.3.lib.1.Bellon.conſi.60.num.14.verſ.ſecundo quia.Roland. d.conſi.61.num.37.& ſeq.lib.2. vbi multos in id inducit,& in conſil.8.nu.19.20.21. & 32.lib.1.vbi atteſtatur hanc eſſe communem ſententiam, & temerarium fore, ſi ab ea recedatur. Ferrat.caut.30. num.3.verſ.ſecunda caute.Crot.conſi.90.num.30.lib.1. Ruin.conſil.51.num.6.lib.1.Iaſ.l.quæ dotis,num.48.ff.ſol.matrim. & in conſil.6.col.1.verſ.item prædicta,lib.3.Duen.Reg.217.num.3.cum cõgeſtis à Rimin.ſuper Inſtit.de donat.in prin. & nũ.927. & ſeq. vbi de communi.Maſcard.d.Concl.561.nu.41.

Et quamuis Roland.in conſil.8.num.11.lib.primo, & in d.conſil.61.num.21.lib.2.referat nonnulla contraria, & ſignanter Crot. in l.ſtipulatio hoc modo,de verbor.oblig.aſſerentem, num.51.verſic.ſed iuxta prædicta,quod ſi dicere fas eſt, hæc opinio eſt falſiſsima: attamen,Roland.ibid.num.37.tenet communem, quam etiã alibi ſequutus eſt ipſemet Crot.in d.conſil.90.num.30. lib.primo, & dum tenuit contra communem in dicta l. ſtipulatio hoc modo, confutatur ſignanter à Riminald. in dicto princ. de donatio. nume.934.

Intelligit autem Tob.in conſ.54.num.9.hanc communem pro-

26 cedere in dubio, & † ſecùs eſſe ſi ex alijs coniecturis colligeretur, quod ſit donatio cauſa mortis, ex ſententia Decij in conſil. 470. num.9. verſ. ſed primò reſponderi. quæ declaratio vera eſt,& conſonat Iaſ. in d. conſ.6. col.6. verſ. non quoque obſtat, lib.3. & Rimin. in ſæpè citato princ. de donat. nu.936.

27 Nona eſt fallentia † cum donator reſeruauit ſibi vſusfructū eius vita durante, quoniam & tunc eſſet donatio inter viuos, non obſtā te mentione mortis. Alexan. d. conſi. 14. num. 2. verſ. hic etiam innuit, lib. 1. Rolan. d. conſ. 61. num. 13. & 42. lib. 2. licet in num. 23. aliqua deducat in oppoſitum. Sequitur Alexan. in d. conſ. 14. num. 2. verſ. hoc etiam annuit, & Iaſ. in d. l. quæ dotis, nu.41. ſol. matr. Maſc. d. Concl. 561. nu.8.

28 Decima eſt limitatio, † cum donatio facta eſt in infirmitate, quæ arguit eſſe factam mortis contemplatione. Gozad. d. conſil. 80. nu. 14. Ripa, d. reſponſo 9. nu.4. lib. quarto, Rolan. conſi. 8. num. 8. verſic. tertio principaliter, lib. 1. Maſcar. d. Concl. 561. nu. 13. 14. & ſeq. Corn. d. conſ. 126. col. 1. verſ. ſecundo quia, lib. 1.

29 Hæc † autem non eſt vrgens coniectura, ex notatis per Iaſ. in d. l. quæ dotis, num. 28. Natta conſil. 104. nume. 13. lib. 1. & reijcitur à Rolan. in d. conſi. 8. num. 36. Quam tamen declarat ibid. nume. 23. quod licet donatio facta ab infirmo non cenſeatur donatio cauſa mortis, ſed inter uiuos, id procedit, ſi vti donatio irreuocabilis valere poteſt, aliàs cenſebitur donatio cauſa mortis, & rurſus firmat, num. 35.

30 Neceſſe † eſt autem, vt fiat mentio mortis. Rimin. in d. princ. de donat. num. 874. & 877. cum alijs ſupra deductis, num. 12. Quid au

31 tem ſi fieret tempore peſtis, vide Maſcard. poſt Ripam, quem citat in concl. 561. num. 10.

32 Vndecima traditur limitatio, cum facta eſt donatio cum † Clauſula, Vt valere debeat omni meliori modo, iure, forma, & via, qua valere poteſt. tunc enim mortis mentio non operatur, quin adhuc ſit donatio inter viuos. Rimin. in d. princ. de donat. num. 952. verſic. ſextus caſus, Roland. d. conſi. 8. nume. 24. lib. 1. tu autem diſtingue, an donator ſe reſtrinxerit ad certum modum ſpecificatum, & appoſita ſit Clauſula, Omni meliori modo, quia tunc Clauſula nō operatur in alio modo recedente, ab expreſſo, quia appoſita eſt ſine copula; ſi verò dictum eſſet, & omni alio meliori modo, tunc benè operatur in omnibus modis, vt habetur in deciſ. Rotæ, in 1. parte, diuerſor. deciſ. 107. nu.4. & ſeq. vbi uide.

33 Duodecima eſt fallentia ſi † in donatione dicatur, quod liberè dat, & conſignat: non enim libera foret, ſi eſſet reuocabilis ad beneplacitum donatoris qualis eſt donatio cauſa mortis. Riminald. ibid. num. 953.

De-

34 Decimatertia † eſt limitatio, ſi adſit conſtitutum, quo donator conſtituat ſe poſsidere nomine donatarij. Roland. dicto conſi.61. num.45. lib.2.

35 Decima † & quarta eſt fallentia, quando in inſtrumento donationis eſt appoſita Clauſula ad habendum, tenendum, & de re donata eius arbitrio diſponendum. Roland.d.conſil.61. num.48. vbi alios citat. Faciunt notata per eũdem, ſuper viribus dictæ Clauſulæ, in conſ.64.num.11.& 12.lib.quarto, Menoch.conſi.88.in prin. lib.primo. Pedemont. deciſ.163. nume.1. Burſat.in conſil.64.nume.31. lib. primo.

36 Decimoquinto limitatur, cum † facta eſt donatio ob benemerita donatarij, quia eorum intuitu cenſetur potius donatio inter viuos. Roland.d.conſi.61.num.41. Rim.qui alios citat, in d.princ. Inſtitut.de donat.num.943.Maſcard.in d.concluſ.561.nu.22.quamuis Corneus in d.conſi.126.col.2.verſ.nec etiam obſtat, lib.1.dixerit id non concludere.

37 Decimoſexto fallit, † quando facta eſt donatio coniunctæ perſonæ, cuius fauore potius dicitur eſſe donatio inter viuos. Roland. d.conſi.61.num.49. vbi alios inducit. Sequitur Natta, in conſi.104. num.vndecimo, verſ.præterea conſiderandum, lib.1. Maſcard.d. Concluſ.561.num.24.

38 Quid iuris † in donatione præſumpta? vide Seraph. de priuil. iuram.in priuil.71.num.53.

39 Quid † de donatione facta inter coniuges Hebræos, an iuramẽto firmetur? Seraph.in d.priuil.71.nu.60. tenet pro affirmatiua. vide ſupra in 7.quæſt.primi Effectus.

40 Notabis † autem quod vbi concurrunt hinc inde coniecturæ potius in dubio præſumitur donatio inter viuos, Bellon.conſi.60. num.14.verſ.accedit etiam.Ruin.d.conſil.51. nume.2.lib.1.Iaſ.in d.l.quæ dotis, num.26.& ſequen.ff.ſolu.matrimon. Quamuis Corneus in ſupra citato conſi.126.col.1. verſic.ex quo fuit, lib.1.dixerit vbi ſit facta mentio mortis, in dubio præſumi donationem cauſa mortis.

41 Neque venit prætermittendum, † quod ſi donatarius viuo donatore decedat, huiuſmodi donationem euaneſcere. Roland. in conſi.77.num.6.lib.1.ſed quid vbi donatio iurata ſit, promiſſumq; non reuocare latè diſcutit Rol.in præcitato conſ.77. fere per totũ, & pro negatiua concludit, præſertim nu.24.

42 Quid autem † ſi donatum Eugenio, & eius hæredibus? & is decedat viuo donatore, an donatio tranſmittatur ad hæredes? vide Cottã in ſuis memor. ſuper ver.donatio cauſa mortis non trãſmittitur. Seraph.d.priuil.71.nu.46.& 47.

43 Quid † ſi donatio ſuſtineri nequeat in vim donationis inter vi-

nos, neque vti donatio cauſa mortis? an ſaltem ſuſtineatur vti fideicommiſſum? & pro affirmatiua reſpondetur: ſi ex alijs clauſulis appareret donantem ſe non reſtrinxiſſe ad modos expreſſos; vel quia dixit, & aliàs omni meliori modo; vel quia donans ſimpliciter donauit nõ expreſſa aliqua ſpecie donationis. Rota diuerſor. par. 1. deciſ. 107. in fi.

44 Quid ſi Notarius tempore ſtipulationis dixiſſet donatori, quod illam donationem ad ſui libitum reuocare poterat? dicas, quod donator potuit illi credere, & propterea erit reuocabilis, nè deceptus remaneat Corneus, in conſil. 126. col. 2. verſ. quarto quia, & verſic. ſequen. lib. primo, etiam ſi in inſtrumento dicatur, quod promiſit, & iurauit non reuocare, vt habetur ibidem, in verſic. & propterea licet.

SVMMARIVM.

1 *Notarius corrigere poteſt errorem ſuum ante datam copiam parti, & incontinenti, non tamen ex interuallo.*
2 *Quid ſi dubitetur, an correxerit incontinenti? ſtatur eius iuramento.*
3 *Notario creditur atteſtanti ſe ſe correxiſſe.*
4 *Intellige, vt corrigere poſſit in his, quæ reſpiciunt eius officium, circa ſolennitates, & ſecùs in his quæ ſubſtantiam ſapiunt.*

Effectus CCX.

NEc leuis quæſtio, an Notarius valeat ex ſe ipſo ſine licentia iudicis, & abſque vocatione partis, errorem ſuum in inſtrumento originali corrigere? variæque extant Doctorum ſententiæ; & latiſsimè materiam proſequitur Felyn. in cap. ex litteris, firmans deſuper quamplures Concluſiones, de fide inſtrum.

1 Admittitur tamen à Doctoribus, † quod poſsit à ſe ſe ipſo ſtatim corrigere ſuum errorem, ante tamen datam copiam parti, vel inſtrumentum in iudicio pręſentatum, ad Bald. in Rubr. num. 25. C. de fide inſtrum. Pariſ. in conſil. 28. num. 42. 43. & ſequent. lib. 2. Alex. conſil. 70. num. 4. lib. 1. Berous conſi. 87. num. 48. lib. 3. Ruin. conſ. 16. num. 2. lib. 5. Alben. conſil. 59. num. 5. Socin. conſil. 277. num. 6. lib. 2. Cagnol. l. ſi librarius, num. 26. de reg. iur. Felyn. cap. ex litteris, num. 8. verſ. ſecundus caſus, de fide inſtrum. Port. Imol. conſil. 94. num. 2. Proſp. Paſett. conſ. 34. nu. 16. Natta, conſ. 70. lib. 2.

2 Quid ſi † reuocetur in dubium an correxerit incontinenti, vel ex interuallo? Et Felyn. in d. c. ex litteris, num. 10. in quinta declarat. verſi. Et iſtis adde, aſſeruit eſſe ſtandum Notarij iuramento, ex

iuribus

iuribus ab eo citatis; Et ſequitur Seraphin. in priuileg.42.nume.4. Burſat.in conſil.311.nu.75.lib.3. faciunt in oppoſitum notata per Maſcard.de probation. Concluſ.636. nu.2. & pro affirmatiua quæ deducit in Concluſ.638.vbi videas.

Quæ Concluſio de plano procedit, quoniam cum ſit admiſſum
3 credi † Notario atteſtanti, quod ipſe correxit,aut emendauit,vt patet ex ſuprà inductis authoritatibus,ſequitur, vt ex ipſius atteſtatione tollatur leuis illa ſuſpitio; quæ ex cancellatione poterat ſuboriri;ad Bertran.conſ.2.nu.48.lib.2.in antiq. Iaſ.in l. ſi vnus, nume.9. C.de teſtament.

4 Et præmiſſa † procedunt iuxta plurium ſententiam,in corrigendo errore commiſſo in his,quæ ſpectant ad Notarij munus,vtpote ſolennitates in inſtrumento requiſitas,ſecùs autem in his, quæ ſpectant ad partem,& ſubſtantiam negocij tangunt,quia corrigere nequit, niſi vocata parte, & cum iudicis authoritate, vt vltrà aliquos ex præcitatis adnotauit Maſcard. de probation. Concluſ. quarta, nume. 16. qui alios citat. Quamuis oppoſitum placuerit multis ex præcitatis, qui videantur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facta in vltima voluntate, eſt reuocabilis.*
2 *Quid ſi fuerit iuramento vallata?*
3 *Confeſſio ſuper extorſione vſurarum,an poſſit reuocari, & num.4.*
5 *Et quid in confeſſione viri de dote recepta idque facta in vltima voluntate remiſsiuè.*

Effectus CCXI.

1 Confeſſio † facta in teſtamento, vel alia vltima voluntate, eſt ad libitum reuocabilis:eaque eſt ratio,quoniam non habet vim probationis, ſed cuiuſdam relicti, ex inductis per Durant.de vltim. voluntat. caute.6.in 9.tit. de legat. Felyn.in c.ſi cautio,num.9.in 5.Fallent de fide inſtrum.plures pro & contra refert Tiraquel. in 3.gloſ. poſt leg.connub.nu.95. & ſeq. Menoch.præſumpt.35.nu.3.& ſeq. lib.3.

2 Quæſtionis eſt,† an ſi teſtator medio iuramento affirmet ea,quę confitetur eſſe vera,an amplius admittatur reuocatio? & pro negatiua eſt textus in l.cum quis decedens,§.codicillis,de leg. 3.vbi Bar. notat in princip.faciuntque notata per Felyn. vbi ſuprà, nume.24. verſ.ſecundus,quando iuraſſet,& num.25.verſ.modo prædicta Regula.Angel.in l.rationes,in fine,C.de probation.Duran.in d.Caute.6.num.3.in fine.Menoch.præſumpt.5.num.3.lib.5.& pręſumpt. 60.num.8.lib.2.

Faciunt contra quæ notantur à Menoch. in conſil.39. num.47. lib.primo, cum aliquibus ſequentib. præſertim, num.52.& conſ.81. nu.15.& 16. ibid. Vide notata in meo tractatu de Confeſſ. c.8.nume.... verſic. Quid ſi maritum.

3 Ex quibus † alia quæſtio deciditur; Angelus in ſuo teſtamento confeſſus eſt ex vſuraria prauitate extorſiſſe vſque ad talem ſummam, quam reſtitui mandauit, an reconualeſcens id reuocare poſſit? & ſi ceſſet iuramentum, locus eſt reuocationi, & ſecùs ſi medio iuramento id affirmauerit, Angel. ibid. in final. ver. & vide Bart. in d.l. ſi quis decedens, §. Codicillis, ff. de leg.3.

4 Dilect. autem in d. Caute.6.num.4. dixit † etiam ceſſante iuramēto confeſsionem huiuſmodi ſuper malè ablatis in teſtamento factam non poſſe reuocari. Vide Alberic. in l. generaliter, num.10. C. de non numer. pecun. & faciunt notata per Maran. in practica, in 5. actu iudic. in 6. par. principali, num.16. volentem, quod confeſsio facta in vltima voluntate, ſuper extorſione vſurarum, ad conſcientiæ exonerationem, faciat plenā probationem; ex Baldo, Corneo, & alijs, quos ibi citat; & vide Barbat. in conſ.54.nu.3. lib.2. & Folleri. in practica crimin. ſuper ver. & ſi confitebuntur, nu.93.

4 Quid † iuris ſi vir fateatur in vltimâ voluntate ſe recepiſſe dotē ab vxore? Vide in meo tractatu de Confeſſ. cap.8. num.... verſi. Quid ſi maritus, & verſ. ſequenti, vbi latius de hac teſtamentaria confeſsione agitur. Plura tamen cumulat Crauet. in conſ.6.nu.51. & pluribus ſeq. ad probandum maiorem fidem eſſe dandam confeſsioni factæ in mortis articulo, in quo infirmus magis eſt ſolicitus de ſalute animæ quæ ſit in ſanitate: ibi videre poteris, & in oppoſitum deducta per Menochium in conſ.39.nu.67.& ſeq. lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam paſſus, proprio iuramento illam æſtimare valet.*
2 *Verius eſt, vt æſtimetur iudicis arbitrio.*
3 *Et in æſtimatione poteſt haberi reſpectus etiam ad lucrum.*
4 *Aeſtimari poteſt etiam per teſtes.*

Effectus CCXII.

1 INiuriam † paſſus proprio iuramento illam æſtimare poteſt ad Angel. in conſ.95.num.2. Socin. conſ.146.num.16.lib.1. Maran. in ſuo Speculo, in 4. par. principali, diſtinct.1.num.6. Seraphin, de priuil. iuram. priuil.31.nu.105.

2 Verius eſt, † vt ęſtimatio iudicis arbitrio remittatur; qui ponde

ratis

ratis facti circumſtantijs,quę ęſtimationem iniurię augere poſſunt, vel minuere,taxet certam ſummam,intra quàm paſſus iniuriam,iurare poſsit,& tanti illam ęſtimare, iurando,quod potius tantā ſummam amittere,quam illam iniuriam pati voluiſſet. Aymo, conſil. 119.in princ.Angel.d.conſ.95.num.2. Rota,deciſ.prima,de iniur. & damno dato,& deciſ.4.nu.1.ibid.in nouiſ.Aretin.in §. pęna autem,nu.1.Inſtitut.de iniur.

3 Poteſt † etiam haberi relatio ad lucrum,aſſerendo, quod nollet eſſe lucratus tantum, potius,quam eam reportaſſe iniuriam. Iaſ. in §.1.num.51.verſ.& aduerte quod,Inſtitut.de action. Boſsius in practica criminali,in titulo,de iniur.nu.2.

4 Poteſt † etiam ęſtimari, & probari per teſtes intereſſe huius iniuriæ abſque alio partis iuramento, vt habetur per Socin. in præcitato conſil.146. & ſequitur Boſsius vbi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Creditoris, qui pignus alienauit, iuramento creditur ſuper quantitate precij, quo fuit alienatum.*
2 *Ratio eſt, quia eſt perſona approbata ab aduerſario.*
3 *E conuerſo, ſi creditor pignus non reſtituat, valor probatur iuramento Domini.*
4 *Hæcque procedunt tantum in pignore conuentionali.*

Effectus CCXIII.

1 Creditor † habens pignus conuentionale, cum facultate alienandi, ſi illud vendat lapſo termino dato ad ſoluendum, & debitor prætendat maiori precio alienatū fuiſſe,quam creditor dicat, de hoc ſtandum erit iuramento creditoris,qui alienauit, l.finali,§.penult. C. de iure domin. impetran.cum alijs de quibus Seraphin. de priuil.iuram.priuil.45.

2 Ratio † poteſt eſſe, quoniam creditor eſt perſona ab ipſo Aduerſario approbata,tam per dationem pignoris in eius manu, quā ex data facultate alienandi;vnde, cum ſequutus ſit eius fidem,non mirum quòd eius iuramento ſtare debeat.

3 Sicuti † è conuerſo, ſi creditor pignus negaret, & non reſtitueret,de eius valore ſtatur iuramento debitoris, vt notatum eſt ſupra in Effectu 123.

4 Procedit † autem huiuſmodi Concluſio in pignore tantum conuentionali,& ſecùs eſt in Prætorio,& Iudiciali, & vbi debitor non ſit grauiter læſus in precio,prout proſequitur Seraphin. in d. priuileg.45. num. ſecundo, & tertio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte non probat.*
2 *Fallit ſi fuerit iurata.*

Effectus CCXIIII.

1 CONfeſsio † extraiudicialis facta abſente parte, non operatur, multa in id congerunt Gabriel. Concluſ. prima, de Confeſſ. & Seraphin. de priuilegio iurament. in priuilegio 93.

2 Paſsim hæc Concluſio limitatur, ſi † confeſsio fuerit iurata, quoniam tunc plenè probabit, ad congeſta ibid. per Gabriel. num. 41. & per Seraphin. vbi ſuprà, num. 4. qui multos cumulant; quibus adde Rimin. iunior. in conſ. 12. nume. 10. lib. 1. Tobias conſil. 88. num. 3. Menochius conſil. 39. num. 19. lib. 1. Burſat. conſil. 118. nume. 3. lib. 1. Gomeſ. in §. item ſi quis poſtulante, num. 13. Inſtitut. de action. Maſcard. de probat. Concluſ. 346. num. 18. & ſequen. vbi de communi, & Concluſ. 347. num. 69. & ſequen. vbi num. 74. de magis communi, & Marſil. in Singul. 202. verſ. Alius eſt caſus.

Cum autem hæc Confeſsionis materia pulchra ſit, quotidiana, & in forenſibus cauſis, paſsim occurrens, & vtilis admodũ in practica latius illam exornare inſtitui, & particulari Compendio illam declarare ad partem; vt in tractatu de Confeſsione iam cępto, & diuina fauente gratia quanto citius perficiendo, videre poteris, in quo particulariter in cap. primo, num. 39. & ſequentibus agitur de materia præſentis Effectus.

SVMMARIVM.

1 *Mora regulariter abſque interpellatione non incurritur.*
2 *Fallit vbi interpoſitum ſit iuramentum.*
3 *Limitationes ad primum dictum in num. primo.*
4 *Limitationes ad ſecundum dictum, in num. ſecundo.*
5 *Iuramentum impedit purgationem moræ.*
6 *Duo ſpecialia circa idem nequeunt concurrere.*
7 *Fallit vbi tendant ad diuerſa.*

Effectus CCXV.

1 MOra † regulariter abſque interpellatione non incurritur, ad l. ſi ex legati cauſa, ff. de verbor. oblig. l. mora, ff. de vſur.

2 Fallit, † vbi interpoſitum ſit iuramentum, quoniam habet vim

uim interpellationis, ipſoque iure mora incurritur. Cremẽſ.Sing. 122.Socin.Reg.269.nume.7.Gabriel. Concluſ.2. de iureiur.Roland. conſil.77. num.10. lib. 1. vbi de communi, & uide notata ſupra in Effectu 42.

3 Ad primum † dictum, vt mora ceſſet non facta interpellatione, dat plures limitationes Soc.in d.Reg.269.

4 Ad ſecundum, † quod ipſo iure incurratur, vbi interueniat iuramentum, nonnullas limitationes dat Seraph. de priuileg. iuram. in priuileg. 47.

Ex his autem inſurgit non leuis obiectio, quam præfati Doctores non ponderarunt, dum volunt ſtante iuramento moram ipſo iure incurri ex priuilegio, (vt inquit Seraph. vbi ſupra in princ.) ip-
5 ſius iuramenti, & paſsim admittitur, vt iuramentum † impediat moræ purgationem, vt latè deductum eſt ſupra in hacmet quar-
6 ta parte, in Effectu 13. Concurrunt † itaque circa idem duo ſpecialia, contra vulgatam Regulam ſumptam ex l.prima, C.de dotis promiſs.

7 Reſponderi poteſt, † quod vbi plura priuilegia ad diuerſa tendunt, vt tunc concurrere poſsint, vt probatur in l.penult.C.de donation. in qua datur primo priuilegiũ, vt valeat facta donatio pro redemptione captiuorum, vel pro reparatione domus combuſtæ, aut ruinam minantis abſque ulla inſinuatione, ſi excedat ſummam 500. aureorum; & inſimul conceditur aliud priuilegium, vt ſi aliqua dubitatio ſuborta fuerit, vtrum tota donata quãtitas, vel eius pars dumtaxat in opus deſtinatum erogata fuerit, vt credatur iuramento, cui pecuniæ expendendæ traditæ fuerunt, vt tactum eſt ſupra in Effectu 161. & 162.

Proinde, cum in noſtro caſu duo hæc ſpecialia tẽdant ad diuerſa, quoniam aliud eſt, quod mora ipſo iure incurratur, & longe aliud, quod purgari non poſsit, cum ſtent iſta ſimul, vt quis ſit moroſus, attamen, pluribus in caſibus moram purgare valeat, vt deductum eſt ſupra in Effectu 13. non mirum ſi concurrere poſsint, d.l. fin. C. de donation.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæcumque ceſſat, vbi fuerit iuratum.*
2 *Fallit in his exceptionibus, quæ veniunt ex natura contractus.*
3 *Hæres grauatus ne moleſtet vſufructuarium vel ſub pœna priuationis, petere non prohibetur, vt ille caueat de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*
4 *Paria ſunt, vel quod Statutum tollat exceptiones, vel pars promittat remotis exceptionibus.*

Exce-

5 *Exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis, nunquam excluſa cenſetur, & num. ſeq.*

7 *Exceptio nullitatis ſemper admittitur.*

8 *Excipere licet, quod inſtrumentum non eſt inſtrumentum.*

9 *Exceptio inhabilitatis perſonæ, nunquam reijcitur.*

10 *Nec exceptio competens beneficio alterius Statuti.*

11 *Nec excluditur exceptio cedendarum actionum.*

12 *Nec ea quæ ſcaturit ex eodem fonte.*

13 *Exceptio euidens, & notoria ſemper admittitur.*

14 *Et illa quam excipiens offert ſe incontinenti velle probare.*

15 *Exceptio cauſata ex defectu citationis non excluditur.*

16 *Nec tollitur exceptio nouationis.*

17 *Similiter nec exceptio metus.*

18 *Nec exceptio erroris.*

19 *Nec exceptio proueniens ab ineptitudine libelli.*

20 *Statutum tollens exceptiones, non procedit in inſtrumentis conditionalibus, & incertis.*

21 *Nec tollitur exceptio incompetentiæ iudicis.*

22 *Nec exceptio de defectu cauſæ.*

23 *Exceptio contrarietatis, aut repugnantiæ non excluditur.*

24 *Nec tolluntur exceptiones peremptoriæ.*

25 *Nec tollitur exceptio competens ex alio inſtrumento.*

26 *Nec exceptio non implementi.*

27 *Nec exceptio ſimulationis contractus.*

28 *Huiuſmodi Statutum reijciens exceptiones, non habet locum contra tertium.*

29 *Nec quando non directè itur contra tenorem inſtrumenti, ſed contra eius præſumptionem.*

30 *Nec quando per indirectum opponitur contra inſtrumentum.*

31 *Innocentiæ exceptio nunquam reijcitur.*

32 *Nec ea quæ fundatur in confeſſione partis.*

33 *Nec illa quæ ortum habet à facto partis.*

34 *Renunciatio generalis non porrigitur ad illud ius, quod non ſtatim, ſed poſt implementum alicuius conditionis eſt quis habiturus.*

35 *Nec ad illud ius quod ſuperuenit ortum habens à futuro.*

36 *Si Statutum dicat nullas opponi poſſe exceptiones, præter certas expreſſas, an aliæ poſſint opponi.*

37 *Si Statutum vtitur verbis generalibus, & præciſis, non recipit reſtrictionem.*

38 *Et porrigitur ad ſimiles expreſſis, & minores, ſecùs ad maiores.*

39 *Excluſis ab omnibus iſtis limitationibus, an implorare poſsit officium iudicis.*

40 *Alterum remedium, vt ſoluat, & repetat.*

Eſſe-

Effectus CCXVI.

1 EXceptio † quæcumque ceſſat vbi eſt iuratum, & locus eſt exequutioni, l.non erit, §.dato, l.duobus, §.fin. ff.de iureiur.notat Bart.in l.cum qui, §.ſi iurauero, vbi Iaſ.in princ. ibid.Seraph.de priu.iuram.priu.127. in princ.

2 Limita, † & intellige, vt non tollat exceptiones, quæ veniunt ex natura contractus; proinde ſi delato iuramento, quis iurauerit aliquid emiſſe precio centum aureorum, ſi in vim huius iuramenti conueniat aduerſarium ad rem tradẽdam, poterit ille excipere de pretio non ſoluto, quoniam precij ſolutio venit ex natura contractus, ad Iaſ.in d.§.ſi iurauero, nu.1.ad Bal.& Rom. in conſimili caſu citatos à Iaſ.ibid.nu.eod.

3 Idem habes † in vxore relicta vſufructuaria, & grauato hærede, ne illam ſuper eo moleſtet ſub pœna priuationis, adhuc enim licet hæredi exciperet de præſtanda cautione de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri, vt firmat Iaſ.in d.l.cum qui. Aymo conſi.263.nume.3.vbi de exceptione diſcuſsionis. Curt.de feud.2.par.princip. quæſt.1.num.4.

Et quoniam vbique fere extant Statuta diſponentia, quòd contra inſtrumenta guarentigiata nulla admittatur exceptio, præterquam falſitatis, & ſolutionis, & qualibet alia exceptione reiecta, mittantur exequutioni, & vtplurimum ſunt iurata, & nihilominus plures exceptiones admitti poſſunt, cum ſit materia ſatis vtilis, & paſsim occurrens in forẽſibus cauſis, illam latius exornare inſtitui.

4 Et præmitto vnum non negligendum, quod † non facio differentiam, an Statutum tollat omnes exceptiones, vel pars medio iuramento promittat ſoluere, vel aliquid facere omni exceptione remota, id primum probo ex eo, quod ſicut Statutum prædictum,
5 non † tollit exceptionem prouenientem ex defectu iuriſdictionis, & hæc erit prima limitatio, vt per Felyn. in cap.ex parte, 43.nu.16. verſ.decimoſeptimo.fallit, de offic.delegati, Ruin.in conſil.14.nu-
6 me.16.lib.2. Ita † idem diſponitur, vbi pars iuraſſet non dicere de nullitate, quoniam adhuc excipere valebit de nullitate ex defectu iuriſdictionis.Felyn.ibid.num.16.in verſ.Amplia etiam, confirmo ex notatis per Roman.in conſi.472. nu.3. vbi idem aſſerit in vtroque caſu. Conſonant Iaſ.in l.nemo poteſt, nu.49. in prima Lectura, de leg.1.Ruin.conſi.14.nu.17.in fi.lib.2.Seraph.de priuileg.iuram.in priuil.61.nu.13.

7 Secundo limitatur in † exceptione nullitatis, quæ nunquam excluſa cenſetur.Felyn.in d.c.ex parte, 43.num.17. verſ.vltimo fallit, de offic.deleg.vbi plura congerit.Bald.in l.2.nu.quarto, C.de exe-

quut.

quut.rei iudic.Socin.in conſi.79.num.52.lib.quarto,Ruin.cõſ.14. num.17.lib.2.

Tertiò limitatur,& cohæret pręcedenti limitationi, vt † non tollat exceptionem quod inſtrumentum non ſit inſtrumentum, negãdo eius exiſtentiam.Crot.in conſi.39.nu.1.& 2.lib.1. Afflict.deciſ.21.num.14.Barto.l.1.§.1.num.3. ff. quod vi aut clam. Dec.conſil.458.num.1.Felyn.d.cap.ex parte,43.num.6.verſ.ſecundo fallit, de offic.deleg.Pedem.deciſ.122.num.2.& deciſ.129. num.8.Seraphin.de priuileg.iuram.priuileg.73.num.35. & ſequen.Afflict.deciſ.21. num.14.

9 Quarta eſt limitatio, † vt nunquam excluſa cenſeatur exceptio inhabilitatis perſonæ. Felyn.in d.c.ex parte, num.6. verſ.quarto limita;& in verſ.ſeq. Barto.in l.1.§.1.num.6.ff.quod vi aut clam, Gallesin.de Camer.oblig.in ſecunda par.tract.& quarta formula, q. 1. mem.3.Iaſ.in l.fideiuſſor,§.Prætor ait,num.3.verſ.ſeptimo adde,ff. qui ſatiſd. cogant.

10 Quintò limitatur, vt † non tollantur exceptiones competentes in vim alterius Statuti.Pedemon.deciſ.1.nume.22.Bar.in d.l.1.§.1. nu.5.Felin.in d.c.ex parte,43.nu.6.verſ.tertio fallit,de offi.deleg.

11 Sextò non procedit † in exceptione cedendarum actionũ, quæ per generales Clauſulas ſublata non cenſetur.ad Dec. in conſi.27. num.1.ad Bal.in Authent.præſente,num.quarto, C.de fideiuſſor. vbi non ſine colera dicit,quod iſti Diaboli Statutum interpretantur ſuo modo. Roman. in conſ.472.num.2.Dec.conſi.99.num.3. Galleſin.de Came.obligat. in 2.par. tractat.& quarta formu.quæſtio.1. num.10.

12 Septima eſt limitatio,vt † nunquam ſublata cenſeatur exceptio, quæ ex eodem fonte ſcaturit, ad Decium, in conſ.27. nu.1. Felyn. in d.c.ex parte,43. num.12. de offic.deleg. Iaſ.in l.iuriſgentium,§. quod ferè, nu.14.ff.de pact.Natta,conſ.474.nu.35.lib.2.Pariſ.conſil.81.nu.31.lib.3.Seraph.priu.59.nu.15.

13 Octauò † nunquam ſublata cenſetur exceptio,quæ eſt euidens, & notoria.Pedemon.deciſ.142.nu.33. & ſeq. vt puta ſi conſtat ex actis. Barbatia,in conſi.18.nu.1.lib.1.Fel. d.c.ex parte, num.7.verſ. quinto fallit,Seraph.de priuil.iuram.

14 Nonò † nec excluditur ea exceptio, quam excipiens offert ſe in continenti probaturum, quoniam tunc ceſſat omnis ſuſpitio calũniæ,vt opponat animo procraſtinandi. Fel.in d.c.ex parte,num.9. Iaſ.in d.§.quod ferè,nu.15. Dec.in conſ.424.nu.6.& 7.

15 Decimò † nec vnquam excluſa intelligitur exceptio proueniẽs ex defectu citationis.Felyn.ubi ſup.nu. 10.

16 Vndecimò † non tollitur exceptio nouationis,ad Bal.in l.2.nu. quarto,verſ.item poteſt opponi, C.de exeq.rei iudic.

Duo-

17 Duodecimo † nec tollit metus exceptionem, ad Felyn. in d. c. ex parte, 43. nu. 13. de offic. deleg.

18 Decimotertio limitatur, † vt nunquam ſublata cenſeatur exceptio erroris. ad Soc. in conſi. 79. nu. 52. lib. quarto.

19 Decimoquarto † nec impeditur, quin opponi poſsit de ineptitudine libelli, ad Felyn. in d. cap. ex parte, il ſecondo, nume. 16. de offic. delegati.

20 Decimoquinto † illud Statutum non procedit, quoad inſtrumẽta conditionalia, & incerta. ad Socin. in conſil. 51. nume. quinto, lib. 1.

21 Decimoſexto † nec vnquam excluſa cenſetur exceptio incompetentiæ iudicis. Ruin. in conſi. 14. nume. 16. lib. 2. Felyn. in d. c. ex parte, 43. nu. 16. verſ. decimooctauo, de offic. deleg. Seraph. de priuil. iuram. in priuil. 61. nu. 23.

22 Decimoſeptimo fallit, † ſi excipiatur de defectu cauſæ quoniã hæc exceptio non cenſetur excluſa, ad Galleſ. de Camer. oblig. in 2. par. tract. & quarta formu. q. 1. nu. 12.

23 Decimooctauo nec † ſublata eſt exceptio quæ oſtendat contrarietatem vel repugnantiam. ad Felyn. in d. cap. ex parte, 43. nu. 11. de offic. delegati.

24 Decimonono † nec ſublatæ ſunt ab huiuſmodi Statuto exceptiones peremptoriæ, Aymo, in conſi. 263. nu. 5.

25 Vigeſimo † nec tollitur exceptio, quæ competit ex alio inſtrumento non minus ſolenni. ad Felyn. d. c. ex parte, nu. 15.

26 Vigeſimoprimo, † nec remouetur exceptio non implementi, ad Rol. in conſi. 53. nu. 32. lib. 1. & conſ. 69. nu. 24. lib. quarto.

27 Vigeſimoſecundo † nec tollitur exceptio ſimulationis contractus. Felyn. in d. c. ex parte, 43. nume. 14. de offic. deleg. Iaſ. in l. cum ea, nu. 3. C. de tranſact. quamuis contrarium notet Seraph. in priuil. 59. nu. 12. verſ. & ideo dicimus. Quid autem in hærede iurantis. vide Seraph. ibid. nu. 29. & in fi.

28 Vigeſimotertio † tale Statutum non habet locum contra tertiũ. ad Grammat. Voto 16. num. 1. Iaſ. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 17. de re iudic. Corne. conſ. 118. col. fin. verſ. nec obſtat quod, lib. 1. Fel. c. cum ſuper, num. 15. verſ. amplius dixit, de re iudic.

29 Vigeſimoquarto intellige Statutum, vt † procedat indirecta probatione contra inſtrumentum, & limita ne procedat, ſi quis probare velit contra præſumptionem ex eo reſultantem, vel contra eius ſolennitatem, vtputa negando, quod Notarius qui rogatus eſt, ſit verus Notarius, ad Iaſ. in l. iuriſgentium, §. quod ferè, num. vndecimo, ff. de pact.

30 Vigeſimoquinto, & arridet † proximæ præcedenti limitationi, nec procedit vbi per indirectum opponitur contra Statutum, vide

Ff Felyn.

Felyn.exemplificantem in d.c.ex parte,43. num.8. de offi.deleg.

31 Vigeſimoſexto limitatur, vt † nunquam reiecta cenſeatur exceptio innocentiæ,ad Felyn.in d.cap. ex parte 43.num.14.verſ.decimotertio,de offic.deleg.vbi per errorem impreſsionis ſcriptum eſt de exceptione innoteſcentiæ;ſed vult dicere de exceptione innocẽtiæ; vt patet ex ibi allegatis,& not.Barto.in l.1. §.1.num.quarto,ff. quod vi aut clam,& Dec.in conſil.458.nu.11.

32 Vigeſimoſeptimo, nec † tollit exceptionem fundatam in partis confeſsione.Felyn. in d.cap.ex parte, num.14. verſ.quartodecimo. Simile habemus, quod contra præſumptionem iuris, & de iure nõ admittitur probatio in contrarium.Menoch.lib.1.præſumpt.quæſtio.60. & nihilominus admittitur confeſsio partis. Menoch. ibid. quæſtio.61.

33 Vigeſimooctauo † nec procedit in exceptione, quæ ortum habet à facto partis,ad Dec.in conſ.27.nu.23.

34 Vigeſimonono generalis † iurium renunciatio non porrigitur ad illud ius,quod ſtatim quis non eſt habiturus,ſed poſt implemẽtum adiectæ alicuius conditionis.ad Dec. in d.conſ.27.num.7.Roman.in conſ.472.num.3.

35 Trigeſimo,nec porrigitur † ad ius quod ortum habet à futuro, & poſtea ſuperuenit Decius in d.conſi.27.nu.3.Rom.d.conſi.472. nu.3.verſ.ſecunda & generalis.

36 Quid † ſi Statutum dicat,vt nulla exceptio opponi poſsit præter tales, vt puta,falſitatis,aut ſolutionis,an alię poſsint opponi?& pro negatiua reſpondetur: ſtandum eſt enim verbis Statuti, quamuis duris; ex ſententia Bart. quem totus mundus ſequitur, vt formaliter inquit Alex.in conſi.94.num.quarto, verſ.item illa deciſio,lib. quarto, vide Barto. in l.prima, §.primo, nume.3. & 5. ff. quod vi aut clam.

37 Vbi enim † Statutum habet verba vniuerſalia, & præciſa, non recipit reſtrictionem. Crot.in conſi.39.nume.6.& ſequen. lib.primo,Bald.in l.2.nu.quinto,verſ.ſed quid ſi in Statuto, C.de exequ. rei iudic. tollitque non tantum friuolas, ſed legitimas etiam exceptiones. Felyn. in dicto capit.ex parte,43. nume.ſexto, verſicu.ſublatis, de officio delegat. Seraphin. de priuileg.iuram. in priuileg. 74. num.47.

Vrgent autem in oppoſitum cumulata per Iaſ. in §. Prætor ait, nu.3.in l.fideiuſſor,ff.qui ſatiſdare cog.Roland.in conſi.96.nu.8. lib.1.Curt.iun.conſ.1.nu.3.

38 Tale ſi quidem † Statutum porrigitur ad caſus ſimiles expreſſis, & ad minores, non autem ad maiores. Decius in dicto conſil.27. num.quinto.

39 Notabis autem, † quod vbi quis deſtituatur omnibus his limita-

rationibus, remedium eſt, vt imploret officium iudicis, vt docet Felyn. in d. cap. ex parte, 43. num. 18. de offic. delegati, vbi opponit, & declarat. vide Barto. in l. 1. §. primo, nume. 6. ff. quod vi aut clam, & omnino Angel. in l. fin. numero ſecundo, ff. de petitio. hæredit. & uide omnino Iaſ. in l. prima, nume. 9. ff. de iuriſdiction. omnium iudic.

40 Alterum † eſt remedium, vt ſoluat, & repetat, ad Felyn. ibid. in verſ. ſecundum remedium. Bar. in d. §. 1. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis exigi poteſt, etiam ſi non interſit, & quid in mercatoribus, vide nu. 3.*
2 *Contrarium quod exigi nequeat, niſi quanti interſit.*
4 *Præſertim inter mercatores, inter quos ſeruatur æquitas. Contra num. 5.*
6 *Mercatorum conſcientiæ non ſunt præ cæteris ſcrupuloſæ.*
7 *Mercator eſſe nequit abſque mendacio, & periurio.*
8 *Differunt pœnæ legales, & conuentionales.*
9 *Vide Rotæ diſtinctionem.*
10 *Ceſſat difficultas ſi pœna promiſſa ſit medio iuramento.*
11 *Iuxta magis communem exigi valet abſque alio iuramento.*
12 *Pœna conuentionalis ad quam ſummam aſcendere poſſit?*

Effectus CCXVII.

1 ALta † eſt quæſtio an pœna conuentionalis exigi poſſit etiam ſi non interſit, vt patet ex congeſtis à Gabr. de criminal. in concluſ. 34. vbi latè, & multa in vtramque partem deducit.

2 Pro negatiua † vide Grammat. in conſ. 66. num. 74. in ciuilibus. Crot. in l. quarta, §. Cato, num. 8. & ſequen. de uerbor. oblig. vbi inquit peti non poſſe niſi quatenus intereſſe concurrit, & de honeſte, & in foro conſcientiæ non poſſe peti, & communem eſſe ſententiam liquet ex citatis per Gabriel. vbi ſup. num. primo, & 10. & ſequi uidetur Vrſill. ad Affliſt. in decíſ. 135. per totam; comprobatque Burſat. in conſil. 21. nume. 14. lib. primo, cum alijs ibi. à Gabrielio citatis.

3 Pro affirmatiua, † vt etiam in foro conſcientiæ, & quod nihil interſit, valeat peti, & exigi, voluerunt Anchara. in Reg. poſſeſſor, num. 21. verſ. tertio quæro, de reg. iur. in 6. Felyn. in c. 1. nu. 46. ver-

ſic limitatur ſecundo, de conſtitut. Socin. in c. audiuimus, nu. 41. in verſ. limita hoc, de Simonia, Benuenut. de contrac. mercat. nu. 23. quem videbis, quoniam opponit, & poſtea reſpondet, firmans procedere, etiam ſi nihil interſit. Corneus inquiens exigi poſſe ac retineri cum bona conſcientia, in conſi. 2. col. penult. verſ. dato autem quod excederet, lib. 3. & in conſ. 282. col. antepenult. verſ. & licet in Epiſcopo, & in conſi. 69. in fi. lib. ſecundo, de communi, Gabr. in d. concluſ. 34. num. 2. & de magis communi, nu. 9. & vide etiam in nume. 11. Grammat. teſtans & ipſe de magis communi, in d. deciſ. 58. num. 7. & de communi Alexan. in conſil. 39. num. quarto, & quinto, lib. 6. Decius in cap. 1. in prima lectura, num. 20. verſ. tertia concluſio, de Conſtitut. Cagnol. in l. quod quoquam, num. 6. de regul. iur. Corn. in conſi. 153. col. 1. verſ. circa quartam, lib. primo, Rebuff. in l. vni. glo. prima, num. 59. 60. & ſequen. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. Pariſ. conſi. 34. num. 31. 32. 40. & 42. lib. primo, Riminal. iun. conſi. 9. nume. 12. 13. & ſeq. & num. 24. lib. 1. Pedem. deciſ. 70. nu. 7. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 54. num. 3. verſ. aut quærimus an peti.

Vide etiam Iaſ. ſubdubitantem, in conſ. 93. nu. quarto, verſ. vel dicas quod non, lib. 1.

4 Inter † mercatores autem inter quos proceditur ex bono, & æquo, multis placuit vt pœna licet conuentionalis exigi nequeat, niſi in quantum concurrat verum intereſſe, Aretin. in l. quarta, §. Cato, in principio, vbi Crot. num. 8. de uerborum obligat. Galliau. videndus, in l. 2. §. item ſi in facto, num. 7. eo. tit. cum latè congeſtis à Tiraquel. de pœn. temper. cau. 51. nu. 140. & ſequen. notantque plures ex ſupra citatis.

5 Oppoſitum † vult Pariſ. in conſi. 34. num. 41. & ſequen. lib. primo. Cuius ſententia verior uidetur in puncto iuris, quoniam vt liquet ex iam dictis, frequentiori calculo receptum eſt, vt Canonica etiam æquitate attenta, tutaque conſcientia pœna conuen-
6 tionalis exigi poſſit. Nec credimus, † mercatorum conſcientias eſſe præ alijs mage ſcrupuloſas; immò habemus textum, in c. eij-
7 ciens, 88. diſtinct. vbi dicitur, † quod mercator eſſe nequit abſque periurio, & mendacio.

8 Nec † deſunt qui diſtinguant inter pœnam legalem, & conuentionalem, vt hæc peti valeat, illa autem nequeat, ut refert Gabriel. in dicta Concluſio. trigeſimaquarta, nume. quinto, & ſequen.

9 Sacrum † autem Rotæ Auditorium aliter diſtinxit, quod aut nullũ adeſt intereſſe, & tunc exigi nequeat; aut aliquale concurrit intereſſe, & tunc pœna conuenta exigi poſſit, etiam ſi tanti non

in-

intersit, vt habes per Creſcent. in deciſ. 191. incip. Promittenti de rato, lib. 1. in manuſcript.

10 Sunt qui putant omnem ceſſare difficultatem, † ſi pena promiſſa ſit medio iuramento, quoniam tunc virtute iuramenti exigi valet; ad Grammatic. in d. deciſ. 58. num. 6. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. Centur. 3. Caſu 260. nu. 29. & 31. Seraphin. qui alios citat de priuileg. iuram. in dicto priuileg. 54. nu. 2.

11 Sed iuxta † magis communem exigi poteſt, etiam ceſſante iuramento, vt liquet ex præcitatis.

12 Cæterum, non † leuis eſt dubitatio, ad quam ſummam aſcendere poſsit pœna conuentionalis, & an duplum, & vt aliqui volunt, quadruplum excedere poſsit; & quia latè de hoc agit Menoch. in d. Caſu 260. in Centur. 3. lib. 2. de arbitrar. quæſt. & etiam Seraphin. in d. priuileg. 54. & non eſt materia ſpectans ad id, quod agitur, ad eos lectorem remitto.

SVMMARIVM.

1 *Vbi vir & mulier in eodem inſtrumento rei venditæ pretium ſe recepiſſe fatentur, medietas ad quemlibet perueniſſe præſumitur.*
2 *Imò, iuxta communem tota præſumitur ad virum perueniſſe.*
3 *Fallit ſi confeſsio fuerit iurata.*
4 *Vide oppoſitionem.*
5 *In practica ſeruaretur opinio, vt confeſsio præiudicet mulieri iuxta opinionem alicuius, ſed communis contra.*

Effectus CCXVIII.

NEc ſine controuerſia tranſit vbi vir, & vxor rem dotalem alienent, & fateantur ſimul ſe precium recepiſſe, an eueniente caſu reſtitutionis mulieri agenti ad dotis recuperationem, obſtet exceptio prædictæ confeſsionis?

1 & Bart. in conſil. 124. nu. 1. par. 1. tenet quod † medietas perueniſſe præſumatur in manus ſuas, & reliqua medietas ad manũ viri, quem plures ſequuti ſunt; ad Paul. in l. Reos, §. finali, nu. 3. de duob. Reis. Franc. Marc. deciſ. 508. nu. 16. cum alijs citatis per Viuium, in opinio. 483. in princip.

2 In contrariam ſententiam frequentius eſt itum, vt † potius totũ precium ad virum perueniſſe præſumatur, talemque confeſsionem contra virum, & eius hæredes mulieri nullum afferre præiudicium, Addit. ad Bart. in d. conſil. 124. ſuper ver. medietate, Natta, in conſ. 552. nu. 2. lib. 3. Boerius deciſ. 23. nu. 6. Aretin. in §. eſt & aliud, nu. 2. verſic. & aduerte, quia Bald. Inſtitut. Quib. alien. licet, vel non. Bald.

Nouell. de dote, par.7. limit.12. verſ. & per præd. priu. 1. cum alijs de quibus Viuius in d. opin.483. verſ. In contrariam verò.

Seraphin. autem de priuileg. iuram. in priuileg.65. num.2. limitat
3 id non procedere † cum mulieris confeſsio vallata eſt iuramento, quod rurſus firmat in num.6. verſ. ex prædictis ergò; licet dicat, nume.3. quod nullum inuenit Doctorem dicentem, quod confeſsio mulieris cum iuramento faciat ſibi præiudicium, quod à tali viro
4 dicendum non fuiſſet, † cum quàplures, & grauiſsimi id affirment; vt patet ex Campeg. de dote, par.4. quæſt.10. Imola, in c. cum contingat, num.24. verſ. ſed iuxta prædicta, de iureiur. quem ſequitur Capic. in deciſ.78. num.9. Aretin. in §. Item ſi, num.20. verſic. quid ſi cum iuramento. Inſtitut. de exceptio. vbi inquit, quod propter iu-
5 ramentum hæc ſententia † ſeruaretur in practica, ſed forte de iure non eſt vera, cum neceſſe ſit, vt probetur aliter pecuniam perueniſſe in manus vxoris. Sequitur Vrſill. ad Afflict. in deciſ.209. in princ. & idem habetur in deciſ. Pedemont.44. nu.5. cum congeſtis à Tiraq. de retract. lignagier, §.31. gloſ. prima, num.5. Aſſeritque Roland. in conſil.64. num.9. & ſequen. lib. primo, non eſſe receden dum ab ea ſententia, quod mulier non obligetur, etiam ſi confeſsio fuerit iurata, pro qua fuit aliàs pluries iudicatum, & quę eſt commu nis, & à qua nefas, & temerarium eſſet recedere, prout firmat etiam Aymo, conſil.91. præſertim, num.11.

SVMMARIVM.

1 *Ius Canonicum attenditur vbicumque agitur de materia iuramenti, & num.3.*
2 *Quid ſi ſtatutum dicat, vbi deficiat eius diſpoſitio, vt ſeruetur ius ciuile, an occurrente caſu iurato non deciſo per Statutum, ſit ſeruandum ius ciuile, vel Canonicum?*
4 *Statuta Laicorum non ligant quoad iuramentum.*
5 *Quid ſi confirmata ſint à Papa?*
6 *Clerici quoad bona temporalia ligantur Statutis Laicorum.*
7 *Quando Statuta Laicorum ligent Clericos, eſt maximum pelagus.*

Effectus CCXIX.

1 VBicumque † agitur de materia iuramenti, & quæſtionibus occaſione iuriſiurandi emergentibus, ibi ſemper eſt attendenda iuris Canonici diſpoſitio, poſtpoſito iure ciuili, vt proſequitur Seraph. de priuil. iuram. priui.66 Inferens propterea ad non nullos effectus, quos ibi videre poteris.

Sed

Sed minimè leuis eſt dubitatio, ſi extet Statutum in aliqua Ciuitate prout habetur in Vrbe, & in Patria mea Ciuitate Tyburti-
2 na, vt in omnibus caſibus † vbi Statuta deficiant, recurratur, & ſeruetur ius Ciuile; an occurrente caſu, in quo cōtrouertatur de actu, vel contractu iurato, non aliàs deciſo per Statutum, ſeruandum ſit ius Ciuile, vt mandat Statutum, vel ius Canonicum, ex quo agitur de iuramento.

3 Et videtur † non eſſe ſtandum iuri Ciuili, quoniam iuxta Regulam ſupra in principio firmatam, in materia iuramenti ſtandum eſt iuri Canonico, & illud Statutum interpretandum eſt, vt ſtetur iuri Ciuili, in caſibus tamen, in quibus de iure locus eſt illi, iuxta vulgarem Concluſionem vt minus lædat ius, quam ſit poſsibile; ad Cephal. in conſi. 247. num. 43. lib. 2. Ripa, reſponſor. lib. 1. c. 2. num. 8. cum alijs triuialibus.

4 Idque † præſertim procedit, ſi Statuta condita ſint à Laicis, qui nullam habent poteſtatem diſponendi ſuper iuramento, vt factum eſt ſuprà; in primo Effectu, quæſtione quarta, verſic. Aliquando autem.

5 Quod † ſi Statuta confirmata eſſent à Papa ex certa ſcientia, non autem in forma communi, vt declarauimus ſupra, in eodem primo Effectu, in dicta quæſt. quarta, verſ. Cæterum admoneo: Qualia ſunt antedicta Statuta Romana, & Tyburtina, & tunc cum dicantur Statuta Papalia, omnes ligant, vt dictum eſt d. quæſtio. quarta, verſ. quod ſi Statutum.

6 Facit ſimile de Clericis, qui quoad bona Laicorum Statutis illorum adſtringuntur. Ripa, Reſponſ. lib. 1. c. 6. nu. 11.

7 At quia † an & quando Statuta cōdita à Laicis ligent Clericos, eſt maximum pelagus; vt inquit Tiraq. de retractu lignag. §. 1. gloſ. 3. num. 2. tantum pelagus ad præſens enauigare non curamus, cum ſit extra terminos noſtræ materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericis prohibitum eſt donare Meretrici, vel Concubinæ.*
2 *Nec quicquam illis in teſtamento relinquere.*
3 *Idem ſtatuitur in militibus.*
4 *Et in Doctoribus, & Aduocatis.*
5 *Et in Licentiatis.*
6 *Limitatur vbi donatio ſit firmata iuramento.*
7 *Limitatio prædicta impugnatur, & num. 8.*
9 *Fallit ſi donatio fiat ob merita.*
10 *Merita ſunt aliundè verificanda.*
11 *Donatio ſuſtinetur pro concurrenti quantitate meritorum.*

12 *Intellige præmiſſa, cum donatio facta eſt durante concubinatu.*
13 *Quæ declaratio patitur difficultatem.*
14 *Fallit vbi Clericus eſſet emendatus, & num. ſeq.*
16 *Præſumptio ex conuerſatione cum veteri concubina elidit famam emendationis factæ.*
17 *Emendatio à concubinatu præſumitur per tres, aut quattuor annos.*
18 *Idque procedit vbi ceſſet conuerſatio.*
19 *Delictum vbi fuit publicum debet etiam emendatio eſſe publica.*
20 *Mulier turpis pari ratione nec Clerico donare valet.*

Effectus CCXX.

1 QVamuis † Laicis Meretrici, aut Concubinæ donare permittatur, Clericis eſt expreſsè prohibitum, Angelus in l.affectionis,ff.de donation. Soarez, inter communes, ſuper ver. donatio in Clericis, num.193. Couarru. in Reg.peccatum, par.2.§.2.num.2.de regul.iur. in 6.Iaſ.l.miles, nume.5.& 6.de re iudic. Ancharan.queſt.12.num.1.par.2.Viui.opin. 205.nu.6.Seraphin.de priuil.iuram. priuil.71.nu. 10.

2 Pariter † nec ei relinquere poteſt in vltima voluntate, Iaſ.in d.l. miles, num.15.vide Vrſillum ad Afflict.in deciſ. 102.num.3. Viui. d.opin.205.nu.5.Seraphin.d.priuileg.71.nu. 12.

3 Et quod † de Clericis diſponitur, procedit etiam in militibus, Angel.d.l.affectionis, Couarru.ſimiliter in d. Reg. peccatum, Iaſ. ibid.nu.15.Vrſill.in d.deciſ.102. & Viui. in d.opin.205.nu.7.Seraphin.d.priuil.71.nu. 10. Soarez ſuper d.ver.donatio.

4 Idem † dicitur de Doctore, & Aduocato. Iaſ. Vrſill.& Soarez, in locis ſuprà citatis.

5 Et extenditur † ibidem ab Vrſillo etiam quoad Licentiatos in iure, ibi vide.

6 Limitantur præmiſſa, non procedere, vbi † donatio ſit confirmata iuramento, ad Capici. in deciſ.102.nu.2. Ancharan. d.quæſt.12. nu.12. Vrſill.ibid.& Seraphin.d.priuil.71.num.11.

7 Impugnat † huiuſmodi limitationem Aymo, in conſ.229. per plura fundamenta, quibus ſingulariter reſpondet Seraphin. in d. priuileg.71.num.11. & pluribus ſequent. & eam refellit etiam Ro-
8 land.in conſil.98.num.15.& 37.lib.1. Et certè, huiuſmodi † limitatio vera non videtur, cum donatio Clerici in Concubinam peſsimi ſit exempli, & contra bonos mores, ex quo fit, vt iuramentum iuxta Regulam non ſit obligatorium, ex congeſtis à Rolando ibid. & facilè tolli poſſunt reſponſiones Seraphini, datæ ad motiuum Crauettæ, vt patet ex illarum lectura, ſed pro nunc non inſiſtimus.

Limi-

9 Limitatur † etiam prædicta Concluſio, vt non procedat, ſi donatio fiat ob merita, Capici.d.deciſ.102.nu.2. Ancharan. in d.quęſtio.12.num.6. Vrſill.ad Afflict. d.deciſ.102. in princ. Decian.conſil.28. num.24. lib.3. Roland. d.conſil.98. nume.47. Bellon. conſil.74.num.5.

10 Merita † verò ſunt aliundè verificanda, quoniam de eis non creditur donatori; Capicius d. deciſ.102.num.2. Afflict.deciſ.102. in princip. vbi Vrſill.nu.1. Ancharan.d.quæſt.12.num.2. Roland. d. conſ.98. num.49. lib.1. Soarez ſuper d. verbo, donatio in Cleric. num.193.

11 Et † ſuſtinetur, pro concurrenti quantitate meritorum. Ancharan.d.quęſt.12. Afflict.d.deciſ.102.

12 Intellige † præmiſſa, cum donatio facta eſt durante concubinatu, Capicius d.deciſ.102.in fine. Vrſill.ibid.nu.1.

13 Quæ † declaratio non caret difficultate, quoniam etiam ſi concubina eſſe deſierit, non propterea dici poteſt facta honeſtæ perſonæ. niſi per triennium bene, & caſte vixerit, quia tunc præſumitur emendatio, ad §.primum, verſic.nequaquam, in Authent. de Monachis, cum congeſtis à Tiraquello, de pœnis temper. Cauſa 22. num.5.

14 Huiuſmodi † autem emendatio ſanè eſt intelligenda, vt bene declarat R. P. D. Seraphinus compater, & Dominus meus obſeruandiſsimus, in ſua deciſ.64. lib.1. in manuſcriptis, quam in Lectoris gratiam inſerere volui, tenoris ſequentis, videlicet.

Rotæ deciſio Romana legati.

Veneris 28. Maij 1568.

Fuit reſolutum ex quo conſtat de conſuetudine N. cum Lau-
15 ra, nec probatur emendatio, cum teſtes deponant † tantum de au-
ditu ab ipſa Laura, cui non eſt hoc caſu fides adhibenda, legatum
non ſuſtineri, niſi Marius melius probet hanc emendationem; ma
16 ximè † cum aduerſus eum militet præſumptio, ex conuerſatione,
de qua per teſtes, & ideo præſumatur legatum factum ex illa cauſa
17 turpi, quæ adhuc durabat; & licet † per tres, aut quatuor annos
18 præſumatur emendatio, † id procedit, vbi non duraret conuerſa-
19 tio, quæ hic magnam facit ſuſpicionem. Et vbi † delictum fuit pu
blicum, debet etiam emendatio eſſe publica; aliàs non purgatur il-
la ſuſpitio, quam iura habent in conſideratione, l.ſi miles, §.mulier, de militari teſtam.

Hactenus Rota.

20 Pari ratione, † concubina, meretrix, aut turpis mulier, clerico donare, nec relinquere poteſt. Viu.d.opin.205.nu.11.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prohibitum eſt compromittere cum iuramento.*
2 *Authen. Decernit, C. de recept. arbitr. an loquatur de iuramento partium vel arbitri.*
3 *Diſpoſitio eius Authen. non procedit de iure Canonico.*
4 *Nullum ſit hodie compromiſſum abſque iuramento.*

Effectus CCXXI.

1 DIſponitur † in Authen. decernit, C. de recept. arbit. quòd non liceat facere compromiſſum appoſito iureiurãdo; Et licet Doctores non modicè controuertant, an ille textus loquatur de iuramento compromittentium, vel arbitri, in quem compromittitur, vt liquet ex adnotat is ibi per gl. Cyn. Bart. Bald. Paul. Salic. & alios, tamen inquit Paul. in princ. ve-
2 rius eſſe, vt textus † loquatur tam de iuramento partium, quam ar
3 bitri; ſed quoniam † ea diſpoſitio non procedit de iure Canonico, ſtante iuramento, cuius virtus operatur, vt veniat obſeruandũ, vt omnes ibi fatentur, & indies & horatim in praxi videmus oppo-
4 ſitum obſeruari, cum † nullum fiat hodie compromiſſum abſque iuramento, non eſt deſuper aliàs inſiſtendum; & vide aliqua deducta per Seraph. de priuil. iuram. priu. 85. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo regulariter omnem diſpoſitionem vitiat.*
2 *Fallit ſi appoſitum eſt iuramentum.*
3 *Nec procedit de æquitate Canonica.*
4 *Nec in dote.*
5 *Nec in relictis pro exoneratione conſcientiæ.*
6 *Nec in relictis ad pias cauſas.*
7 *Nec in relictis ad viæ refectionem.*
8 *Nec in alimentis.*
9 *Nec in eo quod relinquitur pro addiſcendo artificio.*

Effectus CCXXII.

1 INcertitudo † regulariter omnem diſpoſitionem vitiat, ad Marſil. in Rubr. C. de probat. nume. 355. & permultis ſequent. vbi latiſsimè quamplures effectus cumulat ab incertitudine cauſatos, vbi uidere poteris. Et Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. Centur. 2. Caſu 188. Tiraq. de iure primogen. quæſt. 17. nu. 12. 13. & ſeq.

& ſeq.Ceph.conſ.304.nu.18.& ſeq.lib.3.Roland.conſi.63. nu.12. lib.2.Seraph.de priuil.iuram.priu.86.in princ.

2 Limitatur huiuſmodi Concluſio, vt † non procedat, ſi appoſitum ſit iuramentum Sayſel.in d.l.ſi ita ſtipulatus,num.9. de verborum oblig. Gomeſ.in §.item ſi poſtulante, nu.8. verſ.Adde alium nouum,Inſtit.de action.Seraph.de priuil.iuram.priu.86.nu.2.

3 Limita ſecundò,† de æquitate Canonica,ad Iaſ.in l.triticum,nume.quarto,& in l.ſi ita ſtipulatus,nu.3.de verb.obl.

4 Fallit tertiò,† in dote, cuius promiſsio ex incertitudine non uitiatur.Ceph.in conſi.159.nu.7.& 8.lib.2.Ruin.conſ.102. nu.2.lib. quarto,Marſil.in d.Rubr.de probat. num.431.

5 Quartò † limitatur in relictis pro exoneratione conſcientiæ,Marſil.in d.Rubr.de probat.nu.374. verſ.Adde etiam in hoc.

6 Quintò † fallit in relictis ad pias cauſas. Ruinus conſ.19.num.2. lib.2.Marſil.ibid.nu.374.verſ.ſcias tamen,& nu.433.

7 Sexta † eſt limitatio in his, quæ ad aliquam viam reficiendam relinquuntur.Marſil.ibid.num.430. Menoch.in d.Caſu 188.num.5. Centur.2.lib.2.

8 Septimo † fallit in alimentis alicui relictis, ad Ruin. conſil.103. num.2. lib.quarto.

9 Octaua † eſt limitatio in his,quæ relicta ſunt pro addiſcendo aliquo artificio.Marſil.in d.Rubr.de probat.nu.436.

SVMMARIVM.

1 *Ceſsionis bonorum beneficio non valet renunciari.*
2 *Fallit ſi medio iuramento renuncietur.*
3 *Fallentia reuocatur in dubium.*
4 *Verior autem videtur opinio, vt cum iuramento poſsit renunciari.*

Effectus CCXIII.

1 CEſsionis † bonorum beneficio renunciari non valet, iuxta cõmunem ſententiam,de qua Ripa,in l.2.num.30. ff.de pignorib.Iaffred.deciſ.quarta,Alex.conſi.37.nu.6.lib.1. de magis communi Alc.in c.cum contingat,num.69.de iureiur.Seraph.de priu.iuram.priu.91.nu.1.

2 Limitatur,† vt id non procedat,vbi renunciatio facta fuerit medio iuramento. Ripa,ibid.nume.33.verſic.Tertio declara. Alciat. vbi ſupra, nume. 220. cum alijs de quibus Seraphin. in dicto priuileg.90. num.3.

3 Attamen † hæc limitatio multos, & graues habet contradicto-

res

res,nec tranſit abſque maxima difficultate, vt apparet ex adnotatis per Alciat.in d.c.cum contingat, num.69. & contra illam tenet Soarez inter communes,ſuper verbo,ceſsioni bonorum, num.41. & Viuius opin.183. num.2.teſtatur de magis communi contra huiuſmodi limitationem,cum alijs,de quibus Seraph. in d.priuil.91. num.3. verſ.ſed circa prædicta; & contra illum tenuit Rota in deciſ.2.de arbitr.in antiq.licet in deciſ.31.nume.5.de ſent.& re iudic. ſimiliter in antiquis,id in dubium reuocet, diſtinguendo certos effectus,quos ibi uide; Ex quibus uides amantiſsime Lector, huius articuli difficultatem.

4 Mihi † verò magis arridet, quòd medio iuramento poſsit illi beneficio renunciari,ex deductis pro iſta parte, cum negari non poſſit, quin huiuſmodi iuramentum ſeruari poſsit abſque ullo corporis,aut animæ periculo, & Alciat.in d.c.cum contingat,poſtquam cõtra eam fecit obiectiones,fatetur,nu.220.quod iſta ſit verior ſententia,& ita ſenſit etiam Felyn. in c.ex reſcripto, nu.12.de iureiur. & Imola,in d.c.cum contingat, nu.34.eo.ti.

Cui arrident nonnulla deducenda in proximo Effectu ſubſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Non valet pactum, quo quis ſe obligat ad carceres.*
2 *Nec tale pactum iuramento firmatur.*
3 *Rota tenet contrarium.*
4 *Intellige vbi carceratio fiat à iudice.*
5 *Et vbi ex carceratione periculum non incurratur.*
6 *Nec eſt verum quod carcer ſit ſpecies ſeruitutis.*

Effectus CCXXIIII.

COnſonat ſequens Effectus ducenteſimus vigeſimus quartus proximo præcedenti, cum alterum ſequela videatur
1 alterius; nempe, † quòd non valet pactum, quo aliquis ſeipſum obligat ad carceres; prout ita communiter teneri atteſtatur Felyn. in c.ex reſcripto, nume.13.de iureiur. vbi reddit rationes huius concluſionis, & concordantes citat Rimin. ſenior,in conſi.61.num.18.lib.1.Alex.conſi.37.num.6.lib.6.Cotta, in ſuis memorial.ſuper verbo debitor non poteſt, Angel.in Auth. vt non fiant pignorat.in fin.verbis.Viu.opin.183.

2 Controuertitur † autem apud noſtros maiores, an huiuſmodi pactio iureiurando firmetur,& Riminal.in d.conſi.61. nu.20.amplexus eſt ſententiam negatiuam.

Rota

3 Rota † autem grauibus mota rationibus tenet affirmatiuam, vt habetur in deciſ.31.num.quarto,& quinto,verſ. ſed dico, vbi latè, de ſenten.& re iudic.in antiq.& cum certis modificationibus tenet etiam Imola,in c.cum contingat,num.34. de iureiur.ſequitur Menochius qui alios citat,in conſ.82.num.111.lib.1.

4 Intellige † vbi carceratio ſit à Iudice, non autem à creditore facienda.Paul.in l.Titio centum, §.Titio centum, & Seio, nu.3.ff.de conditio.& demonſtrat.Galleſin.de Camer.obligat.in ſecũda parte,tracta.& 3.formul.queſt.6. Bald.in l.ſi vnus,§.pacta, verſ.Secundo quę erit.ff.de pactis.

5 Declares † etiam procedere in carceribus vbi non incurratur aliquod periculum, neque nimia durities, vt poſt Rotam adnotauit Seraphin. de priuileg. iuramen. in priuileg.91. num.3. verſic. quia videbatur eſſe.

6 Et † minus eſt verum, quod ex tali pacto inducatur certa quædam ſpecies ſeruitutis, vt poſt alios refert Seraphin. vbi ſupra, nume.quarto, vbi plura deducit.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio facta poſt expiratum terminum Compromiſſi, an valeat.*
2 *Valet ſi facta ſit medio iuramento.*

Effectus CCXXV.

NEc parui ponderis eſt ſequens Effectus. Placuit enim nõ
1 nullis ex noſtris maioribus, quòd † prorogatio Compromiſsi facienda ſit durante termino Arbitris præfixo ad laudum ferendum;& ſi fiat poſt expiratum tempus, quod nil operetur. Pariſ.conſil.134.num.18. libro quarto, Seraph. de priuileg.iuram.in priuil.98.num.18.licet id non tranſeat abſque controuerſia,cum per plures affirment prorogationem à principalibus factam habere vires noui compromiſſi; vt liquet ex deductis per Boerium deciſ.283.nu.19.vbi videre poteris.

2 Verumtamen, † vbi prorogatio fieret vallata iuramento,ceſſaret omnis controuerſia,quoniam tunc ex integro compromiſsiſſe cenſerentur;Boeri.in d.deciſ.283.num. 19.verſ. Et ſignanter ſi interuenerit. Seraphin. in d.priuil.98.nu.19. qui alios citant.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tollit appellationem.*

Effectus CCXXVI.

1 TAntæ virtutis † eſt iuramentum, quod vbi cauſa deciſa eſt per eius præſtationem, nulla permittitur appellatio, neque reclamatio. De hoc actum eſt ſuprà in ſecunda parte, in quinto articulo; de iuramento deciſiuo. num. 41. & pluribus ſequent. ad ibi dicta me remitto; vbi relatæ ſunt plures limitationes; & latius de hoc Effectu agit Seraphin. in priuileg. 102. in quibus locis videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum parit actionem.*

Effectus CCXXVII.

1 IVramentum † parit actionem, vt notatum eſt ſuprà in prima parte, quæſt. vndecima, & ibi declaratum eſt, an id procedat dumtaxat in iuramento deciſiuo, vel etiam in promiſſorio; ibi videre poteris, quoniam bis eadem replicare non intendimus.

SVMMARIVM.

1 *Locator eſt obligatus conductori ad omne damnum contingens in re locata, & nu. 2. 71. & 72.*
3 *Quid ſi locator id damnum præuidere potuerit?*
4 *Si caſus acciderit facto conductoris, locator non tenetur.*
5 *An valeat pactum, vt omne periculum ſpectet ad conductorem, & num. 29. & 64.*
6 *An requiratur ſpecialis expreſſio, vel ſufficiat generalis ſuſceptio omnium caſuum? immò ſufficit ſola renunciatio omnibus iuris, & legum auxilijs.*
7 *An ſit differentia ſuſcipere omnes caſus fortuitos, vel eorum periculum.*
8 *Obligatus ad caſus fortuitos, non tenetur ad inſolitos, & num. 49.*
9 *Etiam ſi interuenerit iuramentum, & num. 11.*
10 *Quid ſi conductor ad omnes caſus ſe obligauit, duobus exceptis?*
12 *Si periculum imminebat tempore contractus, ſibi conductor imputet, & num. 42. & ſequentibus.*
13 *An appellatione omnium caſuum fortuitorum veniat etiam caſus inſolitus?*
14 *Quis ſit caſus fortuitus, & inſolitus, & num. 16. & pluribus ſequen. & num. 54. & ſeq.*

Quod-

23 *Quodcumque factum ſuperioris iniquum dicitur caſus fortuitus, & num. 66.*
24 *Et vbi iudex procedit iuris ordine non ſeruato.*
25 *Vera opinio eſt, vt iudicis arbitrio relinquatur, quiſnam caſus fortuitus vel inſolitus dici debeat.*
26 *Quid iudex aduertere debeat?*
27 *Differt an remiſſio debeatur de iure communi, vel ex pacto.*
28 *Quid ſi damnum eueniat ex hominũ defectu, vel ob deficientiam tranſitus? & num. 70.*
30 *Quid ſi fuerit renunciatum omnibus caſibus etiam incogitabilibus, & num. 31. & 48.*
32 *Quid ſi conductor lucratus fuiſſet in annis præteritis?*
33 *Emphyteuta an ſit facienda remiſſio?*
34 *Quid ſi renunciatio facta ſit per verba negatiua, & num. ſequen.*
36 *Exceptio facit, vt teneatur ad alios caſus non exceptos.*
37 *Quid ſi caſus modico tempore durauit.*
38 *An liceat à conductione recedere ob latronum incurſus, & nu. ſeq.*
40 *An timoris cauſa liceat à conducta domo recedere?*
41 *Quid ſi in domo audiantur maligni ſpiritus.*
45 *Caſus fortuiti faciunt eſſe locum remiſsioni.*
46 *Quid ſi quis ſe obligauit in forma Cameræ ad ſoluendum ſtantib. Clauſulis renunciationum in ea forma comprehenſarum?*
47 *Amplæ renunciationes iuratæ non obſtant, quin ſtante enormiſsimæ læſione petita abſolutione à iuramento locus ſit remiſſioni.*
48 *Generales renunciationes non porriguntur ad caſus extraordinarios, & inſolitos, & ſupra, nu. 8. 30. & 31. & nu. 51. 52. 54. 65. & 77.*
49 *Quid ſi conductor teneri voluit de omnibus caſibus præterquam de duobus, quos expreſſit, & nu. 50. 53. & 62.*
50 *Si conductor prꝑuidere potuit, ſibi imputet, & num. ſequen.*
74 *Locatio quomodo diſcernatur à venditione.*

Effectus CCXVIII.

1 LOcator † eſt obligatus conductori ad omne damnum contingens in re locata; vt pulchrè declaratur in l. ſi fundus, ff. locati, cum alijs adductis per Burſat. in conſ. 81. num. 16. lib. 1. cum latiùs infrà deducendis.

Quid ſi conductor in ſe ſuſcepiſſet omnes caſus fortuitos, & ad penſionem ſoluendam ſe obligaſſet, non obſtante quouis caſu fortuito, cogitato, & incogitato, cui in ſpecie etiam cum iuramento renunciaſſet? An mercedis remiſsionem prætendere poſsit? Diſtinguendi ſunt plures caſus; ex quibus apparebit, quid in hac materia iuramen-

iuramentum operetur; At quia materia eſt frequens in forenſibus cauſis, ad lectoris gratiam ſuper ea latius inſiſtere viſum eſt, illamq; aliquantulum exornare, quamuis doctiſsimè multa in id congeſſerit Boſsius, in practica criminali, in tit. de remiſsio. merced. conducto. facien. & Valaſt. de iure Emphyt. quæſt. 27. & demum ſubijcere nonnulla mea reſponſa in contingentia facti in diuerſis, & pulchris cauſis data, quæ nec inutilia, & minus iniucunda fore exiſtimaui.

2 Primum igitur conſtituenda eſt Regula, vt † locator ad damnũ contingens in re locata, etiam quod citrà eius culpam euenerit, teneatur, vt ſcilicet ſit obligatus tantum ad penſionem remittendã, non autem ad aliquod intereſſe paſſum à conductore, per clarum text. in l. ſi fundus, ff. locati.

3 Quod † ſi locator illud damnum præuidere, & euitare potuerit, & facere neglexerit, tunc etiam tantum præſtare conductori erit obnoxius, quantum illius interfuit non poſſe frui, quod & lucrum comprehendit, quod inde capere valuiſſet, vt habetur in fine eiuſdem legis, & notat Socin. per illum text. in conſ. 156. num. quarto, lib. 2. & num. 8. verſ. ſecundum Corollarium. Idemque diſponitur, ſi alienam rem ſcienter locaſſet, quia tunc ad omne conducentis intereſſe tenetur, etiam ſi per vim, & iniuriam alterius euenerit, cui locator reſiſtere non potuiſſet: quoniam in dolo eſt locando fundum alienum, ſecùs eſt autem, ſi bona fide locaſſet; vt diſtinguitur in l. & hæc diſtinctio, eod. tit.

4 Cæterum † vbi caſus fortuitus culpa conductoris acciderit, non eſt locus alicui remiſsioni. Addit. ad Alexand. in l. Titius, in principio, ſuper ver. fortuiti, de liber. & poſthum. Corneus in conſil. 128. col. 2. verſ. Quia quando alter, lib. 2. vbi ſi culpa locatoris euenerit, tenetur ad omnia damna, & intereſſe, etiam ſi conductor omnes, & quoſcumque caſus fortuitos, & per verba prægnantia, & generaliſsima in ſe ſuſcepiſſet, vt notauit Menoch. qui alios citat, in conſ. 27. num. 12. lib. 1.

5 His ſic præmiſsis, quæro † an valeat pactum, quo conductor pepigit, vt omne periculum, riſicum, & fortuna, ſpectet ad eum? Et videbatur negatiuè reſpondendum, ex his, quæ inducit Corneus in conſi. 128. col. 1. verſ. Quia videtur poſſe, lib. 2. Veritas eſt in oppoſitum. Valet enim talis conuentio, qua quis in ſe recipit fortuiti caſus pericula; Corn. ibid. col. quarta, verſ. Et valet talis ſuſceptio, quia fortuitis caſibus facta renunciatio tenet, ad Iaſ. in conſil. 107. col. 3. verſ. Tertio principaliter, lib. 1. cum alijs de quibus Valaſc. de iure Emphyteut. quęſt. 27. num. 34. verſ. Secundus caſus, pręſertim, ſi ſit vallata iuramento. Corneus vbi ſuprà, col. quarta, verſ. Secundo reſpondetur.

Et

6 Et † licet requiratur ſpecialis, & expreſſa renunciatio, vt notant Bald. & alij, in l. Titius, ff. de liber. & poſthum. ſufficit tamen iuxta communem, de qua Alexand. ibid. num. 2. verſic. & communis eſt Concluſio, ſi quis in ſe ſuſcipiat omnes caſus fortuitos, ſeu omnium fortuitorum caſuum periculum; vel ſi dicatur, quod ſuſcepit in ſe periculum incendij, naufragij, & ſimilium, ibi, vide, nec non Roland. in conſi. 26. num. 16. lib. ſecundo, de communi Turzan. inter communes, nume. 143. & Soarez, ſuper ver. fortuitorum, num. 332. Valaſc. dicta quæſtio. 27. num. 34. verſicu. ſecundus caſus.

Immò ſibi præiudicat eo ipſo, quod ad ſoluendum ſe obligauit, renunciando omni iuris, & legum auxilio. Rol. de lucro dot. quæſtio. 42. num. 12.

7 Aduertas autem, quod præcitati Doctores, non conſtituunt differentiam, an quis ſuſcipiat in ſe caſus fortuitos, vel fortuitorum caſuum periculum, quod longè differre aſſeruit Soc. in conſi. 123. num. 3. lib. quarto, quem videas. Contrarium autem notat Valaſc. d. quæſt. 27. nu. 34. verſ. ſecundus caſus eſt, & nu. 36. & mihi etiam videtur, quod ſit tantum verbalis differentia.

8 Eſt etiam aduertendum, quod † obligatus ad caſus fortuitos, nũquam tenetur ad inſolitos, & extraordinarios, etiam ſi appoſitæ ſint Clauſulæ generales, & prægnantes, niſi in ſpecie dicatur, vt habes per Mohed. deciſ. 236. quæ incipit: In caſu penſionis, in manuſcriptis. Puteus, deciſ. 3. de tranſact. ſimiliter in manuſcriptis. Iaſ. conſi. 107. col. 2. verſic. ſecundo confirmatur, lib. 1. Viu. opin. 129. num. 5. Corn. conſi. 120. col. 2. verſ. & inſuper huiuſmodi, lib. 2. Aymo, conſi. 95. num. 2. & 5. Burſat. conſi. 81. nu. 6. vbi de magis communi, lib. 1. Menoch. conſil. 27. nume. 18. & 20. lib. 1. Turzan. inter commun. num. 143. in fi. Portius in conſi. 143. num. 8. & conſi. ſeq. num. 8. Socin. conſi. 23. nume. 9. & ſequen. Roland. conſil. quadrageſimoquinto, nume. 16. & ſequen. lib. 3. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 27. nume. 35.

9 Quæ ſententia, † ut non teneatur ad caſus inſolitos & extraordinarios, ampliatur, vt procedat, etiam quod promiſsio fuerit iureiurando vallata, & quoſcumque inſolitos caſus in ſe ſuſcepiſſet; vt de bello Regis Perſarum contra Gallos refert exemplum Ripa, relatus à Burſato in dicto conſil. octuageſimoprimo, num. vndecimo, lib. primo, Portius, d. conſi. 144. num. 9. Rolan. d. conſ. 45. num. 18. lib. 3.

10 Idemque † dicitur vbi conductor teneri voluit ad omnes caſus fortuitos, duobus, aut tribus exceptis, vtputa, peſtis, belli, & naufragij, licet enim huiuſmodi exceptio operetur, vt in ſe ſuſceperit quoſcumque fortuitos caſus, Alexand. in conſ. 28. num. 9. lib. 1.

Portius in conſil. 143. num.6. Nihilominus promiſsio intelligitur de illis caſibus, qui ſint ſimiles expreſsis, non autem de valde inſolitis, & extraordinarijs. Corneus conſi. 128. col.ſecunda, verſic. videtur poſſe reſponderi, lib. 2. Alexand. dicto conſil. 28. num. 10. lib. 1. Menoch. de arbitrar. quæſtion. lib. 2. Centur. prima, Caſu 80. num. 2. & ſequen. & nu. 6. cum alijs, de quibus infra in meo reſponſo ſecundo in hocmet Effectu 228.

11 Et † id procedit, etiam ſi promiſsio ſit iuramento confirmata, vt inquit Corneus vbi ſupra proximè.

12 Cæterum, † ſi tempore celebrati contractus, periculum erat imminens, & conductor ſciuit, vel præuidere debuit, ſibi debet imputare, qui conduxit, & ita renunciauit, nec ſibi debetur aliqua remiſsio. Iaſ. in dicto conſil. 107. col. 3. verſic. quarto principaliter, lib. primo, & in infraſcripto meo Reſponſo 3. prope finem, in verſic. prout in ſimili, & notat Socin. in conſi. 156. num. 12. lib. ſecundo, & Alexand. in conſi. 112. num. quarto, lib. 1. & notat Cardinal. Alban. in lucubrationibus ad Barto. in l. ſi merces, §. vis maior, nume. 1. ff. locati.

13 An † autem appellatione omnium caſuum fortuitorum, veniat caſus inſolitus: vide Alexand. in l. Titius, nume. 3. ff. de liber. & poſthumis.

14 Quis † autem dicatur caſus inſolitus, & fortuitus, diuerſimodè à noſtris maioribus eſt explanatum: ſunt enim qui exiſtimarunt, illum talem dici, qui à diligenti uiro præuideri non potuerit. ad Burſat. in conſ. 81. nume. duodecimo, lib. primo. Aymo, conſi. 95. num. ſecundo, Menoch. de arbitr. quæſtion. lib. 2. Centur. prima, Caſu 80. num. 6.

15 Aliqui dixerunt illum tunc dici fortuitum, cui hominis prouidentia ſuccurrere nequit. Grammat. conſ. ciu. 1. num. 8. Conſonat Bald. in conſil. 458. nume. quarto, lib. ſecundo, dicens, caſum dici fortuitum, qui ingenui hominis conſilio nequit remoueri.

16 Alij † putarunt, quando is caſus communiter euenire non conſueuerit. Aymo, d. conſi. 95. num. 2. verſ. pro hoc facit. Menoch. dicto Caſu 80. num. 7.

17 Placuit † nonnullis, eum dici caſum inſolitum, qui per quadraginta annos non contigit. Pinell. in Repet. l. ſecunda, par. prima, cap. 3. nume. 32. verſic. quoad prædicta verò, C. de reſcind. vendit. cum alijs, de quibus Menoch. dicto Caſu 80. num. 7. verſic. quinta fuit.

18 Alijs viſum † eſt tunc dici talem, cum nunquam occurrit per ſexaginta annos. Burſat. qui alios citat, in dicto conſil. 81. nume. 12. lib. primo.

19 Exiſtimauit † Corneus relatus à Menochio in dicto Caſu 80. in

eodem

eodem verſic.quinta fuit, inſolitum caſum dici, qui ſemel tantum intra centum annos occurrit.

20 Nec † defuere dicentes illum dici caſum inconſuetum, qui ſemel occurrit in mille annis. Iaſ. in dicto conſ.107.col.3.verſi. tertio reſpondetur,lib.1.Menoch.d.Caſu 80. num.7. Aymo, dicto conſil.95. num.2. in fi.

21 Corneus etiam arbitratus eſt, illum † dici inſolitum, qui præter omnium opinionem, & cogitationem euenit, licet à prudentiſsimo viro cogitari potuiſſet, vt refert Menochius vbi ſup.num.ſeptimo, verſic. tertia fuit, & ſequitur Alciat. in conſil.49. num. quarto, libro 3.

22 Inſolitus † & caſus dicitur, cum Princeps conuentiones, & pacta non obſeruat. Roland.conſi.45.num.7.lib.3.& is dicitur caſus inauditus,ibid.num.25.in fi.

23 Prout † quodcumque factum ſuperioris iniquum dicitur caſus fortuitus,ad Roland. vbi ſupra, num.3.& 4. Immò, etiam ſi ſit iuſtum, vtpote noua aliqua prouiſio, vel noua conſtitutio à Principe facta,l. Lucius,ff. de euiction. Aymo,in conſi.95. nu.1.

24 Caſusque † fortuitus dicitur, ſi iudex iuris ordine non ſeruato proceſſerit: quia de tali omnimoda ordinis prætermiſsione non fuit ueriſimiliter cogitatum. Aymo, ibid.num.2.in fi.

25 Tandem † altera eſt, & cæteris verior opinio, vt iudicis arbitrio remittatur, an occurrens caſus dicatur inſolitus, ad effectum concedendę vel denegandæ remiſsionis.Menoch.poſt alios, in d.Caſu 80.num.8.Couarr.pract.quæſtio.cap.30.prope principium. Neuizan.conſi.90.nu.5.verſ.octaua fuit.Valaſc.de iure emphyt. quęſtio.27.num.23.verſ.ſexta fuit.

Illæque ponderabit iuxta Ripam, & Tiraquel. à Menochio re-
26 latos, occurrentis caſus circumſtantias, & qualitates, † & inter cætera aduertet, an deductis impenſis, & oneribus conductor tantum recipiat, quod ſufficiat ſoluendæ penſioni, vel id quod deeſt ſit minus dimidia,iuxta Bero.in conſil.141.nume.1.lib.primo, vel vt inquit Burſat.in conſil.81. nume.14.lib.1. ſi deductis impenſis, non percipit dimidium fructuum percipi ſolitorum, Berous dicto conſ.141.num.1.uide deducta inf.in 1.meo Reſponſo, in hocmet Effectu 228. prope finem, verſ.& primo, quia deficientia. Rolan. in conſil.86. num.primo, & num.octauo, vbi declarat, lib.3. Couarr.in dicto cap.30.verſic.quamobrem proprius. Cardin.Alban. in ſuis lucubration. ad Barto. in l.ſi merces, §.uis maior, nume. 3. ff.locati. Riminal.iun.conſi.282.in princ. lib.3. & vide totum conſilium. Bellon. conſil.43. nume.21. Boſsius in practica criminali, in tit. de remiſsion.merced.conductori facien. num.3. Ruin.conſil.81.in princ. lib.1.

27 Et ſignanter notabis in hac † materia longè differre, an remiſsio ſit facienda de iure communi ob fortuiti caſus ſuperuenientiam, & tunc præmiſſa procedunt; an uero ſit facienda ex pacto, quoniam in huiuſmodi caſu minor læſio ſufficit, ut ſit locus remiſsioni. Ruin. in dicto conſi. 81. nume. 3. Angel. conſil. 312. nume. 6. verſicu. ſed enim uoluerunt. Salicet. in l. licet, in fine, C. locati. Berous conſil. 142. nume. 9. & 24. lib. primo, Socin. iun. conſil. 78. num. 31. lib. ſecundo.

28 Quid † autem ſi damnum contingat ob hominum defectum, & mercatorum, quoniam tranſitus aliqua de cauſa ceſſauit, uel eſt imminutus, & negocia decreuerunt. vide Burſat. in d. conſ. 81. nu. 10. & ſeq. Menoch. in conſi. 34. nu. 14. lib. 1.

29 Quid † ſi fuerit conuentum, vt quauis de cauſa, & non obſtante quouis fortuito caſu, aduerſaque fortuna, remiſsio peti non poſſit? Adhuc Imola arbitratur, ſi adſit enormis læſio, vt ſit locus remiſsioni, vt refert Portius in conſ. 143. nume. ſexto, & conſil. ſequen. num. 7.

30 Vlterius † ſi renunciatum eſſet caſibus etiam incogitabilibus, & nulli fructus perciperentur, non eſſet locus ſolutioni penſionis. Burſat. dicto conſ. 81. nume. duodecimo, & ſequen. lib. primo, & his applaudit, quod ſi conductor in ſe ſuſceperit generaliter omne periculum, etiam cum iuramento, adhuc ſuperueniente bello, locus eſt remiſsioni. Viu. opin. 129. cuius totum oppoſitum habes in deciſ. Pedemont. 91. num. decimooctauo. Quinimò, vbi ſuſcepiſſet in ſe omnium fortuitorum caſuum periculum, renunciaſſetque omni iuris, & legum auxilio, etiam cum iuramento, ſi adſit enormis læſio, concedenda foret abſolutio à iuramento, & foret locus remiſsioni. Viu. ibid. nu. 8. & ſeq.

Applaudunt notata infra, in ſexta parte, quæſtio. 3. & ſequen. vbi uide, & ſupra, in hac quarta parte, in 1. Effectu, quæſt. 1. verſ. in contrariam, & ibidem quæſtio. 13. verſ. reuocatur autem, & latius in 8. quæſtio.

31 Quamuis † ſtante huiuſmodi renunciatione, ceſſet remiſsio. Roland. conſi. 86. num. decimo, lib. 3. Valaſc. de iure emphyteut. quæſtio. 27. nume. 19.

32 Erit † etiam à iudice conſiderandum, an conductor annis præteritis fuerit ſuperlucratus ex huiuſmodi locatione, quoniam tunc damnum præſens cum præterito lucro compēſaretur, Berous conſil. 141. nume. 8. lib. primo, Roland. conſil. 86. nume. ſexto, & ſequen. lib. 3.

33 An autem, † & quando emphyteutæ ſit facienda remiſsio, tractat latiſsimè Valaſc. de iure emphyteut. quæſtio. 27. ad quem te remitto.

Nonnulla alia habes in infraſcriptis Reſponſis meis, quæ reddita ſunt in contingentia facti, quæ ſingula concernunt materiam præſentis Effectus, 228. proinde illa hic ſubijcere placuit, tenor is vt ſequitur.

Pro Magnifica Communitate Ciuitatis Caſtelli.

Contra D. Alexandrum Mutium.

PRIMVM RESPONSVM

Excellentibus DD. Arbitris. 2. Febr. 1593.

Excellentes & Magnifici Domini. Remiſsio petita ob penuriam ſalis de anno 1591. in Ciuitate Ceruiæ, non eſt facienda, quoniam venditio Gabellæ ſalis facta eſt cum ſequentibus pactis, videlicet cautum eſt in ſecundo Capitulo, per hæc verba; *Se il compratore non poteſſe hauere, ne far condur ſale per prohibitione, che ſi faceſſe, ò di paſſo, ò di tratta, non poſſa eſſer aſtretto à pagar le paghe durante l'impedimento.*

Et dicitur in c. 13. *Che in caſo di guerra, ò di peſte in la Città di Caſtello, ò ſuo diſtretto, ò nelli lochi, onde ſi conduce il ſale, per non poterſi ſpacciare, ò condurre per le dette doi cauſe, debba farſi quel difalco, che alla Reuerenda Camera, ò ſuoi miniſtri parrà giuſto, & conueniente.*

Et in c. 25. habetur. *Che il ſalarolo in modo alcuno non poſſa domandar' defalco, ne per qual ſi voglia cauſa, ſe ben foſse lecita, & honeſta, eccetto che per le ſopradette cauſe, cioè guerra, ò peſte, ò per prohibitione di tratta, ò di paſſo. Et che il defalco, che per altre cauſe poteſſe pretendere, non lo poſſi dimandare ſino alla fine della ſua condotta.*

Quibus ſtantibus, duo principaliter obſtant parti aduerſæ; Re-
34 nunciatio † facta per verba generalia negatiua, quod nullo modo pro quauis cauſa etiam iuſta, remiſsionem petere poſsit, quę petitionem remiſsionis excludunt, quoniam renunciaſſe videtur cuiuis fortuito caſui, ob quem de iure penſio minuenda foret, Aymo, in conſil. 294. num. 3. verſ. Et multum in terminis. Iaſ. conſil. 107. col. penult. verſ. Tertio principaliter, lib. 1. Portius in conſ. 143. nu. 14. & 16. vbi de communi. Calcaneus, conſ. 24. nu. 9.

35 Et † præſertim, quia facta eſt per verba vniuerſalia negatiua, vt ponderat Aymo, in d. conſ. 294. num. 5. verſ. Quinto principaliter. Pedem. deciſ. 100. num. 44. Roland. de lucro dot. q. 31. nu. 7.

36 Et quia † exceptio facta de ſupradictis caſibus belli, peſtis, prohibitionis tractæ, aut tranſitus, operatur, vt ſit obligatus ad ſolutionem eueniente quouis alio caſu fortuito, quantumuis priuilegiato, ex congeſtis per Aymo, d. conſil. 294. num. 2. verſ. Nono arguitur. Si quidem ex iſtorum caſuum reſeruatione confirmatur Regula in contrarium, in omnib. alijs caſibus non reſeruatis. Aymo, ibid. verſ. Decimo cum, & præter exceptos, nullus alius à ſolutione

excuſat, vt inquit Bald.in conſil.458. num.2.verſ. Tertio quia exceptis, lib. 2. Alex. conſ.3.num.quarto,lib. 1. Decius videndus in conſil.552.nu.3.qui alios citat. Grat.conſ.161.nu.19.lib.2. Rimin. iun.conſ.199.nu.4.& 102.lib.2.

Et licèt conſtet ex præmiſsis non eſſe locum petitæ remiſsioni, prætextu deficientis ſalis Cervienſ. excluditur Aduerſarius duab. alijs de cauſis.

37 Et primò, † quia deficientia fuit pro modico tempore, quæ non facit locum remiſsioni penſionis. Valaſc. de iure Emphyteut.q.27. num.19.verſ.Declara ſeptimo, & neceſſe eſſet docere de tali penuria,quæ inferat ad læſionem,& damnum vltrà dimidiam eius quod ſoluit.ad Corneum conſ.128. col.penult. & præcedenti, lib.2. Berous,conſil.141.num.6.lib. 1. de communi Boſsius in practica criminali,tit.de remiſ. merced. conducto.facien.nume.3.& 4. Burſat. conſil.81.num.14.lib.1.Calcaneus conſil.24.num.6. Valaſc.d.quæſtio.27.verſ. Quinta fuit opinio, vbi quamplures congerit. Quod pars aduerſa non aliàs probauit,& eſt probandum neceſſariò, ſi remiſsionem conſequi velit. Berous d.conſ.141.nu.7.

Quod autem modico tempore perdurauerit,probant teſtes examinati ſatis clarè. Quintus ſcilicet, fol.23. ſuper quarto articulo, & Octauus fol.31.iuxta quartum interogatorium.

Secundo negatur huiuſmodi conſequentia; Sal Cervienſe defecit,ergo Sal aliundè non potuit haberi,vt patet ad ſenſum.

Et minus eſt verum,quod aliundè non poſſet extrahi ob Conſtitutionem Gregorij Decimitertij,quinquageſimamſecundā in Bullario, fol.1267. Quoniam ea conſtitutio id non dicit, ſed tantum prohibet Sal exterum,illudque præſertim, quod ab Oris Dalmaticis, & alijs mundi regionibus pro publico, vel priuato vſu aduehitur, ſed quod Sal Ciuitatibus Status Eccleſiaſtici neceſſarium, ſit dumtaxat emendum in Ciuitate Ceruiæ, Conſtitutio non dicit, proinde nec nos dicere debemus. Quare &c.

Vincentius Mancinus Aduocatus.

SECVNDVM RESPONSVM.

Rom. Caſalium Iouis 21.Octobris 1593.

Requiſitus à Phoribus Nobilibus Romanis,vt pro veritate ſcribam,quod ſentio in dubijs infraſcriptis,breuiter agam.

Multi Nobiles Romani præcedentibus annis diuerſa Caſalia pro certa annua penſione ad certum tempus conduxerunt, confectis deſuper publicis locationum inſtrumentis in forma Cameræ; Durante locatione Bannitorum,graſſatorum,& ſceleſtium hominum numerus ita eſt adauctus, vt hi Nobiles Agriculturam exercentes, incidant fere in immenſa damna,& pericula; Cum prædicti graſſatores

tores in tantam prorupeꝛint temeritatem, vt præfigant terminum Caſale colentibus ad eis tranſmittendam certam nec immodicam pecuniæ quantitatem, quæ niſi, vt iniunctum eſt, ſine mora tranſmiſſa fuerit, comminantur ſe boues, & cętera animalia cęſuros, Cuſtodes expulſuros, & alias occiſiones, & incendia perpetraturos, vt cum pluribus ſceleſtiſsimè commiſerunt.

Et ſi petitas pecunias tranſmittant, vltrà hanc pecuniarum iacturam minimè leuem, incidunt vlterius in grauiſsimas multas à Reuerendiſsimo Domino Vrbis Gubernatore comminasas omnibus, & ſingulis, qui pecunias, aut alias quaſuis res iſtis facinoroſis tranſmiſerint, aut tradiderint.

Et quod magni ponderis eſt præiudicium, non patet eis tutus acceſſus ad Caſalia conducta, nè per vim capti ab huiuſmodi graſſatoribus, non exigua pecunię quantitate ſeipſos redimere cōpellātur, prout hactenus plures de facto captos ſe redimere cōpulerunt.

His ſic ſtantibus, dubitatur, an liceat eis à conductione recedere, ita vt facta renunciatione, & Dominis intimata, amplius ad decurrendas penſiones non teneantur, liberique remaneant à conuētione locationis; Et breuiter agendo, ex quo alios Excellentiſsimos Dominos Aduocatos deſuper ſcripſiſſe peruenit ad meas aures,
38 eius ſum ſententiæ, vt † propter hoſtiles, & ſceleratiſsimos huiuſmodi graſſatorum inſultus, indubitanter liceat conductoribus à
39 locatione recedere, ita tamen, & cum hoc ſuppoſito, ſi † inſultus præfati poſt celebratos locationum contractus ſuperuenerunt, per tex. in l. merces, §. ſi vicino, vbi Paulus notat, ff. locati, & pulchrè conſuluit Berous in conſ. 140. col. 1. 2. & 3. lib. 1. vbi agens de hac quæſtione, arguit ad partes, & ex pluribus pro affirmatiua concludit, quæ ibi videantur. Sequitur Menoch. in conſ. 246. nu. 24. lib. 3.

Et huiuſmodi caſus iudicio meo deciditur ex ineuitabili textu
40 in l. habitatores, §. finali, ff. eod. tit. vbi dicitur ad literam: Si † quis timoris cauſa à domo conducta migrauerit, non debere mercedē, ſi iuſta timoris cauſa fuiſſet; quamuis periculum verè non ſubeſſet. Quod multo magis dixiſſet Iureconſultus, vbi iuſta timendi cauſa, & veritas periculi erant apparentes, prout in terminis noſtræ quæſtionis conſonat textus in l. in hanc, §. in eadem cauſa, ff. de damno infecto, alludunt notata per Couarru. practicab. quæſtion. c. 30. nume. 3. verſ. Et legibus.

41 Quod ſi † timore malorum ſpirituum, quos conductor in domo locata ſe ſentire aſſerit, licet ab ea recedere, & liberatur à ſolutione penſionis, vt adnotarunt Chriſtophor. Porcius, Inſtitut. de locat. in final. verbis, & Cagnol. in l. contractus, num. 73. de reg. iur. & alij de quibus Valaſc. de iure emphyt. quęſt. 22. num. 7. verſ. Sed propter, quanto magis timore Bannitorum, & tot ſceleratorum,

qui omni Dei timore poſtpoſito, nefandiſsima ſcelera commiſerunt, & in dies committere non deſiſtunt, animalia occidendo, homines captiuos faciendo, vt ſe redimant, vel vitam amittant, frumenta, & alia ſata comburendo, tabellarios principum, & alios quotidie ſpoliando, ſpretis militibus, & cuſtodijs à Sanctiſsimo D. N. in illorum ruinam deſtinatis, à conductione Caſalium recedere permittetur?

Putamus igitur huiuſmodi concluſionem de plano procedere, cum antedicto præſuppoſito, quod huiuſmodi graſſatorum inſultus poſt celebrata locationum inſtrumenta ſuperuenerint.

At huiuſmodi ſupppoſitum à principalibus factum, penes me non caret difficultate, qui optimè reminiſcar à Pontificatu fel. rec. Gregorij XIII. citrà, & toto tempore fel. mem. Sixti V. & etiam tẽpore ſucceſsiuo, magnam ſemper extitiſſe horum ſceleratorũ moleſtiam, nec crediderim annum unquam integrum pertranſiſſe, quin aliqua facinora, & non leuis momenti ab ipſis commiſſa fuerint.

42 Quod † ſi uerum eſt tempore horum contractuum ſubſtitiſſe, & viguiſſe moleſtias horum aſſaſsinorum, & bannitorum, tunc præmiſſa locum non haberent, ex glo. in d. l. habitatores, ff. locati, quoniam conductores vel ſciuiſſe præſumuntur, vel ſcire debuerunt prauas huiuſmodi qualitates. Rimin. iun. in conſil. 40. nume. 15. & 18. lib. 1. Ripa, in tractatu peſt. de priuileg. contr. cau. peſt. num. 36.

43 vbi num. 37. dat exemplum de † conductore gabellar ciuitatis conſuetæ pati quotidianas hoſtium incurſiones, cui nullam fore faciẽdam remiſsionem concludit, & ex mente Socini ab eo relati ſubiũgit num. 43. Quod conductor agrorum in confinibus Florentinorum petere nequit aliquam remiſsionem, ſi illorum ſtipendiarij fructus deprędentur, quia conſueti ſunt ſingulis annis facere ſimiles robbarias; quod refert, & ſequitur Rimin. iun. in conſi. 282. nume. 37. lib. 3.

44 His concinit † frequenti calculo admiſſa concluſio de conducẽte gabellas tempore imminentis peſtis, aut belli, quibus prætextu illius nulla eſt facienda remiſsio, cum imminens periculum uiderit, aut præuidere debuerit, ad Roland. in conſi. 9. nume. 25. lib. 1. Afflict. deciſ. 365. num. 8. cum congeſtis à Viuio, opin. 130. num. 3. Rimin. iun. dicto conſi. 40. num. 18. lib. 1. Decius, conſil. 313. nu. 5. verſ. ſecũdo arguitur. Cotta, ſuper ver. conductor nõ tenetur. verſ. ſecundo adde. Calcan. conſi. 24. nu. 10.

Secundo loco dubitatur, caſu, quo de iure liceret à conductione recedere, ex iam deductis, an obſtent clauſulæ in inſtrumentis locationum appoſitæ.

Circa id dare nõ poſſum præciſam reſolutionem cum datæ non

fue-

fuerint copiæ inſtrumentorum, vt uideri poſſent clauſulę & renunciationes in eis contentæ, ſed ut in aliquo petentibus ſatisfaciam, cũ hi nobiles tantopere inſtent, tres caſus ponderandos propono.

Primus eſt, ſi in inſtrumento nulla eſt facta mentio caſus fortuiti, nullaque facta renunciatio; ſed dumtaxat conductores in forma Cameræ ad affictus ſolutionem ſe obligarunt.

Secundus eſt, ſi vt plerumque fieri ſolet, de aliquibus tantum caſibus fortuitis eſt facta mentio, quos conductor in ſe ſuſcepit.

Tertius, ſi in ſe ſuſceperit omnes caſus fortuitos, quibus non obſtantibus ad integram penſionem teneri voluit.

Quoad primum, facilis eſt reſolutio, circumſcripta Camerali
45 obligatione; quoniam indubitatum eſt, ob † huiuſmodi caſus fortuitos eſſe locum remiſsioni, & etiam licere à conductione recedere in caſu noſtro, ſi uerum eſt, vt præmiſi, quod tempore celebrati contractus talis ſuſpitio non immineret.

46 Dubium † autem facit Cameralis obligatio, habens in uentre Clauſulam, qua obligatus renunciat omnibus exceptionibus, & omni iuris, & legum auxilio, quibus iuuari poſſet ad euitandam ſolutionem, ob quam Clauſulam paſsim adnotatum eſt, ſibi præiudicare, & non poſſe petere remiſsionem, vt ex multis in id congeſtis firmat Rolan. in conſi. 86. num. 10. lib. 3. Capic. deciſ. 87. num. 9. in fi. & nu. ſeq. cum deductis à Rimin. iun. conſil. 40. nu. 19. lib. 1. Pedemon. deciſ. 91. nu. 18. Calcaneus, conſi. 24. num. 9. verſ. Accedat. Cotta in ſuis memor. ſuper ver. conductor.

47 Dupliciter † autem reſpondetur. Primo huiuſmodi Clauſulã non obſtare, quin petita abſolutione à iuramento, ſit locus remiſſioni, vbi grauis iactura fortuito euenerit, vt ex communi firmat Viu. in d. opi. 129. num. 9.

48 Secundo † generalem hanc renunciationem non extendi ad caſus extraordinarios euenire non conſuetos, qualis eſt hæc graſſatorum multitudo; aliàs in tanto numero inaudita. Rol. in conſil. 45. num. 16. lib. 3. Aymo, conſi. 95. num. 2. Natta conſi. 406. num. 3. libro 2. Portius in conſi. 143. num. 20. Socin. in conſil. 123. num. 11. lib. quarto, Burſat. conſi. 81. nume. 6. lib. 1. Viu. opi. 129. Boſsius in pract. Crim. titu. de remiſs. merced. conduct. facien. num. 66. Mohedan. deciſ. 236. in cauſa penſionis. Latè Caputaquenſ. deciſ. 1. lib. 2. in manuſcript. Quidquid in oppoſitum dixerint Iaſ. in conſil. 107. col. penult. verſ. nec huic fundamento, lib. 1. & Pinel. in repet. l. 2. in 1. par. c. 3. nu. 29. C. de reſcind. vend.

49 Secundus † eſt caſus, ſi locator ſuſcepiſſet in ſe certos tantum caſus, vtpote belli, peſtis, & grandinis, & de quouis alio teneri noluiſſet, & tunc alio quocumque caſu eueniente præter expreſſos, etiam priuilegiato, non eſt obligatus ad aliquam remiſsionem facien-

cien-

ciendam. Alex. conſi. 3. num. 3. lib. 1. Dec. conſi. 552. num. ſecundo. Aym. conſi. 294. num. 7. verſic. decimo cum tranſactio. Grat. conſil. 161. num. 20. lib. ſecundo, Bald. in conſi. 458. num. ſecundo, verſic. tertio quia.

50 Reſponderi † etiam poteſt, quod dictum eſt procedere in alijs caſibus, qui ſint ſimiles expreſsis, vt poſt alios declarat Riminal. iunior, in conſi. 199. num. 102. lib. 2. Boſsi. in pract. tit. de remiſs. merced. conduct. nume. 62. in princ. & nume. 66. Huiuſmodi caſus tot graſſatorum, & ſceleſtium aſſaſsinorum eſt prorſus inſolitus, & euenire non conſuetus, (dempto tempore ſupra memorato) ideo ad eum obligatio non extenditur ex ſupra deductis.

51 Tertius † eſt caſus maiorem habens difficultatem, ſi conductor penſionem ſoluere promiſiſſet, omni, & quacumque exceptione remota, & renunciaſſet omnibus, & ſingulis caſibus fortuitis, cogitatis, & incogitatis, euenireque inſolitis, omnique iuris, & legum auxilio; at quia verbo dictum fuit renunciationes adeo prægnantes factas non fuiſſe, & quia de his agitur in præfata deciſ. Caputaq. prima, lib. 2. & tangitur etiam in prællegata deciſ. Mohed. 91. & per Menoch. in d. conſi. 27. lib. 1. idcirco vlterius non inſiſto, latius conſulturus, ſi detur copia locationum.

Vincentius Mancinus Aduocatus.

TERTIVM RESPONSVM.

Romana remiſsionis mercedis.
Pro Domino Paſquino Zaccarello.
Contra venerabile Collegium Germanicum.
18. Ianuarij 1594.

Conduxit D. Paſquinus Caſale nuncupatum Torre: de Valle ad annos nouem pro annua penſione ducatorum 1200. cum pluribus pactis, & ſignanter, quod in euentum belli, aut peſtis, taliter quod Prata Caſalis poſsideri non poſſent, Collegium teneretur defalcare conductori eorum ratam penſionis, quæ iudicabitur à peritis, nulla de alijs fortuitis caſibus facta mentione.

Occurrit durante locatione Tyberis extraordinaria inundatio, quæ adeo prata infecit cęno, & luto, vt maximum inde damnum obuenerit conductori.

Quæritur, an ſit locus remiſsioni mercedis? facit ad fauorem
52 d. Paſquini, quod † ſi omnes caſus fortuitos in ſe ſuſcepiſſet, illisq; non obſtantibus ad integræ penſionis ſolutionem ſe obligaſſet, adhuc remiſsio deberi uideretur; quoniam ſuſceptio caſuum fortuitorum intelligitur de ſolitis, & euenire conſuetis, & non porrigitur ad extraordinarios, & inconſuetos. Iaſ. in conſil. 107. col. 2. verſic. ſecundo confirmatur, lib. 1. Alex. conſi. 28. num. 10. lib. 1. Corneus

neus conſi.23.col.penult.verſ.poteſt etiam dici, lib.2. & conſil.12. col.2.verſ.& ſecundum hoc, lib.quarto, Fulgoſ.conſ.193. col.pen. verſ.ad tertium reſpondetur.

Plura tamen mouent me, vt pro eo ſcribere vt cupit, nullo modo valeam.

53 Primò vulgata eſt Concluſio, quod † promiſſor excipiens de nõ nullis tantum fortuitis caſibus, nulla de alijs facta mentione, de iure tenetur in omnibus alijs non exceptis. Alex.in conſi.28.num.9. verſic.ad hoc etiam, lib.1. Decius conſil.552. nume.3. Grat.conſil. 161.nume.20.lib.2. Calcaneus conſil.24. nume.7. verſic. ſexto pro hac parte.

54 Et licet † huiuſmodi promiſsio non extendatur, nec conductorem obliget, ſi hæc inundatio eſſet extraordinaria, & inconſueta, vt aduertit Alex.ibid.num.11.& alludunt omnes alij ſupra relati, attamen eſt ponderandum, quod huiuſmodi Tyberis inundatio
55 dici nequit extraordinaria, & inconſueta: & † omiſſa illorum opinione, qui cenſuerunt inſolitam dici, ſi in mille annis acciderit. Iaſ. in d.conſi.107.col.penult.verſ.tertio reſpondetur, lib.1. Menoch. de arbitrar.quæſt. lib.2. centur.1. Caſu 80.num.7.quæ inſulſa ſen-
56 tentia videtur, & neglecta etiam opinione illorum qui † cenſuerunt de centum annis, ad Corneum in conſi.23.col.penult.verſic. poteſt etiam dici, lib.2.prout improbat etiam Menoch.ibid. nu.7. verſic.quarta fuit, & omiſsis etiam alijs aliorum in id ſententijs, te-
57 nendum eſt, † inſolitum caſum dici arbitrio Iudicis, qui conſideratis circumſtantijs id declaret, vt firmat Menoch.ibid.num.8.qui alios citat.

58 Et † ſuſtentabilis eſt ea ſententia, illum talem dici, cum accidit ex cauſa non veriſimili, nec opinata, vt declarat Corneus in cõſ.23.
59 in finalibus verbis, lib.2. Et † talis dici nequit Tyberis inundatio, cum ſępè ſępius ita inundare ſit ſolitus, immo miraculi loco habetur, ſi labantur octo, vel decem anni, quin taliter creſcat, & nedum vineas, & prata, ſed plures vrbis vias ſuperet; & quod deterius eſt de pluribus reminiſcor infauſtis, & infœlicibus, vt fuit illa de anno 1557.tempore fœl. record. Pauli IIII. quæ totam fere vrbem occupauit, cum maximo omnium mœrore, & grauiſsima in bonis iactura; & rurſus de anno 1589. ſub die prima Nouembris, quia vix ceſſata, ſuperuenit & alia maior ſub die 10. eiuſdem, cum omnium ſtupore, & incredibili iactura rerum, vt vidi, & expertus fui non ſine magna iactura. Alia longe maior occurrit ſub die 24. Decembris, 1598.in vigilia Natiuitatis Domini. Vt in ipſis Feſtis, & Natiuitatis die, & ſequentibus Miſſæ celebrari non potuerint in Vrbis Eccleſijs aqua redundantibus, & fuit adeo cęteris præcedentibus maior, vt multas, & ſępe multas domos corruere fecerit, & præſer-

tim

tim in via ad Vrſum in Burgo nouo, & veteri, & in plurib. alijs locis.

60 Et † tanto magis adducor in hanc ſententiam contra d. Paſquinum, in cuius fauorem (ſi tuta conſcientia fieri potuiſſet) libenter ſcripſiſſem, quia mihi ſupponitur hoc Caſale ſibi locatum eſſe contiguum Tyberis Ripæ, proinde facilè præuidere potuit, quod prata fluminis inundatione damnificarentur.

61 Prout † in ſimili ponderant Doctores, eos qui conducunt Gabellas Ciuitatis conſuetæ pati propinquorum hoſtium incurſus, quibus aſſerunt non eſſe faciendam mercedis conuentæ remiſsionem; quoniam id cogitare, & præuidere potuerunt, ad Ripam de priuil. contract. cauſa peſt. num. 37. vbi poſt Socin. ab eo relatum refert exemplum eorum, qui conducunt agros in confinibus Florentinorum, quibus inquit nulla eſt facienda remiſsio, cum conſuetæ ſint in illis tales deprædationes, & excurſiones; refert etiam, & ſequitur Rimin. iun. in conſ. 282. nu. 37. lib. 3. Roland. conſ. 9. nu. 25. lib. 1. Valaſc. de iure emphyt. quęſt. 27. nu. 49.

62 Obſtat etiam † Domino Paſquino quod ſibi prouidit in duobus tantum caſibus, belli ſcilicet, & peſtis, proinde in cæteris omnibus ceſſat remiſsio. Alex. conſi. 28. num. 9. lib. 1. Portius conſil. 143. nu. 6. Aymo, conſ. 194. nu. 2. verſ. nono arguitur.

63 Nec † facit ſi dicatur, promiſsionem intelligi de alijs caſibus, qui ſint ſimiles expreſsis, non autem ualde inſoliti. Corneus in conſil. 128. col. 2. verſ. videtur poſſe reſponderi, lib. 1. Alexand. d. conſ. 28. num. 10. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. Centur. 1. Caſu 80. nu. 2. 3. & 6. quoniam ut iam dictum eſt, Tyberis inundatio penes me non eſt inſolita, ſed conſueta, & utinam id uerum non eſſet, ſed teſtificor, de eo, quod pluries vidi, & cum maxima animi diſplicentia, & non leui bonorum iactura vidi, & perpeſſus fui.

Ex quibus puto melius eſſe abſtinere à lite, quam illam mouere, ſaluo ſemper alterius melius ſentientis iudicio.

Vincentius Mancinus Aduocatus.

QVARTVM RESPONSVM.

Tudertina Salis, ſeu Defalchi.

Pro Domino Ioanne Franciſco Sardolo.

Contra Magnificam Communitatem Tudertinam.

4. Februarij 1594.

Communitas Tudertina ex conuentionibus initis cum Reuerenda Camera, tenetur accipere Sal ad vſum eius Ciuitatis, & aliàs ſe obligauit ad annuatim emendum rubia 500. Salis; & Reuerenda Camera illud conſignare promiſit pro pretio, & pactis, de quibus in inſtrumento de anno 1546. Et iuxta huiuſmodi conuentionem continua pręſupponitur obſeruantia.

Cum

Cum de anno 1586. Communitas ære alieno non exiguo grauata reperiretur, pro faciliori illius diſſolutione, & ad melius conſulendum publicæ vtilitati, facto generali Conſilio, deliberauit infraſcriptam Gabellam imponere pro octo proximis futuris annis, vt ſcilicet pro ſingula libra Salis vendendi, ſoluendus foret vltra conſuetum vnus quatrenus pro libra; qui quatrenus, pro libra, in rubris annuis quingentis, & vltrà, in Ciuitate, & eius Comitatu vendendis, non modicam ſummam conſtituebat.

Facta huiuſmodi deliberatione, vendita ad incantum plus offerenti, deliberataq; fuit D. Io. Franciſco maiori oblatori, qui obtulit pro omnib. octo annis quib. hęc exigẽtia duratura erat ſcuta 7642. prout in inſtrumento de ſuper celebrato.

Cumque contractus pluribus annis hinc inde impletus fuiſſet, contingit de anno 1593. quod Reuerenda Camera defecit in conſignatione Salis. Et licet pluries interpellata, & inſtanter requiſita, illud conſignare ceſſauit, ob in illo anno Salis inopiam.

Proinde, non valens conductor Sal habere, & conſequenter Gabellam exigere; quia ceſſante venditione Salis, ceſſat exactio illius quatreni pro libra, cum non entis non ſint qualitates, l. ſecunda, ff. de vſufructu, recuſauit ſoluere conuentam penſionem Communitati.

Prætendit illa eum teneri ad ſoluendum in vim tertij Capituli appaltus ita cantantis, videlicet. Item *che ſia obligato à condurre il ſal buono, & del megliore che ſia in Campidoglio; Et mancando il ſale per non hauerlo condutto, ò poſſuto condurre per qualſiuoglia cauſa, non ne poſſa domandare alla Communità sbaſſo, ne defalco alcuno, ma il tutto vada à ſuo danno;* per quæ verba conductor in ſe ſuſcepiſſe videtur cuiuſuis caſus fortuiti periculum.

Contrarium putamus eſſe verius, vt Communitas teneatur ad remiſsionem penſionis pro toto eo tempore, quo Sal non potuit haberi, & conductor facto ſuperioris fuit impeditus, quo minus vendere, & Gabellam exigere potuerit.

Et concedimus ex ſupra relatis verbis conductorem ſuſcepiſſe
64 in ſe caſuum fortuitorum periculum, & quod † talis ſuſceptio de iure teneat, ex l. ſi quis fundum, in principio, ff. locati.

65 Dicimus † autem, hanc periculi ſuſceptionem fore intelligendã de fortuitis caſibus euenire ſolitis, & non comprehendere caſus prorſus inſolitos, & euenire inconſuetos, de quibus contrahentes veriſimiliter non cogitarunt. Roland. conſil. 45. num. 16. lib. 3. Aymo, conſil. 95. num. 2. Natta conſil. 406. num. 3. lib. 2. Portius conſil. 143. num. 20. Socin. conſil. 123. num. 11. lib. 4. Burſat. conſi. 81. nu. 6. lib. 1. Viuius opinio 129. Boſsius in practica crimin. tit. de remiſs. merced. conductor. faciend. nu. 66. Menoch. conſ. 27. in fine, lib. 1.

Mohe-

Mohedan. deciſ.236.incip. In cauſa penſionis.Latè Caputaquenſ. deciſ.1.lib.2.in manuſcriptis.

Quod autem Reuerenda Camera paſſa fuerit Salis inopiam, illudque,vt moris eſt,& cum maximo eius emolumento vendere nequiuerit Ciuitatibus, & terris Status Eccleſiaſtici, eſt caſus prorſus inſolitus, & forſan inauditus.

Proinde ea promiſsio conductoris ad hunc caſum adeo extraordinarium,& incogitatum non extenditur,ex proximè præallegatis authoritatibus.

Quod ſi negetur Salis inopia, & quod Reuerenda Camera non ex impotentia vendendi ceſſauerit, ſed quod vendere noluerit,in-
66 trat alia Concluſio, quod † Princeps defeciſſet implere promiſſa; & ob non ſeruatas conuentiones, dicitur caſus,non tantum inſolitus,ſed inauditus. Roland.d.conſ.45.nu.7.& 25.in fine.

67 Naturali † autem iuſtitiæ, ac ęquitati repugnat,vt Communitas exigere velit à conductore penſionem, qui iure conducto frui non potuit,& nil prorſus percępit; Proinde penſionē totius eius tēporis dimittere debet,ad l.ſi quis domum,§.hic ſubiūgi, ff.locati. l.ex cōducto,§.ſi vis,l.ſi fundus quem,l.cum in pluribus,in prin.ff.eo.ti.

Quibus conſonat deciſio 281.in lib.diuerſ. in manuſcriptis, cuius tenorem inſerere placuit,quę ita cantat.die 3.Nouembris 1557. in vna Adiacenſ.pēſionis inter D.Lucidū Vrſinum,& Epiſcopum Adiacenſ. in qua erat reſeruata penſio ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis, cum Clauſula, etiam ſi dicta penſio omnes fructus abſorberet, & alijs Clauſulis prægnantibus; Et quia Epiſcopus dicebat, nullos fructus ex Eccleſia recepiſſe, ob bellicos tumultus,fuit dubitatum, an Epiſcopus ſoluere teneretur penſionem pro eis annis in quibus nil percepit, ſtantibus dictis Clauſulis; Et pro maiori parte fuit reſolutum Epiſcopum excuſari,ex quo nulli fructus fuerunt recollecti.Mohedan.deciſ.236. & quia verba generalia non comprehendunt caſum inſolitum, & bellum,quo vniuerſi fructus pereūt, per text.in l.per fiſtulas,§.frumenta, ff.de contrahen. emptio. Bald. conſil.24.in fine,lib.3. & l.4.§.quæſitum, vbi latè Iaſ.ff.ſi quis caution. & dictum fuit non obſtare illam Clauſulam, etiam ſi omnes fructus abſorbeat, quia fuit appoſita ratione validitatis penſionis; ex quo penſio exceſsiua non valet. Gyg.de penſion.quęſt.35.vnde debet reſtringi ad caſum ſuum,& non extendi. Aymo,conſil.236. num.6.& ſeq. Et ſic cum appoſita ſit ratione validitatis, non debet extendi, vt talis penſio debeat ſolui de fructibus alterius beneficij, & illa verba,etiam ſi omnes fructus abſorberet, non includunt caſum, quando nulli ſunt fructus, ſed præſupponunt fructus extare, arg.l.decem,de verb.obligat.

Vincentius Mancinus Aduocatus.

QVIN-

QVINTVM RESPONSVM

Fulginatenſis defalcationis Gabellarum.

Pro DD. Subappaltatoribus.

Contra D. M. Antonium Vbaldinum Vmbriæ Theſaurarium.

Coram R. D. Ceulo Cameræ Apoſtolicæ Clerico.

Stantibus hinc inde deductis.

Dub. An in caſu de quo agitur ſit facienda remiſsio affictus, & pro qua quantitate?

Reuerendiſsime Domine, Cauſæ difficultas potius in facto, quã in iure conſiſtit; quia ſi probatus eſt pro parte ſubappaltatorum, caſus fortuitus, inſolitus euenire, vt ipſi prętendunt, quo mediante enormia damna paſsi fuere, locus eſt petitæ remiſsioni.

Proinde videndum eſt, an probata ſit Actorum intenſio.

Supponitur in facto infraſcripta damna accidiſſe durante Appaltu. Dira fames ob panis inopiam, magna prouincialium multitudo defuncta, graſſatorum, & Bannitorum inſolitus numerus, infinita, & maxima damna generaliter inferentium, ob quod aſſaſsinia commercium ferè fuit impeditum, & Gabellæ introitus valde imminuti; Et ob maximam hominum mortalitatem, terræ remanſerunt incultæ, ceſſantibus his, qui illas colere, & ſeminare poſſent; ex quibus Gabellæ prouentus adeò eſt exinanitus, vt non ſit hominum memoria, talium, & tot fortuitorum caſuum eodem tempore concurſus.

His ſtantibus, quæ notoria ſupponuntur, putamus indubitãter eſſe locum petitæ remiſsioni, quoniam præter omnium opinionem, hi tot, taleſque fortuiti caſus eodem tempore occurrerunt, ex quibus Domini Subappaltatores enormiſsima damna paſsi fuere.

68 Proinde, † locus eſt remiſsioni penſionis, vt poſt Ancharan. quem refert, & adnotauit Aymo, in conſ. 95. nu. 3. Menochius in conſ. 27. nu. 16. lib. 1.

69 Nec † facit eorum partem eueniſſe ex hoſtium, & Bannitorum incurſu, citrà culpam locatorum, quoniam id non tollit, quin locus ſit petitæ remiſsioni, l. ex conducto, §. ſi vis tempeſtatis, l. ſi fundus, in fine, & l. ſequenti, ff. locati, Berous conſ. 140. nu. 1. lib. 1.

70 Et † remiſsioni locum facit, quoties non pertranſeunt tot mercatores, quot pertranſire conſueuerant. Menochius conſil. 34. nume. 14. libro primo. Burſat. conſi. 81. num. 16. verſic. Minus obſtat, lib. 1. & bene Paulus in l. cum in plures, in princ. num. 3. ff. locati, & tangit Rimin. ſen. in conſ. 206. lib. 2.

71 Iuſtè † ſiquidem, vel iniuſtè conductor impediatur frui re locata, ceſſante eius culpa, vel quod res locata in totum, vel pro parte pereat, locus eſt mercedis remiſsioni. Ruin. in conſ. 77. nu. 7. verſic. Ex eadem ergo, lib. 1.

Tene-

72 Teneturque † locator de omni damno contingente in re locata, dummodò non contingat facto conductoris, Burſat. conſil. 81. num. 16. lib. 1. Natta, conſil. 49. nu. quarto, lib. 1. Neuizan. conſ. 91. num. 2. & 3.

73 Quæ † præſertim procedunt, cum locatio facta ſit à Reuerenda Camera Apoſtolica, quæ cum maiori ęquitate procedere debet, ne cum aliena iactura locupletetur. Menochius d. conſil. 27. nu. 36. libro primo.

Nec releuat obiectio pro parte miniſtrorum Reuerendę Cameræ facta, quod ſimus in contractu venditionis, vt cantant verba clara contractus, non autem in locatione, ideo ceſſat remiſsio; quoniã cum precium huius Gabellæ non ſit vnicum, ſed ſectum in multas
74 ſolutiones, † dicitur locatio, non venditio. Bellon. conſil. 21. nu. 8. de communi Neuizan. in conſil. 92. num. 44. vbi inquit hoc vnum eſſe ſignum ad diſcernendam locationem, à venditione, ſi præſtatio ſit annua, vel non, ſpretis contractus verbis, an dictum ſit vendidit, ſiue locauit; & bene etiam declarat Socin. iunior conſil. 168. in princip. lib. 2. Ripa, de priuil. contract. cau. peſtis, num. 54. verſic. Circa primum, vbi de communi, & nu. 56. & Socin. ſenior, in conſil. 156. in princip. lib. 2. qui loquitur in terminis noſtri caſus, de eo qui emerat prouentus Salis Marchiæ Anconitanæ à Reuerenda Camera; & in inſtrumento, partes vſæ fuerant verbo venditionis, ſed quia precium erat diuiſum in annuas ſolutiones, concludit eſſe locationem, & fore locum remiſsioni.

75 Secundo † nil obſtat, quod vendita potius videatur quædã ſpes, & futurus euentus; quoniam Ripa ex aduerſo citatus, in eod. c. de priuil. contract. cau. peſt. poſtquam fecit huiuſmodi obiectionem de ſpe vendita, nu. 53. verſ. item aduerte, illam poſtea confutat ibid. num. 59. verſ. ſic etiam verbum. Sed ſuper hoc motiuo non eſt laborandum, ex quo ſumus in contractu locationis, non autem venditionis, vt liquet ex iam dictis.

76 Tertio, nec † obſtat, quod in inſtrumento appaltus excepti ſint duo dumtaxat caſus, peſtis, & belli, & extra illos conductores in ſe ſuſceperunt etiam cum iuramento omne periculum, & fortunam; proinde omnes alios fortuitos caſus in ſe ſuſcepiſſe dicuntur, ac ſi omnes ſpecialiter expreſsi forent; quoniam reſpondetur, id eſſe verum in alijs, qui ſint ſimiles expreſsis, ſecùs autem in his, qui ſunt extraordinarij, & euenire inſoliti. Boſsius in pract. crimin. tit. de remiſs. merced. conductor. num. 62. & 66. Roland. conſil. 45. nu. 16. lib. 3. Aymo, conſ. 95. num. 2. Natta, conſil. 406. num. 3. lib. 2. Portius conſil. 143. num. 20. Socin. conſ. 123. num. 11. lib. 4. Burſat. conſil. 81. num. 6. lib. 1. Viuius opin. 129. Menochius conſil. 27. in fine, lib. 1. Neuizan. conſil. 91. nu. 5. Riminald. iun. conſil. 40. nu. 21. lib. 1.

Latè

Latè Caputaq.deciſ.1.lib.2.& Mohedan.deciſ.236.incip. In cauſa penſionis, in manuſcriptis.

Concurſus autem diræ famis, hominum tanta mortalitas, tantuſque graſſatorum, & ſceleratorum numerus, eſt non tantum inconſuetus, ſed forſan inauditus, ideo, &c.

Vincentius Mancinus Aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *An creditor ad domum debitoris, vel debitor ad domum creditoris ire teneatur.*

2 *Limitationes plures remiſsiuè.*

3 *Vbi eſt annexa recognitio dominij, vel Reuerentiæ exhibitio, debitor ire tenetur ad domum creditoris.*

4 *Quid vbi extat pactum, & nu.5.*

6 *Grati opinio minus tuta.*

Effectus CCXXIX.

1 DVbitatur à nonnullis, † an creditor ad domum ſui debitoris, vel è contra debitor ad ſui creditoris domum ire, vel mittere teneatur; & frequentiori calculo recepta eſt ſequens diſtinctio; quod ſi creditor, & debitor ſint diuerſi fori, vtpote alter Romanus, alter Tyburtinus, quod creditor ire, vel mittere teneatur ad domum debitoris; ſin autem, in eodẽ loco morentur, tunc debitor ire teneatur ad domum creditoris. ad Iaſ. qui alios refert, in l. ſecunda, num.92. in 37. quæſtio. C. de iure emphyt. Grat. conſil.41. num.30. & ſequen. lib. primo. Roland. conſil.87. num. 14. & ſequen. lib. primo. Duen. reg.161. in princ. & limit. prima.

2 Decem † limitationes ponit Duen. in d. Reg.161. quas ibi videre poteris, & uide Burſat. conſil. 184. nume.51. lib.2. de communi. Natta in conſi.513. num.3. lib.3.

Lupus in l.2. comment.2. §. primo, num.46. C. de pact. inter em-
3 ptor. tenet, quod † in his, quæ debentur in quibus non eſt annexa recognitio dominij, vel exhibitio Reuerentiæ, prout emphyteuſis, cenſus dominicalis, & feudum, debitor non tenetur ire ad do-
4 mum creditoris, & plus dicit, † etiam ſi extet pactum. Hãc autem (quoad pactum) ampliationem, non puto veram, cũ nil repugnet, vt pactum veniat obſeruandum.

Seraphinus, de priuil. iuram. in priuil.47. nume.2. dat limitationem, quod ſtante iuramento debitor ire teneatur ad domum cre-
5 ditoris, † etiam ſi ſint eiuſdem fori; & licet non exprimat hæc ver-

ba eiuſdem fori,ita ſentit, quoniam citat Grat. in conſil.41.nu.30. & ſequen. lib.primo, qui clarè loquitur, quando in eadem ciuitate cohabitant.

6 Eſt † autem aduertendum ad verba Grati, quoniam non dicit, vt debitor obligatus cum iuramento, ob illud ſit obligatus ire ad domum creditoris, ſed inquit præſcriptionem ſtatutariam, de qua ibi agit,non procedere, quando ſtetit per debitorem, quin ſolueret,vtpote quia iurauit, vel ex alio capite tenebatur ire ad domum creditoris, affirmãs in caſu ſuo fuiſſe obligatum abſque alia interpellatione ſoluere, propter iuramentum quod vim interpellationis habet, & quia creditor, & debitor erant eiuſdem fori, ratione domicilij, cum omnes in ciuitate Bononiæ morarentur, quo caſu, cum debitor ad debitum Burſale teneatur, ne incurrat in moram, tenetur ire ad domum creditoris. Hactenus Gratus.

Ponderat ergo iuramentum ad effectum præciſę obligationis ſoluendi, cum habeat vim interpellationis, non autem quod operetur effectum requirendi creditorem in foro ſuo, niſi in eadem ciuitate cohabitent, ob quam cohabitationem ſcaturit is effectus, vt debitor ad creditoris domum ire teneatur, vt liquet ex communi diſtinctione, quam ſuprà retulimus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis durante officio,in loco officij contrahere nequit.*

2 *Verum eſt in officiali ad tempus, ſecùs in perpetuo.*

3 *Nec procedit vbi ſit officialis in patria ſua.*

4 *Huiuſmodi prohibitio locum habet, nedum contra officialem, ſed contra eius aſsiſtentes.*

5 *Quid ſi medio iuramento contraxerit? & nu.6.*

Effectus CCXXX.

1 OFficialis † durante officio, in loco officij contrahere nequit,l.vnica, C.de contract.iudic.l.non licet, l.qui officij, ff.de contrahen. emptio. l.principalibus, ff.l.eos, C. ſi cert. petat. cum alijs, de quibus Benuenut. de mercatur. par. 3. nume.17.

2 Declara † id procedere in officiali ad tempus, & ſecùs in perpe-
3 tuo.Guid.Pap.deciſ.195.in princ. & ſi † temporalis exerceat officium in patria ſua,nec procedit in eo.Addit.ad Guid.Pap.vbi ſup. ſuper ver.ſecùs,ſi eſſent.Benuenut.in d.3.parte, num.17.verſ.alterum eſt, vt prohibitio.

Rur-

4 Rurſus declara, † quòd huiuſmodi prohibitio arctet non tantum ipſos officiales, ſed etiam illis aſsiſtentes. Benuenut. ibid. verſ. alterum eſt, vt ad eos.

5 Quid † autem ſi contraxerint medio iuramento, an officialis, & ſubditus, qui ſecum contraxit, ob religionem iuramenti contractum ſeruare teneantur? & Seraphin. in priuileg. 113. nume. ſe-
6 cundo, refert Butr. & Bauer. tenentes † pro affirmatiua, ipſe autem contrarium ſentit, bonis rationibus motus, & cum eius ſententia concurro.

SVMMARIVM.

1 *Papa iuramento ligatur.*
2 *Seipſum abſque iuſta cauſa abſoluere nequit.*
3 *Et peccat, vbi leges tranſgreditur ſine cauſa.*
4 *Papa nec quiuis Princeps iuramenti vires eneruare nequit.*
5 *Duobus caſibus ſine cauſa derogare poteſt.*

Effectus CCXXXI.

1 SVmmus † Romanus Pontifex, cuius poteſtas eſt, vt Doctores inquiunt, ſupra leges, & extra eas, iuramento ligatur & obligationem Deo ex iureiurando quæſitam, remittere nequit, ad cap. tunc quidam, 25. quæſtio. prima, Grammat. conſi. 10. nume. 72. in ciuil. Felyn. in cap. primo, num. 33. verſic. ſexta declaratio, de conſtitut. Abb. in capit. quanto, nume. 8. verſicu. quis autem, & verſic. aut ſubeſt iuſta cauſa, de iureiur.

2 Propterea † ſeipſum abſoluere nequit, niſi iuſta ſubſiſtente cauſa. Abb. ibid. & in dicto cap. primo, nume. 6. in fine, vbi Butr. num. 10. Felyn. num. 33. & Decius, num. 7. de conſtitut. idem Decius in cap. Porrecta, nume. ſecundo, verſic. & etiam Deus, de confirmat. vtil. vel inut. Menoch. conſil. 83. num. 3. verſ. item non eſt licitum, lib. primo, Afflict. in cap. vnico, in ſexto notabili, verſic. ſed iuxta hoc quæro, de for. fidelit.

3 Et peccat, † vbi leges tranſgreditur ſine cauſa. Nauar. in relectione c. ſi quando, in except. 9. num. 13. de reſcr.

4 Quia † enim Princeps, nec etiam Papa iuriſiurandi uires eneruare nequit. Grammat. dicto conſil. 100. nume. 76. & ſequen. Præſertim, ſi iuramenti effectus à iure Ciuili eſt inductus, ex notatis à Curtio iuniore, in l. ſi quis maior, num. ſecundo, C. de tranſaction. diſcutit, & declarat Felyn. videndus in cap. conſtitutus, num. 18. de reſcript.

5 Duobus † tamen caſibus abſque cauſa diſpenſare poteſt; Primò, ſi iuratum ſit in caſu, in quo Papæ authoritas eſt excepta; quia tunc valet pro eius libito diſpenſare. Secundo cum non ex toto tollit iuramentum, ſed aliquam dilationem concedit, qua illius obſeruantia ad tempus ſuſpenditur, ad Felyn. in d. c. conſtitutus, num. 18. verſ. exceptis duobus.

SVMMARIVM.

1 *Feudum paternum, & antiquum pro eodem ponuntur.*
2 *Paternum quando verè dicatur, & quando antiquum.*
3 *Nouum quando dicatur.*
4 *Noua qualitas an antiquum faciat eſſe nouum feudum.*
5 *Valde differunt nouum, & antiquum.*
6 *Vbi dubitetur an ſit nouum, vel antiquum probatur iuramento poſſeſſoris.*

Effectus CCXXXII.

FEudorum multæ ſunt ſpecies, & inter alias, quoddam dicitur feudum nouum, & aliud feudum † paternum, uel antiquum; quamuis paternum, & antiquum ſæpiſsimè confusè pro eodem ponantur, pariſque ſint potentiæ, & naturæ. Curtius de feud. par. 1. quæſtio. 8. in princ. Clar. in eod. tracta. quæſtio. 8. num. 7. Socin. iun. conſ. 103. num. 15. lib. 2. Natta conſil. 467. num. 3. lib. 2.

2 Verè autem † paternum dicitur, vſque ad quartum gradum aſcendentium, & ab inde ſupra dicitur antiquum, Curt. dicta par. 1. quæſt. 8. num. 7. Purpurat. conſi. 85. num. 8. lib. 1. Natta d. conſi. 67. & ſeq. Clar. quæſt. 8. in princ.

3 Nouum † autem dicitur, quod de nouo conceditur, ortumque habet ab ipſo inueſtito. Natta dicto conſil. 467. num. primo, Clarus dicta quæſtio. 8. in princ. Dicitur etiam nouum, ob nouam formam & cauſam. Riminald. iun. in conſil. 339. nume. 87. lib. 3. Prout & nouum efficitur ex mutatione pactorum, Socin. iunior, in conſil. 92. nume. quinto, lib. quarto, Riminald. dicto conſil. 339. nume. 100.

4 Noua † etiam qualitas iuxta nonnullos antiquo feudo addita, facit, vt nouum dicatur. Pedem. deciſ. 23. num. 21. & ſequen. Marcabrun. conſil. 64. num. 24. Celſ. Vgo, conſil. 26. num. 8. & ſequen. Videas tamen Vrſill. ad Affiict. in deciſ. 112. num. 7. & Rimin. iun. in d. conſil. 339. num. 87. & ſequen. lib. 3. Roland. conſi. 60. num. 8. & ſequen. lib. 1.

Valde

5 Valdè † autem releuat an feudum ſit nouum, vel paternum, aut antiquum, ad Curtium iunior. in d. quæſtion. 8. num. 7. verſic. Effectus ſunt.

6 Et † vbi eſſet dubium, an ſit nouum, vel antiquum, ſtaretur iuramento poſſeſſoris, cui credendum eſſet ſuper hac qualitate; vt conſuluit Caſtrenſ. in conſil. 279. num. 2. verſ. Sed hic non ſic, lib. 2. & ſequitur Tiraq. de præſcript. glo. vnica, §. 2. verſ. Quorũ authoritatẽ.

SVMMARIVM.

1 *In concedenda debitori dilatione, factum maioris partis minori præiudicat.*
2 *Regulariter ſtandum eſt ei, quod maior pars ſtatuit.*
3 *Regula prædicta limitatur.*
4 *Factum à maiori parte non præiudicat creditori inſtrumentario habenti debitorem medio iuramento obligatum.*
5 *Quod in Practica non ſeruatur.*
6 *Principis Reſcriptum non extenditur ad caſus iuratos regulariter.*
7 *Quid in his dilationibus concedendis ſeruet Praxis Romanæ Curiæ.*

Effectus CCXXXIII.

1 AD concedendam † dilationem debitori, factum à maiori parte creditorum, minori preiudicat, ad l. final. C. qui
2 bon. ceder. poſſ. Regula † ſiquidem triuialis eſt, vt ſtetur ei, quod maior pars ſtatuit, l. & ſuum, § hodie, ff. de
3 pact. Quæ † Regula plures patitur limitationes, de quibus latè Iaſ. in d. l. & ſuum. Duenn. in Reg. 243. 294. & ſequen. Socin. in Reg. 143. Afflict. deciſ. 288. & ibi Vrſill. in addit. cum pluribus alijs, quæ omittimus, cum non faciant ad propoſitam materiam iuramenti.

4 Inter alias limitationes ea notabilis eſt, † quod cum inter creditores adeſt aliquis habens debitorem medio iuramento obligatũ, vt contingit hodie in omnibus creditis inſtrumentarijs, tunc factũ maioris partis, aut in remittenda parte debiti, aut in conceſsione induciarum, non facit præiudicium huic creditori inſtrumentario propter iuramentum, vt poſt alios ab eo relatos tenet Roland. in conſil. 31. num. 15. lib. 2. Seraphin. de priuileg. iuram. in priuil. 114.
5 num. 2. Vrſill. ad Afflict. in d. deciſ. 288. nu. 7. vbi † tamen ſubiungit in practica contrarium obſeruari.

6 Idem videmus † in Reſcripto Principis, quod regulariter ad caſum iuratum non extenditur; Proinde, dilatio conceſſa à Principe, etiam ab ipſo Pontifice Maximo, ne quis intra ſex menſes ob debi-

ta moleſtetur,non ſuffragatur debitori,vbi debitum ſit iuratum,ad Alex.in conſil.38.num.4.lib.3.Ianuenſ.deciſ.17.num.16.videas tamen declarationem Afflict.in d.deciſ.288.in fine, & Benuenut.de decoctor.par.6.nu.13.

7 Verum † hic in Curia Romana, vbi tractatur de dilatione concedenda alicui debitori, vel parte debiti remittenda, ſeruatur in Praxi, vt fiat dilatio ad tempus, vel partis debiti remiſsio de conſenſu maioris partis creditorum,recurriturque ad Signaturam Gratiæ, & huiuſmodi conſenſu narrato,Papa paſsim confirmat huiuſmodi dilationes,eaſque ſeruari mandat, etiam aduerſus alios renitentes, licet aliquando Signatura voluerit hunc conſenſum à maiori parte non tantum reſpectu crediti,ſed etiam reſpectu numeri creditorũ.

SVMMARIVM.

1 *Minoris debitor, aut creditor,illius tutor, aut curator eſſe nequit.*
2 *Allegans tamen id ad ſe excuſandum,probare debet.*
3 *Et vbi iuſta de cauſa ſit incertum an ſit creditor, ſi iuret, quod verè credit ſe creditorem, excuſatur.*

Effectus CCXXXIIII.

1 Minoris † bona habens obligata,aut eius debitor exiſtens, illius tutor,aut curator regulariter eſſe nequit,vt diſponitur in Authent. Vt hi qui obliga.ſe habe.perh.res minor.in §.hæc omnia, vbi Imperator huiuſmodi prohibi-
2 tionis cauſam explanat;verum, quia † facile euenire poterat,vt aliquis ad ſe excuſandum ab onere curæ,vel tutelæ,allegare potuiſſet, ſibi fore obligata bona minorum,idcirco ſancitum eſt, vt ſtatim id oſtendere debeat, ſi ab ipſo tutelæ onere velit abſolui, vt habetur ibid.verſ.vt autem non demus.
3 Verum, † quia euenire poterat,vt iuſta de cauſa quis aliquando ſit incertus,an habeat obligata bona minorum,idcirco ſtatutũ fuit, vt præbeat ad Sancta eloquia iuſiurandum, quod credit in veritate habere obligata bona minoris,& hac de cauſa tutelæ, aut curæ munus ſubire recuſat, &.ex huiuſmodi iuriſiurandi præſtatione, ab illius officio excuſabitur,vt cauetur ibidem,qui nec leuis eſt effectus iuramenti.

SVMMARIVM.

1 *Teſti non iurato non eſt credendum.*
2 *Iuramentum an probetur, ſi Notarius dicat, talis teſtis iuratus depoſuit,& num.11.*

3 *Ex quo Notarius ſcripſit iuratus, &c. omnia præſumuntur ſolenniter acta.*
4 *Illa aſſertio, niſi aliter de eo conſtet, iuramentum non probat.*
5 *Fallit ſi fuit coram Iudice examinatus.*
6 *Articulus eſt diſputabilis.*
7 *Conſuetudo eſt, vt credatur Notario ita atteſtanti.*
8 *Dicta conſuetudo quomodo probetur.*
9 *Stylus Rotæ circa prædicta.*
10 *Deciſiones Caputaquenſ. manuſcriptæ, an ſint illius Authoris.*
12 *Verior videtur ea ſententia, vt Notario credatur atteſtanti, quod teſtis iurauit, ſi dicat tactis ſcripturis.*

Effectus CCXXXV.

1 TEſti † non iurato non eſt adhibenda fides, l. iuriſiurandi, C. de teſtib. c. hortamur, 3. quæſtio. 9. cum alijs, de quibus in proximo Effectu.

2 Quid iuris ſi † Notarius ſcripſerit in originalis, talis teſtis inductus, & iuratus, depoſuit vt infra; Oldrad. in conſil. 322. nume. 6. dixit, ex hoc minimè probari, quod coram Iudice iurauerit; quod nullam habet difficultatem, cum de præſentia Iudicis nulla mentio fiat.

Quæſtio eſt an credatur, quod verè iurauerit, vbi aliter non conſtet, quã ex illis verbis enunciatiuis, & Florian. in l. lege Iulia, nu. 2. ff. de teſtib. aſſeruit ex eo, quod ſcriptum reperitur in actis: teſtis iu-
3 ratus, &c. quod † ex hoc omnia præſumuntur ſolenniter acta. Concordat Couarru. variar. reſolut. lib. 2. c. 13. num. 2. vbi de communi. Viuius opinio. 931. nu. 21. poſt Federic. quem ibi refert.

Econtra Butrius in c. quoniam contra, num. 58. verſi. dicit etiam
4 ibi, de probation. firmat, quod † niſi de iuramento aliter conſtet, ex ea aſſertione non probatur. Sequitur poſt alios Ioan. de Amicis, conſ. 73. num. 18.

Cæterum, Salicet. in d. l. iuriſiurandi, C. de teſtib. num. 4. verſic.
5 quæro in actis, diſtinguendum arbitratus eſt, an † teſtis fuerit à Iudice examinatus, & eo tempore, quo iuramentum interuenire potuit; Et tunc præſumendum fore, vt iuramentum interuenerit: Aut non fuit à Iudice, ſed à Notario examinatus, ſeu tunc non potuit iuramentum legitimè interueniſſe, quia fortè dies præſtandi iuramenti lapſa fuerat; vel forte locus examinis non erat congruus, vt ibi præſtaretur iuramentum; & tunc ſecùs. Vide Marſil. qui alios citat, in l. 1. §. ſi quis dicatur, nu. 6. ff. de quæſtion.

Bald. autem in Authent. Si quis in aliquo, num. 9. C. de eden. te-

nuit,quod etiam vbi non fuerit à Iudice examinatus, adhuc eſſe diſtinguendum,vt ſupra. Iaſ. verò,in l.ſciendum,num. 12.ff.de verb. obligat. ex mente Bart. affirmat, quod ſi parte præſente Notarius ſcripſerit,teſtis iuratus depoſuit vt infra, quod tunc probetur iuramentum,niſi pars huiuſmodi enunciationi contradixiſſet.

6 Vt vides,hic † articulus non ſine controuerſia tranſit apud Doctores. Videndum reſtat, quid in eo ſeruet ſupremum Orbis Tribunal Rota Romana, & extat deciſio Caputaq.209. quæ incipit: Conſuetudo,& Stylus,lib. 1. in manuſcriptis.

Et quia non omnes habent eas deciſiones manuſcriptas, quæ ne aliqui decipiantur,aliæ ſunt,& diuerſæ ab impreſsis,eius deciſionis Copiam inſerere viſum eſt, ita per huiuſmodi verba Cantantis.

Deciſio Caputaquenſ. lib. 1. in manuſcriptis 209.

7 Conſuetudo, † & Stylus quod credatur Notario atteſtanti teſtē iuratum deponere, licet diſpoſitiuè non dicat de iuramento, non eſt cōtra ius: quia licet tex.in c.vt circa,de elect. in 6.dicat iūcta gl. quod iurare debet tangendo ſcripturam, non tamen ex hoc ſequitur, quod Notarius ita dicere teneatur. Ita in Portugallienſis Prædij coram D.Decano 16.Iunij 1555.& idem in Imolenſi Bonorum coram Achille,eodem anno.

Extat autem eiuſdem Caputaquenſ.alia deciſio in eodem libro 213. quæ aliquantulum contradicit; tenoris ſequentis.

Eiuſdem Caputaquenſ.deciſ.213.eod.lib. 1.

8 Cōſuetudo,†quod credatur Notario aſſerēti teſtem iuratū depoſuiſſe, licet nō dicat tactis ſcripturis,nō eſt probata per teſtes,qui licet deponāt adhibere fidē Notarijs, vt ſupra aſſerētibus,quia ſic viderūt in occurrentibus cauſis practicari,non tamen dicitur, in illis caſibus fuiſſe oppoſitū de nullitate examinis, & nō obſtante oppoſitione,fuiſſe iudicatū dandam eſſe illis fidem;ita in Portugallienſ. Prædij coram Decano 26. Maij 1553. In qua fuit etiam dictum,
9 quod † Rota ſeruat, non aliàs teſtibus fidem adhibendam, quam ſi Notarius dicat, quod tactis ſcripturis iurarunt, vt dicit Lanfran. in c.quoniam contra,in ver.teſtium depoſitiones,num.4.de probation.Bald.in l.iuſiurandum,col.1.C.de teſtib. Alber.Brun. in tracta.de formu.fol.23.col.5.verſ.eſt aduertendum; licet contrarium teneat gloſ.in Authent. In inſtrumento, cum alijs quæ ſequuntur.

10 Tacendum † autem non videtur,poſtquam incidimus in has deciſiones Caputaquen.nomine publicatas, loquor de manuſcriptis, & non impreſsis, quod aliàs annis elapſis in formanti mihi Rotam ſuper quodam dubio, cum pro illius deciſione citaſſem vnam ex his deciſionibus eius Celeberrimi Patris nomine vulgatas, quod S. D. N. Clemens diuina Prouidentia Papa VIII. tunc Rotæ Auditor,reſpondit, vt ſcilicet non adeo confiderem in illis deciſionibus,

bus, cum ipſe bonæ mem. Epiſcopus Caputaquenſ. ita facile non admitteret eſſe ſuas, & quod eatenus ſuper eis fundarem intentionem, quatenus iura ibi citata, vel rationes adductæ concluderent, & nil vltrà, cum eas ſub illius Clariſsimi Viri nomine alius compilaſſet.

11 Ipſum † etiam Sacrum Rotæ Auditorium in hoc articulo variauit: ſiquidem, Peregrin. deciſ. 1. verſic. Iniuſtitia ex multis, lib. 3. atteſtatur maiori parti Dominorum, alijs reclamantibus viſum eſſe, vt non ſufficiat ad probandum iuramentum teſtis, etiam ſi Notarius dicat: talis teſtis iuratus tactis ſcripturis manu dextera depoſuit vt infra. Vbi Caputaquenſ. deciſ. 246. par. 2. in impreſsis, inquit totum oppoſitum, & conſonat deciſ. 227. quæ incipit: Die 20. Iunij in libro intitulato, Diuerſor. in manuſcriptis.

12 Hæcque † vltima ſententia videtur verior, cum Notarius præciſè de iuramento atteſtetur, cui eſt credendum in his, quæ ſpectant ad eius officium, ex ſupra deductis.

SVMMARIVM.

1 *Fides non eſt danda teſti non iurato.*
2 *Etiam ſi eſſet Cardinalis.*
3 *Partes an facere poſſint, vt ſit ſtandum teſti non iurato.*
4 *Requiritur expreſſus partium conſenſus.*
5 *An requiratur conſenſus vtriuſque partis?*
6 *An ſit etiam neceſſaria Iudicis authoritas.*
7 *Videtur ſufficere eius ſolius conſenſus, contra quem teſtis inducitur.*
8 *Papa an ſtatuere poſſit, vt credatur teſti non iurato?*

Effectus CCXXXVI.

1 Fides † non venit adhibenda teſti non iurato, etiam ſi magna dignitate præfulgeat, ad c. nuper nobis, de teſtib. c. vlt. de iuram. calumn.

2 Quod † procedit, etiam ſi teſtis Cardinalitia dignitate ſplendeſcat. Tiraq. de pœn. temper. Cau. 51. num. 136. Iaſ. in l. admonendi, num. 189. verſic. Contrarium in terminis, ff. de iureiur. & in conſil. 72. num. 3. verſ. nam dicto Cardinalis, lib. 1. Franc. Mar. deciſ. 674. nu. 3. Bellamera, deciſ. 679. Cotta in ſuis Memoriali. ſuper ver. teſti non iurato.

3 Quæro, † an partes facere poſsint, vt ei credatur abſque iuramento? Et pro affirmatiua eſt text. clarus in c. tuis, de teſtib. Roman. cō-

4 ſil. 20. num. 4. Requiritur † tamen earundem partium expreſſus cōſenſus,

ſenſus,& tacitus non ſufficeret,vt poſt Hoſtienſ.quem refert,notat Abb.in d.c.nuper nobis,in principio,verſic.ſecunda quærit,de teſtib.Iaſ.in d.l.admonendi, num.235.verſic. item partes, de iureiur. vbi Ripa,num.199.Henric.Boic.in c.tuis,nu.9.de teſtib.Seraphin. de priuil.iuram.priuil.115.nu.4.

5 An † autem neceſſarius ſit vtriuſque partis conſenſus, vel ſufficiat eius tantum,aduerſus quam deponit,diſcutit Iaſ.in l.admonendi,nu.235.verſ.an autem vt remitti poſsit.

6 Et † an neceſſaria ſit etiam Iudicis authoritas,ita, vt ea ceſſante, etiam quod partes iuramentum remiſerint,teſti non ſit adhibenda fides.Iaſ.ibid.in verſ.item in remittendo,refert gloſ.Bald.& Speculat.,quod ſit neceſſaria.

7 Et cum † pars contra quam teſtis deponit, valeat ſoli Aduerſario credere in ſui præiudicium, non video cur credere non poſsit teſti non iurato,in quo ceſſat ſuſpitio,quæ cadit in aduerſarium intereſſe habentem,& meo quidem iudicio caſus non habet difficultatem.Carocius de iuram.deciſiuo,quęſt.7.nu.3.& 4. & in quęſt.5. ſuper 9.quęſt.principali.

8 An autem † Papa ſtatuere poſsit,vt credatur teſti non iurato; vide Felyn. in cap.conſtitutus,19.num.16.de Reſcript. Cotta in ſuis Memoriali.ſuper ver.teſti non iurato, verſic.ſed an Papa.

SVMMARIVM.

1 *Nemo teſtis eſſe poteſt in cauſa propria.*
2 *Prout nec poteſt eſſe iudex.*
3 *Vbi ex forma Statuti, vel iuris diſpoſitione ſtandum eſt alicuius iuramento is eſt teſtis, & iudex in cauſa propria.*

Effectus CCXXXVII.

1 NEmo † teſtis eſſe poteſt in cauſa propria,l.nullus,ff.l.omnibus, C. de teſtib. Prout † nec poteſt eſſe iudex, ad l. vnic.C.ne quis in ſua cau.iudic.Nonnulla ad huius Regulæ exornationem recenſet Seraphin. de priuil. iuramen. in priuil.120. vbi eam limitat † non procedere in illis caſibus,in quibus ex forma Statuti, vel iuris diſpoſitione,ſtandum eſt iuramento partis,vtpotè in iuramento litis deciſiuo, & alijs caſibus ſuprà relatis inter Effectus iuramenti, quibus ſtatur iuramento partis,in quibus iurans eſt teſtis,& iudex in cauſa propria.Habes nonnulla relata ſuprà in Effectu 158.ſatis pulchra,quæ conſonant huic materiæ,ſed nè bis eadem repetantur,ibi videas.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtis corrigere poteſt ſuum dictum, ſi id faciat incontinenti.*
2 *Quando dicatur incontinenti facere.*
3 *Et adducenda eſt cauſa, cur corrigat.*
4 *Si corrigit ex interuallo, intrat ſuſpitio, & num.6.*
5 *Et iuxta Rotam præſumitur ſubornatio.*
6 *Si teſtis eſt miræ bonitatis, corrigere poteſt ex interuallo, dummodò iuret, ſe cum nemine fuiſſe loquutum.*
7 *Correctio ex interuallo fieri nequit, ſi primum dictum, & ſecundum ſe non compatiuntur, aliàs ſecùs.*

Effectus CCXXXVIII.

1 TEſtis † propriam depoſitionem corrigere valet, ſi id faciat incontinenti, ad cap. præterea, de teſtib. cogend. Rota deciſ. 19. de teſtib. in nou. Bald. in l. presbyteri, num. quarto, C. de epiſc. & cler. Foller. in pract. crim. ſuper ver. capiat in formationem, num. 42. Alciat. in præſumpt. 29. in princ. reg. 2. Seraph. de priuil. iuram. in priu. 121. in princ.

2 Incontinenti † corrigere dicitur, ſi id faciat antequam ſit dimiſſus ab examine, Alciat. in d. præſumpt. 29. num. 2. Reg. 2. Follerius in pract. ſuper ver. capiat informationem, num. 42. Bald. in d. l. presbyteri, num. quarto, C. de epiſc. & cler. Capic. deciſ. 142. nu. 9. Couarru. lib. 2. variar. reſolut. c. 13. nu. 8. verſ. cæterum ſi teſtis, Seraph. d. priuil. 121. num. 3.

3 Admittiturque † correctio, ſi teſtis adducat aliquam cauſam ſuæ correctionis. Alciat. d. præſumpt. 19. nu. 3. vtputa obliuionem in tempore, ibid.

4 Sentit autem Felyn. quod etiã † ex interuallo, & poſtquã eſt cũ parte alloquutus, corrigere poſsit, ſed tunc minor ei ſit fides adhibenda; & graues in id citat Authores, in c. per tuas, 47. nu. 1. de teſtib. efficitur enim ſuſpectus, ad Barto. in l. de minore, §. plurimum, num. 16. de quæſt.

5 Rota † autem, in d. deciſ. 19. firmat præſumi ſubornatum, ſi poſt biduum redeat, & contrarium deponat.

6 Vbi † autem teſtis foret notæ bonitatis, & fidei, poſſet etiam ex interuallo ſuum dictum corrigere, dummodo fiat ante publicationem, & iuret ſe cum nemine fuiſſe loquutum, qui non eſt leuis effectus iuramenti, ad Bald. in cap. præterea, num. quarto, de teſtibus cogend. Seraph. d. priu. 121. num. 2. Cotta in ſuis Memor. ſuper ver. teſtis regulariter non poteſt.

Notabis

7 Notabis † autem, quod licet teſtis dictum ſuum corrigere non poſsit ex interuallo, id procedere, ſi verè tractetur de correctione, vtputa, quia primum dictum cum ſecundo ſe non compatitur; ſi verò inuicem ſtare poſsint, & ſe compatiantur; ſecus venit dicendum, vt declarat Imola, videndus in l. qui bona, §. ſi quis ſtipulatur, num. 30. ff. de damno infecto, quem ſequutus eſt Angel. inter conſil. criminalia, lib. 2. conſi. 73. nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Probatio facta extra terminum præfixum, eſt nulla.*
2 *Fallit in teſtibus, qui in termino iurauerunt.*
3 *Requiritur tamen, vt fiat aliqua diligentia, & nu. 12.*
4 *Vbi terminus eſt præfixus à lege vel Statuto, non ſufficit iuraſſe in termino.*
5 *Idem ſi terminus ſit præfixus à Iudice per verba temporis præteriti.*
6 *Item ſi præfixus fuerit ad probandum, & probatum habendum.*
7 *Item fallit in materia excommunicationis.*
8 *Regula vt ſufficiat iuraſſe in termino, procedit in termino præfixo Iudicis arbitrio.*
9 *Quæ etiam fallit, ſi poſt terminum labatur magna dilatio, & num. 11.*
10 *Examen non ideo nullum, quia fuit citatus curator, qui non cauit.*

Effectus CCXXXIX.

1 VBi † præfixus eſt terminus ad probandum, probatio ni fiat durante termino, eſt nulla, ex citatis à Seraphin. priuileg. 126.

2 Fallit † in teſtibus, quos intra terminum iuraſſe ſufficit, poſſuntque poſtea eo lapſo examinari, quoniam hoc operatur iuramentum, vt ſatis ſit eos in termino iuraſſe. Rota, deciſ. 3. de dilation. in antiquit. Benintend. deciſ. 11. nume. 5. & 7. Seraphin. vbi ſuprà.

3 Requiritur † tamen, vt fiat aliqua diligentia in ipſo termino. Rota, deciſ. 3. de teſtib. & latius in deciſ. 13. quam videas, de probatio. in nouiſs. & deciſ. 27. eod. tit. in antiq. & in deciſ. de qua infrà, num. 12. Abb. c. licet, num. 20. verſic. dicunt enim, de probation. vbi Felyn. num. 23. verſ. modo aduerte, & Berous nu. 79.

Pro habenda veritate huius effectus, plures caſus veniunt ponderandi, vt facit Felyn. in d. c. licet, num. 20. & ſequent. de probation.

4 Primò † ſi terminus ad probandum, præfigatur à lege, quoniam tunc intelligendum eſt de integra probatione, proinde eo lapſo,

non

non erit amplius locus examini, ex ibi deductis, & idem dicitur in dilatione Statutaria. Benintend. deciſ. 11.nu.4.

5 Secundò † vbi iudex aſsignet terminum per verba præteriti temporis, vt puta, probauiſſe debeas intra tot dies: tunc enim ea verba ſignificant probationem perfectam; Felyn.in d.c.licet,nu.21.

6 Tertiò, vt † inquit idem num.22. ſi præfixus fuiſſet terminus ad probandum, & probatum habendũ, quo caſu non ſatis eſſet, quod teſtes in termino iurauiſſent, niſi eſſent etiam examinati. Concinũt huic declarationi notata ſuprà in par.2.art.6.de iuram. ſuppletiuo, num.32. quod præſertim procedit, ſi additum fuiſſet, ad probandum, & probatum habendum, per omne genus probationis. Felyn.ibid.num.23.

7 Quartò † non procedit in materia excommunicationis, vt declarat Rota, in deciſ.3.de dilation.in antiq.

8 Vbi † verò ſimus in dilatione, quæ Iudicis arbitrio eſt præfixa, tunc procedit ea ſententia, vt teſtes in termino iuraſſe ſufficiat. Felyn.ibid. num.20. & tangunt alij ſuprà relati, & benè declarat Benintend.in d.deciſ.11.nu.5.& de communi, nu.7.

9 Quod † tamen intellige, nè decipiaris, niſi magna dilatio intercederet à lapſu termini, quoniam tunc amplius examinari non poſſent, niſi parte denuo citata, vt tenuit Rota me informãte pro Dominabus Guerrinis, in vna Romana domus de Cacabarijs, coram Illuſtriſsimo D. meo Cardinali Blanchetto, tunc Rotæ Auditore, ſub die 10. Iunij, 1577. Cuius deciſionis tenorem ſubnectere viſum eſt, cum valdè conſonet iam relatis.

Rotæ deciſio coram Illuſtriſsimo D. Cardinali Blanchetto.
Die decima Iunij 1577.

Fuit reſolutum exceptiones allegatas contra teſtes, & inſtrumentum confectum de anno 1529. eſſe tales, vt recedendum ſit à reſo-
10 lutione facta 27. Martij anni præteriti. Licet † enim Dominis non placuerit nullitas examinis, ex eo, quia fuit citatus curator, qui non cauit, cum ſemper Rota ſequuta fuerit opinionem Speculator. de curator.§.vt autem, Puteus deciſ.131.lib.3.& Achill.de Stylo, de-
11 ciſ.vnica, tamen placuit † exceptio, quæ oritur ex longa dilatione examinis teſtium poſt præſtitum ab eis iuramentum. Regula enim, quod ſi teſtes iurarunt in termino, poſsint quandocumque exami-
12 nari, habet locum, ſi † appareat aliqua diligentia partis, ex deciſ. 13.de probation. in nou. in fine, & deciſ.27. in antiq. quod etiam voluit Abb.in c.licet cauſam, num.20.eod.tit. vbi Berous, num.79. Omiſsis reliquis quæ non faciunt ad hoc propoſitum, ſed reſpiciũt exceptiones teſtium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Domus vnicuique ſua tutiſſimum debet eſſe refugium.*
2 *Pro ciuili debito quis capi non debet in domo ſua.*
3 *Si alibi debitor repertus, aufugiens inſequentibus exequutoribus, ingrediatur domum ſuam, ibi capi nequit, nec extrahi.*
4 *Limitatur, & ampliatur multimodè, ſed remiſſiuè.*
5 *Signanter facit fauore iuramenti.*
6 *Et dicto priuilegio cenſetur renunciatum, ſi quis renunciauerit omni iuris, & legum auxilio.*

Effectus CCXL.

1 Domus † vnicuique ſua tutiſsimum debet eſſe refugium, l.plerique, ff.de in ius vocan. l.nemo ex domo, ff.de re-
2 gul.iur.intantum, quod † nedum quis pro ciuili debito
3 capi, nec extrahi debet è propria domo, ſed † ſi alibi fuerit repertus, & aufugiens ab inſequentibus exequutoribus perueniat ad domum, & ingrediatur, non licet exequutoribus inde illũ extrahere, quamuis exequutionis principium fuerit licitum. ad Felyn.in c.licet ratione, num.16. verſ. hic Aretinus conſiderat, de foro compet.Iaſ.in d.l. 1.plerique, nu.12.de in ius vocan.

4 Huiuſmodi † Regulam multis modis ampliatam, & limitatã habes à Iaſ.quem videas, in d.l.plerique, à num.3.vſque ad 30.& latiſſimè Gabriel. in titu. de criminal. Concluſ.10. Aliaque citant Alphan. in ſuis Collectane.nu.25.& Duenn.in Reg.288.

5 Signanter † autem limitatur fauore iuramenti, vt ob eius vires ceſſet beneficium d.l.plerique, & ſtante debito iurato, poſſe debitorem capi, extrahique è propria domo, adnotauit Ferrat.in Caute.22.verſ. ſi verò nunc, ſequutique ſunt Gabriel.in d. Concluſ.10. num.34.& Seraphin. de priuil.iuram.priuil.155.

6 Cenſeturque † dicto priuilegio l.plerique, renunciatum, ſi debitor ſoluere promittens, renunciet omni iuris, & legum auxilio, ad Roland.de lucro dot.quæſt.42.num.17.Seraphin.d.priuil. 155.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio ſimplex non operatur renunciationem fideicommiſſi, & numero 7.*
2 *Etiam vbi ſint appoſita verba lata, & prægnantia.*
3 *Contrarium vbi ea ſint appoſita.*
4 *Fallit vbi ſit appoſitum iuramentum. Contra num. 5.& 6.*
8 *Fallit vbi ſit promiſſa defenſio, & euictio.*

9 *Et vbi appoſita ſit Clauſula, ad habendum, tenendum, & quidquid voluerit faciendum.*
10 *Declaratio dictæ limitationis.*
11 *Fallit etiam vbi data ſit facultas alienandi.*
12 *Et vbi inuicem hinc inde partes ſibi ceſſerunt omnia iura.*
13 *Et quando promiſerunt eam habere ratam, & firmam, & non contrauenire. Contra.num.14.*
Quæ tamen procedunt præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi.
15 *Quid ſi dictum ſit, de illis, quidquid voluerit perpetuò faciendum.*
16 *Quid vbi poſita ſit Clauſula, pro ſe, & quibus dederit?*
17 *Et vbi nulla actio nullumque ius eſt reſeruatum.*
18 *Et cum alter alterum poſuit in locum ſuum, & procuratorem irreuocabilem in rem propriam conſtituit.*
19 *Et cum partes remiſerunt omnia eorum iura.*
20 *Et cum conuentum eſt, quod lite contra alterum mota, damnum ſequẽs ſit commune.*
21 *Et vbi ſit renunciatum omni, & cuicumque iuri, legi, beneficio, & auxilio.*

Effectus CCXLI.

1 FIdeicommiſſo † conditionali ex ſimplici diuiſione facta inter grauatos onere fideicommiſſi, non cenſetur eſſe renunciatum, vt Bart. & alij notant, in l. qui Romę, §. duo fratres, de verbor. obligat. frequentique calculo receptũ eſt. Curt. ſenior, in conſil. 75. num. 6. verſ. & fortius peccauit. Decius in conſ. 243. num. 2. & in conſil. 267. num. 1. Boeri. deciſ. 147. num. 10. Bellon. conſ. 19. num. 8. Viuius opin. 845. Alex. conſil. 167. num. 8. lib. 7. Gabr. de fideicomm. concluſ. 1. in princ. Ruin. in conſil. 417. nume. 15. lib. 2. Rimin. iun. conſil. 204. num. 61. & ſeq. lib. 2. de communi, Ripa, l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 44. de verb. oblig. Craſſ. de vltim. volunt. §. fideicommiſſum, quæſt. 63. in princ. & nu. 6.

2 Idque iuxta † multorum ſententiam procedit, etiam vbi appoſita ſint verba lata, & prægnantia, & quantumuis generalia. Peruſin. deciſ. 19. nu. 8. & ſeq. cum alijs de quibus in deciſ. Pedem. 112. nu. 14. & ſequen.

3 Viuius † autem in opinio. 845. num. 4. nonnulla deducit in oppoſitum, vide autem ibidem citata in verſ. in contrariam, & num. 6. ſed pro affirmatiua vide Roland. conſil. 64. num. 10. 11. & ſeq. lib. 4. Burſat. conſ. 64. nu. 29. 30. & ſeq. lib. 1. Socin. iun. conſ. 116. nu. 50. & 51. libro primo, Natta, conſil. 530. num. 2. & 3. lib. 3. Marzari. conſil. 39. num. 3.

4 Præmiſſa Concluſio plures patitur limitationes, & † ſignanter fallit,

fallit, vt non procedat, vbi ſuper diuiſione fuit appoſitum iuramē-tum; vt notat Grat.conſ.60.num.20.lib.1. Berous conſil.93.nu.34. lib.1. Viuius in d.opinio.845.nu.5. & 16. vide Seraphin. de priuil. iuram.in priuileg.157.

5 Huiuſmodi † autem limitatio ſic ſimpliciter intellecta, minus procedit, quoniam regulariter iuramentum dat vires, & robur contractui, illum autem non extendit, ad c.penult.de iureiur. Oldrad. in conſil.238.num.2. Decius conſil.180.in fine, & conſil.240.nu.3. Socin.iun.conſil.44. num.46. lib.2. Crot.conſil.120. num.2.lib.1. Curt.ſen.conſil.75.nu.7. cum alijs de quibus ſupra in 7. Effect.nu. 2.& vide in Effectu ſequenti.

6 Cumque ſequi † ſoleat naturam actus, ſuper quo interponitur, vt deductum eſt ſuprà in præcitato Effectu, cum de natura ſimplicis diuiſionis non ſit præiudicare fideicommiſſo, iuxta communem ſententiam ſuprà relatam, & apparebit ex proximè deducendis, infertur, quod iuſiurandum ſuper tali diuiſione appoſitum, non operetur fideicommiſsi renunciationem, quam ceſſante iureiurando indubitatum eſt non intrare, niſi appoſitæ ſint tales Clauſulæ, quæ aptæ ſint præiudicare fideicommiſſo; & ita ſentiunt Peruſini in deciſ.19.num.12. Curt.ſenior, in conſil.63.num.19. Ruin.conſil.147. num.15.lib.2. Pedemont.deciſ.12.num.11. cum alijs de quib. Gabriel.de fideicommiſs. Concluſ.1.num.2. & Rimin.iun. conſ.204. num.87.& ſequen.lib.2. Craſs.de vltim.volunt.§.fideicommiſſum, quæſt.63.num.3.

Cæterum, cum huiuſmodi materia perpulchra ſit, & frequens in Iudicijs, & admodum vtilis, ſatiſque tractata, ſed non ſine confuſione, viſum eſt illam fuſius attingere; firmataque Regula multas referre Limitationes, vt ſatis egregie nonnulli alij fecerunt, ſed adhuc labor is noſter non erit ſuperuacaneus.

7 Regula ſit igitur, vt † ſimplex diuiſio à grauatis hæredibus facta, non operetur renunciationem fideicommiſsi, vt notant omnes ſuprà in principio relati, & alij proximè referendi; quæ multifariam limitatur.

8 Et primò † vbi diuidentes promiſiſſent partem alteri aſsignatā ab omni moleſtante perſona defendere, & de euictione ſe obligaſſent, ad Curt.ſenior, conſil.63.num.19. verſ. modo ſic. Loquitur autem in caſu, quo diuidentes habebant notitiam fideicommiſsi; Et ita eſt intelligenda Limitatio, quoniam omnes de ea loquentes, cum hoc ſuppoſito procedunt. Viuius opinio.845.num.13. Pariſ. conſil.71.num.9.lib.3. Caputaq.deciſ.300.quæ incipit. Qui promiſit, libro primo, in manuſcriptis. Gabriel.de fideicomm. Concluſ.1. num.39. Nam data ſcientia intrat renunciatio per diuiſionem, & non aliàs. Peruſin.deciſ.19.nu.3. faciunt cumulata per Rimin.iun.

in

in conſil.204.num.35.36.& ſeq.lib.2.Neuizan.conſ.31.nu.14. Tobias,conſ.41.nu.5.& 6.Bellon.in conſ. 19.nu.7.& 8.

9 Secundò † fallit,cum appoſita eſt Clauſula,ad habendum,tenẽdum,fruendum, & quidquid voluerit perpetuò faciendum, iuxta receptiorem ſententiam,de qua Aym. in conſ.24. nu.8. & ſeq. Pariſ. conſil.71. num.23.& 26. lib.3. Roland.conſ.64.num.11.12.& ſequen. lib.4. de communi Menoch.conſil.87.num.15.16. & ſeq. & num.29.& in conſ.88.in princ.lib.1. Gabr.de fideicomm.concluſ. 1.num.30.Bero.conſ.93.num.33.& ſequen.lib.1.& conſ.44.num. 11.lib.2.Rimin.iun.in conſ.204. num.40. & ſeq. lib.2. Socin.iun. conſ.116.num.54.lib.1. Grat.conſ.60. num.8. lib.1.Moheda.deciſ. 156.quæ incipit. Bonorum diuiſio,in manuſcriptis.Cephal.conſil. 23.num.7.lib.2. Viuius opinio.845.num.7. Pariſ.conſ.71.num.6. lib.3.& nu.ſeq. vide in materia pulchram Creſcentij deciſ.30. quæ incipit: Diuiſio.lib.2.in manuſcriptis, & Ruin. qui tenet oppoſitũ in conſ.147.nu.15.lib.2.

10 Et licet † nonnullis,& grauiſsimis quidem viris viſum fuerit, tũc tantum fideicommiſſo cenſeri renunciatum, cum poſt factam diuiſionem ſequuta eſt alienatio, & ſecùs eſſe, alienatione non ſequuta,ad Socin.in conſ.43.num. 1.lib.4.& ad alios relatos à Pariſ. in d. conſ.71.nu.24.lib.3.Cephal.in conſ.296.num.22.lib.2. Attamen, ſtante Clauſula,& quidquid voluerit,intrat renunciatio, etiã nulla ſequuta alienatione,vt declarat Pariſ.d.conſ.71.nu.25.vide Cur. iunior.in conſ.23.nu.7.

11 Tertiò fallit † cum data eſt facultas alienandi,ad Cephal.conſil. 253.num.8. lib.2. vel de bonis obuentis in ſuam portionem liberè diſponendi.Viuius opinio.845.num.11.verſ.augetque etiam. Aymo,conſ.24.num.8.& ſequen.Pariſ.conſ.71.num.23. & 26.lib.3. & conſ.46.nu.23.lib.2. Decius conſ. 11.num.7.Menoch.conſ.88.nu. 1.& conſ.87.num.29.vbi de communi,lib.1.Gabr.de fideicommiſ. Concluſ. 1.num.30. Craſs.de vltim.volunt.§.fideicommiſſum, quæſtio.63.num.7.

12 Quartò, cum † diuidentes inuicem ſibi ceſſerunt omnia iura, omneſque actiones ſibi competentes ſuper bonis diuiſis. Cephal. d.conſ.259.num.9.lib.2.intellige data ſcientia teſtamenti,& quod reciprocum ſit fideicommiſſum.Cephal.ibid.num. 10.Pedem.deciſ.112.num.17.Menoch.conſ.87.num.1.& 29.ſed quoad hanc qualitatem,quod ſit reciprocum,tenet non eſſe neceſſariam, in nu.39. vide Craſs.d.quęſt.63.nu.5.

13 Quintò limitatur † quando diuidentes promiſerunt diuiſionem habere ratam,gratam,& firmam, & contra eam non venire,aliqua ratione,vel pacto,nec de iure,nec de facto, ad Cephal. conſil.253. num.11.lib.2.vbi de communi;& intellige, ſtante ſcientia fideicõ-

miſsi, prout ibi dicitur. Et vide Boerium aliqua citantem pro, & contra, in deciſ. 147. num. 9. & 10. Burſat. conſ. 64. num. 28. libro 1. Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 157. num. 2. Craſs. d. quæſt. 63. num. 2. & 3. Pariſ. conſ. 71. num. 4. & 24. lib. 3. Menoch. conſ. 87. nu. 33. lib. 1. Gabriel. Concluſ. 1. nu. 20. de fideicommiſs.

14 Vide † in oppoſitum Peruſin. deciſ. 19. nu. 12. & Pedem. deciſ. 112. num. 14. verſ. nec aduerſatur, Viuius opinio. 845. nu. 2. de communi. Decius conſ. 40. num. 16. & ſeq. Alex. conſ. 37. num. 7. lib. 4. Gabr. Concluſ. 1. num. 17. de fideicommiſs. Ruin. conſil. 147. num. 15. lib. 2. Ripa, in l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 44. de verbo. oblig. Decius conſ. 86. nume. 4. Soarez inter communes, ſuper ver. diuiſio. num. 95.

15 Sextò † vbi poſita ſit Clauſula, & de illis deinceps quidquid voluerit, perpetuò faciendum. Viuius opinio. 845. nu. 8. & ſeq. Pariſ. conſ. 46. nu. 23. lib. 2. Menoch. conſ. 87. nu. 18. lib. 1.

16 Septimò, cum † dictum eſt, quod vnus alteri conceſsit pro ſe, & quibus bona prædicta dare, & concedere voluerit. Viuius ibid. nu. 9. Roland. conſ. 64. nu. 13. libro quarto.

17 Octauò, cum † nullum ius, nullaque actio diuidentibus de cetero eſt reſeruata. Viuius ibid. nu. 10.

18 Nonò, cum † alter alterum in ius, & locum ſuum poſuit, procuratoremque irreuocabilem veluti in rem propriam conſtituit. Viuius opinio. 845. nu. 11. videas Curtium iunior, in conſ. 23. num. 7. Grat. in conſ. 60. nu. 19. & ſeq. lib. 1.

19 Decimò, cum † dictum eſt, quod diuidentes remittunt omne ius, quod alter eorum habet, vel habere ſperat in parte alterius. Viuius ibid. num. 12. vide Boeri. deciſ. 147. num. 9. & 10. & ſeq. Decium conſ. 613. nu. 3. Menoch. conſ. 87. num. 27. verſ. quarto ſuffragatur, libro primo, & Gabriel. de fideicomm. Concluſ. prima, num. 5. 8. & 42.

20 Vndecimò † cum appoſita eſt clauſula, quod ſi alicui ipſorum ſuper rebus diuiſis lis moueretur, damnum debeat eſſe commune. Viu. vbi ſupra, nu. 14. quæ reincidit in effectu cum prima.

21 Duodecimò † cum dictum eſt, renunciarunt omnibus iuribus, realibus, & perſonalibus, legibus, auxilijs, & beneficijs ſuper rebus diuiſis ſibi competentibus, Viuius, ibid. num. 15. Rimin. iun. conſil. 204. nu. 72. lib. 2. qui declarat id procedere, vbi poſita ſint verba reſpicientia ius futurum, ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Citatio eſt neceſſaria in quolibet actu.*
2 *Plurifariam limitatur remiſsiuè.*

Si

3 *Si laudum eſt nullum, defectu citationis, ſi partes iurarunt in compromiſſo illud obſeruare, & nulla ex cauſa contradicere, ſuſtinetur.*

Effectus CCXLII.

1 NIl magis † eſt triuiale, quam vt in quolibet actu citatio ſit neceſſaria, ad l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & l. ſi quando, C. de teſtib. & præſertim requiritur in ſententia, ad Vantium latè proſequentem, in titu. de nullit. ex defectu citation. num. 10.

2 Dantur † huic Regulæ quamplures limitationes, de quibus latiſsimè Gabr. de citation. concl. 1.

3 Signanter † autem notabis, quod quando partes promiſerunt ſtare laudo ferendo per arbitrum, & contra illud non venire quauis ex cauſa, licet laudum ſit nullum, quia latum fuit non citata parte, nihilominus ex quo partes in inſtrumento compromiſsi iurarũt illud obſeruare, & nullo pacto contrauenire, ob uinculum iuramẽti eſt obſeruandum, & nequit impugnari, ex his quæ notat Lopez in repet. c. per veſtras, in fi. nu. 30. de donat. inter vir. & vxor. ſequitur Gozad. conſi. 100. num. 17. & 20.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus iniuſtè, aufugiens à carcere, non eſt punibilis.*
2 *Immò tunc vt fugere poſſit, licet verberare, & etiam occidere cuſtodem.*
3 *Nec dicitur rumpere cautionem datam de tuto carcere.*
4 *Relaxatus ſub cautione de redeundo ad carceres intra certum terminũ, ſi fuit iniquè carceratus, redire non tenetur.*
5 *Fallit ſi iurauit de redeundo.*

Effectus CCXLIII.

1 CArceratus † iniuſtè ſi aufugiat à carcere, nullam pœnam meretur. ad Barto. in l. vis eius, in primo notabili, C. de probation. Grammat. conſil. 51. num. 6. in Criminal. vbi alios citat. Viuius opinio. 168. in fi. Boſsius in tit. de carcera. fideiuſſo. committen. num. 48. Seraph. de priuileg. iuram. in priuileg. 132. in princ.

2 Immò, vt † fugere poſsit, licet vulnerare, & quod longè plus eſt, occidere cuſtodes. Carrer. in pract. criminali, in princ. nu. 117. verſic. ſecundò caſu, circa medium. Grammat. d. conſi. 51. nu. 7.

3 Et † tunc nec dicitur rumpere cautionẽ de ſecuro carcere. Grã-mat.d.conſi.51. num.9. Carrer.d.pract.Crimin. verſic.immò tunc aufugiendo.

4 Proinde, † ſi iniuſtè carceratus cauit de redeundo ad carceres intra certũ terminum,& ita fuit relaxatus,non tenetur redire,& fideiuſsio non valet; ita poſt Signorol. ab eo relatum, tenet Seraph. in d.priuil.132.num.1.

5 Limitatur,vbi † ſic iniquè carceratus medio iuramento ſe obligaſſet ad carceres rediturum, vt poſt alios quos citat tenet Seraph. in d. priuileg. 132. num.2. vbi huiuſmodi materiam latiſsimè tangit, proinde vlterius non inſiſto; & faciunt notata per eundem in priuileg. 144.

SVMMARIVM.

1 *Reductio ad arbitrium boni viri datur à laudo arbitratoris, vbi contineat enormem læſionem.*
2 *Etiam ſtante iuramento de parendo laudo.*
3 *Immò ſtante iuramento non datur reductio.*
4 *Immò datur ſtante enormi læſione.*
5 *Stante enormi læſione præſumitur dolus; ideo nulla datur cautela, quæ tollat reductionem.*
6 *Vbi partes ſe obligauerint in forma Cameræ de parendo laudo, tunc datur appellatio ad effectum deuolutiuum, ſecus ad ſuſpenſiuum.*

Effectus CCXLIIII.

1 A Sententia † arbitratoris, vbi enormiter lędat, datur reductio ad arbitrium boni viri, l.ſocietatem, §.arbitrorum, ff.pro ſocio, cum alijs de quibus Gabr. concluſ.3. de ar-
2 bitr. in princ. Quod ampliatur, vt † procedat etiam appoſito iuramento de non reclamando, ac de parendo laudo. Gabr. ibid.num.2.3. & 7.

Cuius totum oppoſitum notat Seraph.de priuil.iuram.priu.136. in princ.aſſerens hanc eſſe receptiorem opinionem.

3 Quæſtio † huiuſmodi ſatis eſt controuerſa: nam ſi ponamus partes ad parendum laudo, & ab eo non reclamandum ſub quouis etiam enormiſsimæ lęſionis prætextu, & ad illius obſeruantiã medio iuramento ſe obligaſſe, tunc quoniam huiuſmodi iuramentum ſeruari poteſt abſque ſalutis interitu, videtur quod prorſus veniat obſeruandum, ex regula, cap.cum contingat, cum ſimilib. de iureiur. & his applaudunt deducta per Seraph. vbi ſupra, & faciunt notata in Effectu 33.num.1.in hacmet quarta parte, cum la-

tè

tè deductis à Rimin.iun.in conſil.278.nume.16.17.& pluribus ſequent.lib.2.cum congeſtis ſupra in primo Effectu, quæſtio.13.nume.6.7. & ſequent.

4 Econtra,† vbi adſit enormis læſio excedens dimidiam veri valoris,laudum, & iuramentum non eſſe ſeruandum, deducitur ex notatis ſupra in primo Effectu,quæſt.8.vbi infiniti in id cumulantur, iunctis his,quæ in eodem primo Effectu, quæſt.13.ſunt adnotata, quæ omnino videas.

5 Quibus † adſtipulatur, quod data enormi læſione,dolus præſumitur in laudo lato, iccirco non obſtante quacunque renunciatione, & iuramento,reclamari poteſt,ad Dec.in conſi.180.nu.5.& 6. qui teſtatur de communi, & ita ſe habere communem obſeruantiam,& practicam atteſtatur Cagnol.poſt alios, quos refert videndus in l.2.num.88.C.de reſcind.vendit. Caſſador. deciſ.vnica,nume.3.de empt.& uendit.Applauditque Paul. in conſ.70. nume.2. lib.1.inquiens,per nullam verborum cautelam in compromiſſo appoſitorum fieri poſſe, quo minus reductio peti poſſit, vbi laudum allegetur iniquum ob enormem læſionem, & præſumptũ dolum contineat; & ita ſe habere communem opinionem, & obſeruantiam,prout inquit etiam Curt.iun.in conſi.79.in fine, & Decius in conſi.533.num.1. lateque, & bene deducitur per Caputaq. in deciſ.181. quæ incipit: Stante compromiſſo, lib.1. in manuſcriptis. Decius in conſi.39.num.6.& conſi.60.num.2. & conſi.11.num.6. Gabriel.concluſ.3.num.41.& 42. de arbitris. Iaſ.in l.quidam cum filium,num.23.verſ.tenendo communem, de verb.oblig. Rimin. iun.in conſi.106.num.8.lib.1.& conſil.178. nu.1. & ſequen.lib.2. Seraphin.de priuil.iuram.in priuil.136.num.quarto,& in priuileg. 142.num.3.Purpurat.conſi.460.num.2.lib.3. & num.ſequen.Decian.conſi.33.num.146.lib.1.Rimin.iun.in §.primo,nu.217. Inſtit. quibus aliena.licet.

6 Hodie,† autem cum paſſim compromittentes ſe obligent in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, ſe laudo parituros, & ab eo nõ reclamare,ſtante Camerali obligatione,Signatura iuſtitiæ ſolet cõmittere cauſam reductionis,& appellationis,ſed cum clauſula ſine præiudicio legitimæ exequutionis; ſicque admittit appellationem ad effectum deuolutiuum, & ſecus quoad ſuſpenſiuum, vt habes in præcitata deciſ. Caputaquen. 181. in ſecunda par.ibi,quoad ſecundam partem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum vt probatio fieri nequeat niſi per inſtrumenta, non autem per teſtes, non valet.*

2 *Valet tamen, ſi ſit iuratum.*
3 *Dubia eſt opinio, an iuramento firmetur.*
4 *Vbi tamen inducerentur teſtes legales, & omni ſuſpitione carentes, admitterentur.*

Effectus CCXLV.

1 PActum † vt probatio fieri nequeat, niſi per inſtrumentum non autem per teſtes, non valet, ad glo. magnam, in §. quia verò multam, in Authen. vt ſine prohibitio. matres. Bart. in Authent. Iubemus, C. de iudic. nu. 2. de communi Imola, in cap. ſi diligenti, nu. 11. verſ. & per ea quæ tangit, de foro com pet. Florian. in l. 1. nume. 1. de teſtib. cum alijs de quibus Seraphin. de priuileg. iuram. priu. 140. & communiorem ſententiam appella. Viu. opin. 575. vbi alios concordantes inducit.

2 At ſi † tale pactum ſit iureiurando vallatum eſt obſeruandum. Seraphin. ibid. num. 3. Fulgoſ. conſi. 208. circa medium.

3 Cæterum, † prima concluſio non tranſit abſque difficultate. Et verior eſſe videtur contraria ſententia, quod tale pactum validum ſit, & obſeruandum, & Imola vbi ſupra inquit, quod fortè iſta opi nio probabiliter defendi poſſet; & pro indubitato id præſupponit Tiraquel. de pœn. temper. cauſa 51. num. 117. & ſequen. vbi plures citat, faciuntque deducta per Marſil. in Sing. 126. & 157. affirmatq; Fulgoſ. in d. conſi. 208. verſ. in diuerſam.

Diſcutit Specul. in §. videndum reſtat, num. quarto, verſ. ſed po ne quod in inſtrumento, de probation. & tandem reſidet in opi-
4 nione Vber. de Bobio, quod † ſi teſtes adducti ad probãdum, ſint perſonæ legales, veniant admittendi, quod & placet Butr. in cap. 2. in fine, de probation. & ſequitur ibid. Felyn. num. 14. vbi, & in præ cedentibus latè agit de materia, & uide in nume. 19. Tiraquel. vbi ſupra, num. 117. diſputatque etiam Seraphin. in d. priuil. 140. Fulgoſius, dicto conſil. 208. propè fin. & cum hac qualitate ceſſat omnis difficultas.

SVMMARIVM.

1 *Procurator conſtitutus ad exigendum, nequit confiteri ſe recepiſſe.*
2 *Fallit ſi medio iuramento confiteatur.*
3 *Fallentia reuocatur in dubium.*
4 *Promiſſio de habendo rata quæcumque geſta per Procuratorem, non reſpicit iuramentum, ſed refertur ad principalem diſpoſitionem.*
5 *Clauſulæ exequutiuæ non alterant principalem diſpoſitionem.*

Effe-

Effectus CCXLVI.

1 PRocurator † conſtitutus ad exigendum, & recipiendum, nequit habere fidem, nec in Domini præiudicium fateri, quod habuerit, & receperit, l.certum, §.ſed an ipſos, ff. de confeſſ. Dec.in l.2. §.creditum, num.32. in vlt.lectura, ff. ſi cert.petat.Capic.deciſ.16.num.7. Marſil.Sing.265. cum congeſtis à Granut.in Theorem.7. vbi latè. Parpal. d.l.2. §.creditum,nu.19. inter Repetent.ff.ſi cert.pet.

2 Si tamen medio iuramento fateatur ſe recepiſſe, & Dominus in conſtitutione procuratoris promiſerit,ſe ratum gratum,& firmum habiturum, geſta à Procuratore tunc Dominus obligabitur, ex Grato,& alijs, de quibus Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 148.num.2.Paul.Pariſ.in conſi.409.col.fin. verſicu. item quod ille conſtituens, lib.1.

3 At huiuſmodi † dictum non caret difficultate,vt aduertit idem Seraphin.ibidem, & Decius in d.§.creditum, nume.35. & ſequen. Granut.dicto Theorem.7.nume.10. cum notatis à Decio, in conſil.305. num.11.

4 Eaque ratio † redditur ab his, qui ita ſentiunt, quod ſcilicet illa promiſsio habendi rata, quæ geſta fuerint à procuratore, non reſpicit iuramentum, ſed refertur ad pecuniarum exigentiam, pro qua facta fuit conſtitutio procuratoris,vt inquit Decius in d.§.creditum,num.35.& Seraph.in d.priuil.148.num.2. & quia poſita uidetur in † clauſulis exequutiuis, quæ non alterant principalem diſpoſitionem,Pariſ.conſi.89.num.72.lib.primo. Dec.in conſil.305. num.11.& conſi.400.num.4.& in conſil.413.num.8. Iaſ.in l.ius autem ciuile,num.8.ff.de iuſt.& iure,Curt.iun.conſi.56.nu.3.Tobias Non.conſi.54.num.15.

5

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ſicut nec teſtari, ita nec mortis cauſa donare poteſt,& nu.3.*
2 *Pupillus nec authore tutore facere valet aliquem actum vltimæ voluntatis.*
4 *Vbi tamen interuenerit iuramentum donatio ſuſtinetur.*

Effectus CCXLVII.

1 PVpillus † ſicut nec teſtari, ita nec mortis cauſa donare poteſt,l.1.in princ.ff.de tutel.& ratio. diſtrahend. Nam etiam
2 doli † capax, nullum actum vltimæ uoluntatis etiam authore tutore facere valet, ita poſt Barto. firmat Iaſon in l. reſcri-

pta, nume. vndecimo, C. de precibus Imperatori offerend.

3 Et † ſignanter quod donationem cauſa mortis, nec cum tutoris authoritate facere ualeat, notat Alber. poſt Dyn. in l. tam is, nu. 4. ff. de donat. cauſa mort.

4 Attamen, † vbi pupillus pubertati proximus medio iuramento mortis cauſa donauerit, ob iuriſiurandi religionem donatio ſuſtinebitur, iuxta communem, de qua Decius in l. pupillum, qui, nume. 3. de reg. iur. vbi etiam Cagnol. num. 11. Dilect. de arte teſtan. in ti. de his qui non habent fact. teſtam. Caut. 5. nu. 2. cum alijs de quibus Seraph. de priuil. iuram. priuil. 161.

SVMMARIVM.

1 *Ius petendi ſupplementum legitimæ quanto tempore præſcribatur.*
2 *Quanto tempore duret ius petendi ſupplementum dotis.*
3 *Vbi medio iuramento fuerit renunciatum, nequit contrauenire.*
4 *Fallit vbi enormis læſio reſultaret.*

Effectus CCXLVIII.

1 Controuertitur apud ſcribentes, † quanto tempore duret ius petendi legitimæ ſupplementum: communis tamē eſt ſententia, vt triginta annorum ſpatio præſcribatur, vt habes in addit. ad Barto. in conſi. 14. ſuper ver. concluditur, par. prima, vbi latè Iaſ. in l. ſi quis filium, num. 6. C. de inoffic. teſtam. Corneus in conſi. 264. col. penult. verſ. non obſtat quod, & in fi. lib. primo, Viu. opin. 458. vbi de communi, & pro hac ſententia fuiſſe iudicatum aſſerit Guid. Pap. in q. 82. nu. 2.

2 Et quanto † tempore duret ius petendi ſupplementum dotis, tangunt Doctor. vbi ſupra, & Seraphinus de priuileg. iuramen. priuileg. 163.

3 Vbi † tamen renunciatum fuiſſet bonis paternis medio iuramēto, tunc iuſiurandum foret obſeruandum, nec ad paterna bona regreſſus daretur, ad c. quamuis, de pact. in 6. Seraph. d. priuileg. 163. Boerius deciſ. 62. num. 13.

4 Cæterum, † ſi ex tali renunciatione enormis læſio contingeret, tunc oppoſitum eſt verius, vt non obſtante iureiurando, poſsit contrauenire; vt latiſsimè deductum eſt ſuprà in hacmet quarta parte, in primo Effectu, quæſt. 8. vbi permultæ ſimul, & grauiſsimæ cumulatæ ſunt authoritates, quas ibi vide, cum eadem repetere non intendam.

SVMMARIVM.

1 *Plura requiruntur, vt locus ſit comparationi litterarum.*
2 *Comparatio regulariter non facit plenam probationem.*
3 *Petens fieri cõparationẽ, prius iurare debet ſe aliter probare non poſſe.*

Effectus CCXLIX.

1 COmparationi † litterarum vt ſit locus, quamplura ſunt neceſſaria. Angel. in l. comparationes, C. de fide inſtrum. Corneus in conſil. 138. col. 1. libro primo, & omninò in conſil. 169. ibid. Afflict. deciſ. 181. per totam, vbi Vrſill. in addit. Rimin. iunior, conſ. 439. nu. 20. libro quarto.

2 Et † regulariter non facit plenam probationem, Corneus d. conſil. 138. col. 1. verſ. quia comparatio, & verſ. ſequ. latiſsimè materiam exornat Menochius de arbitr. quæſtio. lib. ſecundo. Centur. 2. Caſu 114.

3 Notandum † eſt autem, quod ad effectum, vt comparationi litterarum ſit locus, tenetur illam petens, in primis iurare, quod aliter probare nequit, per text. in §. his verò, §. ſi verò nihil in Authent. de inſtrum. caut. & fide. Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 172. Menoch. dicto Caſu 114. num. 34. & Riminald. iun. in dicto conſil. 439. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *Dos abſque iuſta cauſa conſtante matrimonio reſtituta, virum non liberat, & nu. 4. ſed vide limitat. nu. ſeq.*
2 *Iuſta cauſa requiritur, vt conſtante matrimonio reſtitui poſſit.*
3 *Fallit ſi vxor recipiens medio iuramento virum quietaſſet, & nu. 5.*
6 *Et cum mulier ex receptione facta eſt locupletior.*
7 *Fallit in ſocero, qui de conſenſu nurus filio emancipato, dotem reſtituit. Vel ſi filius eſt vir induſtrioſus ſeorſim habitans à Patre.*
8 *Nec procedit viro vergente ad inopiam.*
9 *Nec vbi vxor ob ſæuitium viri cum eo cohabitare non valet.*
10 *Item, in caſu quo vir commiſerit Adulterium.*
11 *Nec vbi reſtituitur ad effectum emendi rem precioſiorem.*
12 *Nec locum habet, vbi concurrat ratio pietatis, vtputa, pro redimendo aliquo coniuncto captiuo apud hoſtes, vel alio caſu ſimili.*
13 *Nec procedit ſi reſtitutio fiat ob ſoluenda debita vxoris.*

Effectus CCL.

1 DOs abſque † iuſta cauſa conſtante matrimonio vxoris reſtituta, virum non liberat. Ripa, in l.2.nume.25.ff.ſolu. matrim. vbi de communi, & Angel.ſimiliter teſtans de communi, in l.vnica,nu.2.C. ſi dos conſtante matrim.
2 ſolu. ſit. Requiritur † enim iuſta, & honeſta cauſa, ad effectum, vt durante matrimonio reſtitui poſsit. Ancharan. in conſ.238. nu.1. & ſeq. Pariſ. in conſ.119. nume.9. lib.1. Campegius de dote, parte 3.quæſtio.7. Alexand.in l.quamuis,num.5.verſic.item intellige,ff. ſolu.matrimon.

3 Fallit † cum mulier dotem recipiens, virum medio iuramento quietaſſet: quoniam ob iuriſiurandi vinculum, ad obſeruantiam cogi poſſet. Angel.in d.l.vnica,num.2.verſ.ſaluo niſi mulier; Natta,in conſ.495.num.19.lib.3. Seraphin.de priuileg.iuram.in priuileg.164. Ancharan.in d.conſ.238.in fine. Crot.in l. frater à fratre, num.5.in 19.quæſt.verſic.limita tamen hoc, de condict.indeb.

Et cum huiuſmodi reſtitutionis dotis materia frequens ſit in foro, & vtilis in praxi, eam ita ſicciter dimittere non eſt viſum, ſed aliquantulum latius elucidare.

4 Regula ſit igitur, vt † dos conſtante matrimonio ſine iuſta cauſa reſtituta, marito non pariat liberationem, vt ſuprà deductum eſt in principio.

5 Limitabis primò, vt † non procedat, appoſito iuramento, vt habes ſuprà, num.3.

6 Secunda eſt limitatio, † cum mulier ex huiuſmodi receptione facta eſt locupletior, Angel.in d.l.vnica,num.2.Ripa,in d.l.2.num. 26.vbi Iaſ.num.11. verſic.limitatur niſi,ff.ſolu.matrim. Pariſ.conſ. 119.num.11.lib.1.

7 Tertiò † limitatur, vt non procedat in ſocero, qui de conſenſu Nurus filio dotem reſtituit; quod verum eſt, ſi filius eſt emancipatus, ad Barto.in l.ſanè, la ſeconda, ff.de iure dot. Afflict. deciſ.349. num.2. Cepol. Cautela 115. verſ.tertia Cautela. Boer.in deciſ.195. num.4.& 8. Crot.in repet.frater à fratre, num.6. quæſt.19. verſ.vltimus caſus eſt, de condict.indebiti. Vel ſi filius eſt mercator, & diligens, ſeorſum habitans à Patre, qui omne lucrum filio dimittit. Anchar.d.conſ.238.num.2. Vrſil.qui alios citat, in addit. ad Afflic. in deciſ.349.num.2.

8 Quartò, † non procedit viro vergente ad inopiam, quoniam tunc locus eſt reſtitutioni dotis, ad l.ſi conſtante, vbi omnes notat, ff.ſoluto matrimon. Ripa, in d.l.ſecunda, nume.28. & ibid. Viuius opin.533.num.3.

Quinta

9 Quinta † eſt limitatio, cum ob uiri ſæuitiam vxor cum viro cohabitare nequit. Ripa, poſt alios, in d.l.ſecunda, nume.29.vbi de communi,licet Viu.in dicta opin.533.nume.2. atteſtetur de communi in contrarium; æquior autem eſt præcedens ſententia,& iudicio meo præferenda.

10 Sexta eſt,† ſi vir commiſerit adulterium, Ripa,in d.l.2.nu.31. Viu.d.opin.533.num.5.

11 Septimò limitabis † ſi vir dotem vxori reſtituat ad effectum, ut mulier emat rem precioſiorem,& vtiliorem. Bald.Nouel.de dote, in 7.parte,quæſt.29.in princ.

12 Octauò fallit cauſa † pietatis concurrente; vt puta, ſi reſtituatur pro redimendo Patre, aut fratre captiuo apud hoſtes, vel ex cauſa habente ſimilem pietatem,ad Bald.Nouel.de dote, vbi ſupra proximè, in verſ.tertius caſus. Vide Campeg.de dote, par.3.quæſt.12. Cuman.in l.quamuis,num.1.& 2.ff.ſoluto matrim.Ruin.conſi.41. num.quarto,lib.5.

13 Nonò limitatur, † ſi reſtitutio fiat ob ſoluenda debita vxoris. Alex.in d.l.quamuis,nu.4.ff.ſol.matrim.

SVMMARIVM.

1 *Obliuio ex lapſu annorum decem præſumitur.*
2 *Iuramentum impedit obliuionis allegationem.*

Effectus CCLI.

1 OBliuio † præſumitur ex lapſu decem annorum,Marſil. in conſi.20.num.23.Soc.conſ.153.num.8.lib.2. Decius in c.1.num.58.de probation.Rimin.in conſ.278.num.49. lib.3.Burſat.conſ.174.nu.22.lib.2. cum alijs de quibus Tiraq.de præſcr.glo.quarta,§.1.verſ.ſed multo plures.Marcabrun. conſi.50.num.141.

2 Vbi tamen † ſit interpoſitum iuramentũ,non licet allegare obliuionem,iuxta Seraph.poſt alios,in priuil.44.nu.6.de priuil. iuram. Gabr.de reg.iur.concl.5.num.7. cum alijs, de quibus Maſcard. de probat.concluſ.1122.num.22. in qua concluſione cum latiſsimè diſcutiat,an, & in quibus caſibus obliuio præſumatur,ponitque Regulam,& Fallentias, ad ibi notata te remitto, cum docte ſimul, & plenè materiam dilucidet.

SVMMARIVM.

1 *Notarius cenſetur rogatus apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas.*

Et

2 *Et ſi eas omiſerit, habentur pro appoſitis.*
3 *Iuramentum tamen ſcribi omiſſum, apponere nequit.*

Effectus CCLII.

1 NOtarius † cenſetur rogatus apponere in inſtrumento Clauſula conſuetas. Cagnol. in l. ſi librarius, num. 10. & ſequen. de Reg. iur. latiſsimè Tiraquel. de iure Conſtituti poſſeſſ. Limitat. 31. Gabriel. de conſuetudin. Concluſ. 3. cum alijs triuialibus.

2 Et ſi † apponere omiſerit, habentur pro appoſitis, illaſque iuxta ſtylum conſuetum extendere valet. Alex. in conſil. 163. num. 9. lib. 7. Iaſ. in l. Gallus, §. idem credendum, num. 22. ff. de lib. & poſthu. Felin. in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 6. de Conſtitution. Ferrett. conſ. 254. num. quarto, & quinto, cum centum ſimilibus.

3 Quæſtionis eſt, ſi † Notarius iuramentum in originali non adnotauerit, ſcribereuè omiſerit, cum ſolitum ſit ſemper apponi in omnibus, quæ paſsim celebrantur inſtrumentis, an apponere poſsit? Et videbatur, quod ſtante notoria illud apponendi conſuetudine, quod extendere poſset, ac ſi à principio illud appoſuiſſet. Oppoſitum eſt verius, quoniam iuramentum requirit formalitatem verborum, vt deductum eſt ſuprà in prima parte, quæſtio. quarta, num. 7. & 8. Decius in l. ſemper in ſtipulationibus, nu. 16. de reg. iur. Grat. conſil. 9. num. 123. lib. 1. in fine. Pariſ. qui alios inducit in conſil. 45. num. 40. lib. 1. Marſil. Sing. 123. in fine. Gabr. de Conſuetudin. Concluſ. 3. num. 24. Cagnol. l. ſi quis maior, num. 73. C. de tranſact. Purpurat. l. certi condictio, §. ſi nummos, num. 33. ff. ſi cert. petat. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 22. num. 90.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de quota litis eſt illicitum.*
2 *Firmatur tamen medio iuramento.*
3 *Quid ſi promiſſio non reſpiciat rem, vel pecuniam controuerſam, ſed aliquid promittatur de proprio extra litem.*
4 *Ratio cur prohibeatur pactum de quota litis.*
5 *Licet Procuratori paciſci ſuper ſua mercede, dummodo modus non excedatur.*
6 *Taxatio legis in mercede procuratoris eſt in aureis centum, ſed non habet locum in cauſis Prælatorum, nec in criminalibus.*
7 *Certa taxatio dari nequit, quoniam merces eſt commenſuranda labori.*
8 *Valeret promiſſio facta, ſiue cauſa perdatur, ſiue vincatur.*
9 *An valeat pactum de lite proſequenda impenſis Procuratoris.*

Reſpon-

10 Reſponſio ad Regulam, quod vnuſquiſque bonus præſumatur.
11 Hæc prohibitio reſtringitur ad Procuratores, Aduocatos, & Solicitatores, nec ligat alios. Quod Authori non applaudit.

Effectus CCLIII.

1 PActum † de quota litis eſt improbatum, & taliter paciſcens, venit puniendus, l. ſumptus, ff. de pact. l. ſi quis, C. de poſtulan. l. litem, C. de procurat. Ioan. Marc. deciſ. 19. cum alijs, de quibus infrà.

2 Et † nihilominus ſi huiuſmodi pactum ſit iuramento vallatum, ſuſtinetur, ex deductis per Guido. Pap. deciſ. 190. & Seraphin. de priuileg. iuram. in priuileg. 170.

Ad huius materiæ dilucidationem, quæro, quoniam huiuſmodi prohibitio reſtricta videtur, vbi pactum reſpicit quotam litis,
3 quia † ſi fiat conuentio, in euentũ victoriæ de dando procuratori, vel Aduocato ſcuta 300. & lis ſit ſuper re valoris, vt puta, 600. Vel ſi lis ſit ſuper ſumma pecuniaria, & pactũ non cantet de participando in pecunia, vel re controuerſa, exempli cauſa, in dimidia, vel tertia parte rei controuerſæ, vt nonnullos improbos hic in Vrbe feciſſe ſcio, ſed Actor promittit loco laborum dare de ſuo ſcuta trecenta; Cum in facti contingentia deſuper conſultus fuiſſem, reſpondi, vbi ſumma promiſſa immoderata ſit, pactum eſſe illicitum, & reprobatum.

4 Hoc ſiquidem † pactum de quota litis ea ratione impugnatur, quoniam Procurator, aut Aduocatus ita paciſcens, per fas, & nefas victoriam obtinere procurabit, vt promiſſam ſummam conſequi valeat, & ne proprios labores iactaſſe quæratur, ſitque idcirco alienæ litis redemptor, idque ob proprium intereſſe: hacq; de cauſa leges huiuſmodi pacta prohibuerunt, ad Bart. in d. l. ſumptus, nu. 2. vbi Paul. in verſic. in gloſ. & ibi. Aret. in d. l. ſi qui, num. 1. & ibi Salicet. num. 2. C. de poſtul. Alex. in d. l. litem, num. 2. C. de procurator. Et intrat præſumptio, vt cum calumnia ſit cauſam proſequuturus. Roland. in conſil. 36. num. 21. lib. 3. & ponderat Ptol. in Repetit. l. ſi quando, num. 536. C. vnde vi. Summa Angelica, ſuper vert. Aduocatus, num. 15. verſic. Aduerte hic, quæ ratio ęquè militat, ſeu fiat pactum ſuper portione rei, vel pecuniæ controuerſæ, ſeu ſuper alia re, vel pecunia Actoris, vt adnotarunt Bart. in d. l. ſumptus, num. 2. verſic. ſiue igitur, & ibid. Paul. in verſic. in gloſ. ibi, Pactum, & Iaſ. in fine, aſſerens gloſ. Bart. & Doctores, ita communiter tenere. Et Aretin. in d. l. ſi qui, num. 1. vbi Salicet. num. 2. verſic. ſed Azo contra, & Alex. in d. l. litem, num. 2. verſic. ex qua ratione, & verſic.

ſed iſta opinio. Vbi de communi prout communem eſſe ſententiã teſtatur etiam Bart.in d.l.ſi qui, licet Guido Pap.in deciſ.102.num. 2.contrarium firmet. Hancque contrariam ſententiam communẽ aſſerit Roland.in conſ.36.nu.21.lib.3.veritas autem, vt deducetur, pendet à quantitate promiſſa.

5 Licet † enim permittatur Procuratori de ſua mercede paciſci, vt notatur in locis ſuprà citatis, id vtique procedit, dummodo modus non excedatur; quia tunc fraus præſumitur, ad Bald.in d.l. ſum

6 ptus, prope fin. Hinc eſt, quod † licet quantitas taxata fuerit in ſingulis cauſis ad ſummam aureorum centum; l.1. verſic. licita autem quantitas, ff. de vari. & extraordi. cognition. id limitant Doctores, vt non procedat in cauſis Criminalibus, aut Prælatorum, in quibus maior ſumma permittitur, ad Aretin. in d.l.ſi qui, in fine. Curt.iun. in conſ.6.num.21.verſic. Et ideo dixit. Decius in l.creditori, nu.3. & ſeq. C. de pact. ad congeſta per Tiraq. de nobilit.c.29. num.36. & ſeq. Pariſ.in conſ.105.nu.19.libro quarto.

7 Nec † dari valet certa, & præciſa taxatio quantitatis, ſiquidem merces eſt commenſuranda laboribus in cauſa patiendis, vt poſt relatum Alex.de Ales, firmat Tiraq. vbi ſupra, num.28. Hinc Bald.in d.l.ſumptus, id iudicis arbitrio delegauit. Concordatque Socin.in conſ.196.num.1.verſic.& in medio, lib.2. & in fine Conſilij, verſic. mercedem ſuam. Quibus conſonat Menoch.de arbitr.quæſt.lib.2. Centur.3.Caſu 213.notans ex cauſa magni, vel minoris laboris augendam, vel minuendam fore mercedem.

8 Valeret † autem pactum, & ſiniſtra ſuſpitio ceſſaret, vbi pactum eſſet dari certam quantitatem ſiue cauſa vincatur, ſiue amittatur. Tunc enim dici nequit, vt per fas, & nefas cauſam vincere velit, & ceſſat ratio proprij intereſſe, cum in omnem euentum ſit certus de ſua mercede, vt notatur in Summa Angelica, ſuper verbo, Aduocatus, nu.15.verſ. Aduerte hic, & ſequitur Plot. in d.l.ſi quando, nu. 536.in fine, C. vnde vi.

9 An † autem paciſci liceat de proſequenda clientis cauſa proprijs Aduocati, vel Procuratoris impenſis? & pro affirmatiua concludit Guid. Papa, in deciſ.102. num.2. quod mihi non ſatisfacit, & conſulo, vt ſemper à tali pacto, velut à peſte caueatur: quoniam meo iudicio, nil eſt aliud, quam alterius litem redimere, & occaſione proprij intereſſe, per fas & nefas velle obtinere victoriam.

10 Nec me præterit, † quod vnuſquiſque bonus præſumatur, & quod delictum non ſit præſumendum, quoniam penes me non caret ſuſpitione, qui non facit id, quod fieri eſt conſuetum, & nil magis notum, vt lites non proprijs procuratoris, ſed principalis impenſis ſint proſequendæ, & ſi pauper ſit clientulus, gratuitum debet eſſe patrocinium, ad congeſta per Tiraq. de nobilitate, c.29.nu.39.

Ante-

11 Antedicta † autem prohibitio reſtringitur ad Aduocatos, Procuratores, & Solicitatores cauſarum, nec afficit alios, qui id facerent, ſibique cedi iura procurarent, paciſcendo de quota litis, facti Procuratores in rem ſuam, vt poſt Cyn. Specul. & Paul. ab eo relatos, affirmat Pariſ. in conſi. 19. num. 53. lib. 3. ſequitur Plot. in d. l. ſi quando, num. 37. vbi admonet, & ſatis prudenter, vt quilibet abſtineat ab huiuſmodi pactis, ſi propriæ animæ periculum incurrere nolit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt tortura ſpiritualis.*
2 *Argumentum valet de tortura ad iuramentum.*

Effectus CCLIIII.

MAgna eſt uis ac potentia iuramenti, vt liquet ex tot Effectibus ſupra relatis: nec leuis eſt is qui ſubſequitur,
1 comparatur † enim torturæ: quoniam iuramentum eſt tortura ſpiritualis quæ iurantem cogit ad obſeruanda promiſſa. Socin. in conſi. 253. nume. 1. verſ. ſecundo etiam, lib. 2. Aymo, conſi. 6. num. 84. Rimin. ſuper Inſtit. de donation. in princ.
2 num. 485. & ideo vt notant præcitati Doctores, valet † argumentum de iuramento ad torturam; eſt ſiquidem iuramentum maximum ligamen, quod etiam animam ligat, vt relatum eſt ſup. in 1. par. quæſt. 1. num. 3. & quam violenter adſtringat, videas relata ibi. nu. 5. 6. & ſeq. & in ſubſequenti, q. 2. nu. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Generalis iurium renunciatio an porrigatur ad renunciationem beneficij cedendarum actionum, & nu. 3.*
2 *Porrigetur ſi fuerit iuramento vallata.*

Effectus CCLV.

COnſiderabilis eſt etiam hic Effectus, quod licet iuxta mul-
1 torum ſententiam † ob generalem iurium renunciationem à fideiuſſoribus factam, haud cenſeatur renunciatũ cedendarum actionum beneficio, ad Roman. in conſil. 472. & Hyppol. in Rubr. ff. de fideiuſſorib. num. 29. nihilominus
2 ſi renunciatio † firmata fuerit medio iuramento, excludit renun-

cian-

ciantem à beneficio cędendarum actionum, vt adnotauit Ripa, in lib. 1. Reſponſor. c. 6. nu. 8. vbi de communi, & in l. hæredes, nu. 69. & 70. vbi ſimiliter de communi, ff. de vulg. & pupil. cum latius cumulatis in meo conſil. 12. lib. 1. quamprimum (Deo dante) imprimendo, vbi videre poteris.

3 Quamuis † minus tuta ſit opinio, vt generalis renunciatio ad hoc cedendarum actionum beneficium non porrigatur, vide omnino in dicto meo conſi. 12. vbi late ad materiam.

FINIS QVARTAE PARTIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus PARS QVINTA,

In qua agitur de periurij pœnis, & reatu.

SVMMARIVM.

1 *Periurus Deum habet vltorem. Declaratur num. 7. & 8.*

2 *Prædicandum eſt, vt fideles à periurio caueant, vnde mala plurima oriuntur.*

3 *Romani periuros præcipitabant è Rupe Tarpeia.*

4 *Eſt ſcelus maius homicidio.*

5 *Eſt etiam maius adulterio.*

6 *Punitur etiam ſpiritualiter.*

9 *Periurus non eſt, qui falſum iurat credens iurare verum.*

BREVIS ergo, ſed horribilis erit hæc quinta pars Tractatus, ſi humana creatura mature cogitans ponderabit, quam graue, & horrendum ſit Incidere in manus Dei viuentis, quem peierando offendit, propterea dictum eſt in l. 2. C. de reb. cre-
1 dit. quod †iuriſiurandi cõtempta religio, Deum habet vltorem, & quam ſeuerus ſit vltor, dictum eſt ſupra, par. 1. q. 2. verſ. habes igitur; & huic conſiderationi alludunt deducta ſu-

pra in prima par.quæſt.2. quæ breuitatis cauſa non repetuntur, ibi videre poteris. Vltimam dumtaxat ibi relatam authoritatem referam, quæ ſumitur ex cap.fin. 22.quæſt.1. vbi dicitur ad litteram
2 prædicandum † eſt etiam, vt periurium fideles caueant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in lege, & in prophetis, & in Euangelio prohibitum.

Et quod negligendum non eſt, etiam apud gentiles ſeueriſsimè,
3 vti maximum ſcelus vindicabatur, † & Romani periuros præcipites ex Rupe Tarpeia deijciebant, vt refert Ancharan. q.14.nu.18. par.2.& ſuperius dictum fuit.

4 Eſtque adeo † ſcelus enorme, vt maius homicidio dicatur, ad c.ille qui, 22.quæſt.5. Aymo, in conſi.6.num.18. Luc.de Pen.in l.ſi vacantia, colum.3. verſ.contra hoc videtur, C. de bon. vacan. lib. 10. Decian.in conſi.48.num.30.lib.3.

5 Dicitur † etiam peccatum maius adulterio. Decian. in d.cōſ.48. nu.30.lib.3.Butr.in c.fin.nu.9.de temp.ordin.

6 Et punitur † acerbè non tantum in hoc ſæculo, vt inf. in proximè referendis eius Effectibus uidebis, ſed quod magis vrget, punitur etiam ſpiritualiter, ex quo iuramentum vinculum eſt animæ, vt inquit Berous conſi.8.num.38.lib.3.& probat textus ſacræ paginę, ab eo non citatus, in c.30.Num.in princ. vbi ad literam ita dicitur: Vir cum uouerit votum Domino, vel iurauerit iuramento, ligando ligamen ſuper animam ſuam, non polluat verbum ſuum. Aduer-
7 taſque candide Lector, quod id, quod † dicitur periurum habere vltorem ſolum Deum, procedit in eo, qui aliquid iurauit, non concernens intereſſe partis, vt puta carnes non comedere, diebus Sab-
8 bati ieiunare, & in ſimilibus; ſi enim peieret, ſolū † Deum habet vltorem, ſecus eſt autem in alijs iuramentis tangentibus tertij præiudiciū, Ang.vidend.in l.2.C.de reb.credit. & bene declarat Cyn. in l.ſi quis maior, num.2.C.de tranſaction.& optimè Cagnol.ibid. num.27.verſ.ad dictam legem.Guid.Pap.conſi.89.num.2.& 3.verſic.ſi vero deieret, & deciſ.178.nu.quarto.

Rurſus illud dictum procedit in iuramento deciſiuo in parte delato. ad Bal.in d.l.2.nu.quarto, verſ.conclude ergo.

Cæterum, vt ordinatius procedatur, periurij Effectus diſtinctim referemus, & vbi ſupra, in quarta parte actum eſt de effectibus iuriſiurandi, in hac quinta Effectus periurij cumulabuntur.

9 Præmiſſo tamen, † quod periurus non eſt, qui credens dicere verum, falſum aſſerit medio iuramento. Decian.in conſi.125. nu.7. lib.3.& conſi.14.nu.46.ibid.Seraph.de priuil.iuram.priu.32.nu.16 vide Tiraq.de retract.lignag.§.2.gl.2.nu.12. Prout nec periurus dicitur, qui factum alienum promiſit, & fecit, quod potuit, vt impleretur, vt tactum eſt ſupra, par.quarta Effectu 36.

Nec periurus eſt is, qui iuſta de cauſa non obſeruat, vt dictum eſt ſupra in quarta par. primo Effectu, quæſt. 6. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Periurus eſt infamis.*

2 *Et vti infamis mitra eſt coronandus.*

3 *Quod pariter procedit in eo, qui promiſſa in contractu iurato inter partes inito non obſeruat.*

Effectus Primus.

MAximus, & abominandus eſt primus Effectus, qui ſcaturit ex periurio † facit enim iurantem infamem. textus eſt clarus, vbi omnes notant, in l. ſi quis maior, C. de tranſaction. Socin. in conſi. 7. num. 10. lib. 1. & intellige de facti, & iuris infamia. Iaſ. in l. ſi duo, §. fin. nu. 2. verſ. ſecundo per iurus, ff. de iureiur. licet Imol. in cap. teſtamentum, nume. 12. non ſimpliciter id admittat, de teſtibus, quē ibi vide. Aymo, conſi. 192. num. 16. Et † tanquam infamis mitra eſt coronandus, ducendusq; per ciuitatem equitans ſuper aſino habēs eius caudam in manu, ita Decian. in d. conſi. 48. num. 20. lib. 1. Quod intellige, in teſte periuro, vt ipſe loquitur.

Et velut infamis à nullo eſt audiendus. Pariſ. conſil. 43. nume. 24. lib. primo.

3 Quod † declarat Iaſ. poſt alios, in d. l. ſi quis maior, num. 21. procedere tātum in eo, qui iurauit in contractu, & aliquid promiſit in futurum, & non obſeruat, quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Poteſt condemnari ad exilium periurus.*

Effectus Secundus.

1 PVniri † etiam poteſt is qui peierauit exilij pœna, text. eſt clarus, in l. fin. ff. de crim. ſtellion. notat Butr. in cap. ſicut, numero ſexto, de teſtibus.

SVMMARIVM.

1 *Fuſtigari etiam poteſt periurus.*

Effectus Tertius.

1 NEc leuioris † eſt ponderis alia pœna periuri, qui fuſtigari poteſt, l.ſi duo. §.fin.de iureiur. Guido Pap. conſil.89.nume.2. verſic. aut quis eſt periurus.

SVMMARIVM.

1 *Capitali pœna damnari poteſt periurus.*

Effectus Quartus.

QVid mirum ſi deportari, & fuſtigari poſsit periurus, infa-
1 mis, vt proximè deductum eſt, † ſi etiam ſeueriori, & capitali pœna plecti poteſt: vt habes clariſsimos textus, in Authent. vt non luxur. contra nat. in verſ. Præcipimus, & in cap. Rex, 23. quæſtio. 5. vbi periuros viuere Rex ſinere non debet.

SVMMARIVM.

1 *Periurus teſtis puniri debet eadem pœna, qua vero exiſtente delicto Reus puniretur.*

Effectus Quintus.

1 PEriurus † ex falſo teſtimonio tenetur pœna l. Corneliæ de Sicar. vt habes in l.prima, in princ. verſ. præterea tenetur, ff. ad l.Cornel. de Sicar. Proinde ſi ex falſa periuri teſtis aſſertione Reus fuit capitaliter condemnatus, vtpote decapitatus, aut fortaſſe ſuſpenſus, eodem ſupplicij genere plectendus eſt ipſe. Marſil. conſ.22. in principio. Guido Pap. conſ.89. num.2. & deciſ.178. num. quarto.

Vel ſi non eſſet iam condemnatus ea pœna, qua damnatus eſſet data veritate delicti, Iaſ. qui alios citat, in l. & ſi legibus, num. 6. C. ſi contra ius vel vtilit. public. Alludit Angel. in l. ſi quis maior, nu. 3. verſic. item periurans, C. de tranſaction.

SVMMARIVM.

1 *Arbitraria pecuniaria pœna puniri poteſt periurus.*

Effectus Sextus.

1 PRæmiſsis ſtantibus maioribus pœnis, mirum † non eſt ſi pecuniaria pœna proiudicis arbitrio periurus puniri poteſt, vt adnotauit gloſ. in l. quoties, ſuper ver. exercere, C. de dignitat. lib. 12. Aymo, conſ. 192. nu. 16.

Et puniri poteſt extraordinariè crimine Stellionatus, ad Aymon. conſil. 192. num. 16.

SVMMARIVM.

1 *Deponi poteſt Clericus, & beneficio priuari.*
2 *Suſpendi etiam poteſt ab offitio, & beneficio.*
3 *Fit inhabilis ad alia beneficia obtinenda.*

Effectus Septimus.

1 CLericus periurus non tantum deponi, ſed beneficijs priuari poteſt, per text. in cap. ex parte, vbi Abb. num. 3. Butri. num. quarto, Felin. num. 2. Imola num. 1. Decius nume. 2. de Reſcript. vide ſuprà, parte quarta Effectu 74. Ripam, in d. cap. ex parte, num. 13. Abb. in c. tua nos, num. 2. de iureiur. Pariſ. conſ. 137. num. 23. libro quarto, Butri. in c. dilectus, nume. 15. de tempor. ordin. Bal. l. 2. num. quarto, C. de reb. credit. Socin. conſ. 7. num. 10. lib. 1. Imola in c. querelam, num. 1. de iureiur. Iaſ. in l. ſi duo, §. fina. verſ. ſexto Clericus, de iureiur.

2 Suſpendi † etiam valet ab officio, & beneficio, cap. peruenit, vbi Ancharan. num. 8. de fide inſtrument. Et remouetur ab Eccleſia, c. querelam, vbi Imola, in princ. & Ancharan. nu. 2. de iureiur. vbi etiam Bald. num. 2.

3 Immò fit † etiam inhabilis ad alia beneficia obtinenda. Decius in d. c. ex parte, num. 2. de Reſcript. Felin. in c. tua nos, num. 8. de iureiur. Iaſ. in l. ſi duo, §. fina. nu. 8. verſ. ſeptima pœna.

SVMMARIVM.

1 *Periurus dignitate, officio, & omni honore priuatur.*
2 *Si eſt Doctor, gradu eſt priuandus.*
3 *Si miles, militia priuandus.*
4 *An ipſo iure priuetur, vel ſit priuandus?*
5 *Generaliter periurus redditur inhabilis ad omnes dignitates.*
6 *Collatio facta periuro, non valet.*

Effectus Octauus.

1 DIgnitate † priuatur periurus, l.quoties, verſic. in criminalibus, C. de dignitat.libro 12. Bald.in cap.quædam,nu. 3.de iureiur.& omnem honorem amittit. Decian.conſ. 48.num.30.lib.3.

2 Proinde, ſi † eſt Doctor, gradu priuari debet, Decian. ibidem num.31.

3 Miles, † priuatur militia. Felin. in d.c.ex parte,il primo, num.3. verſ.ergo idem, de Reſcript.

4 Et an † priuetur ipſo iure, vel veniat priuandus,latè diſcuſsit Felin.in d.c.ex parte,in principio.

5 Generaliter † periurus redditur inhabilis ad obtinendas dignitates,Iaſ.in l.ſi duo,§.fina.num. 2.verſ.tertio ex hoc,de iureiur.faciūt notata ſupra in Effectu 6.verſ.immò fit etiam.

6 Hinc † eſt, quod collatio facta periuro, non valet,Felin.in cap. ex parte, il primo, num.quarto, de reſcript.

SVMMARIVM.

1 *Periurus nullam fidem meretur.*
2 *Non admittitur in teſtem.*
3 *Non creditur etiam ſi ſit emendatus.*
4 *Semel peieranti nunquam præſtanda fides.*

Effectus Nonus.

1 PEriurus † nullam meretur fidem, Bald.in c.cum dilectus,de conſuetudine.

2 Proinde † nō eſt admittendus in teſtem,Iaſ.in d.l.ſi duo, §.fina.num. 2. verſ.ſecunda eſt,quia periurus,de iureiur. Pedem.deciſ.72.num.7. Aymo,conſ.6.num. 14.& 48.Ruin.conſ.147. num.quarto,& conſ.146.num.2.lib.5.Ang. in l.ſi quis maior, nume.quarto, C.de tranſact. Caroci.de iuram. deciſ.quæſt. prima,9. quæſtio.principalis, nu.21.& ſeq.

3 Et quod mirabile eſt, periuro † etiam emendato nunquam credendum,Ruin.conſil.146.num.quarto,lib.5. Abb. in c. Teſtimonium,verſ.venio ad tertium, vbi Felin. num.14.verſ. tertia concluſio,de teſtib.& ibi Imola,num.11.& 17.& Ancharan.num.11.Caroci.de iuram.deciſ.in 1.par.9.queſt. principa.nu.23.

4 Semel † enim periuro, nunquam præſtanda fides. Decian.conſilio

ſio 75.nu.7.lib.3.Porti.conſi.204.num.10. Quoniam violato ſemel iuramento,ſemper remanet ſuſpitio periurij, ex deductis per Petr. Anton.Anguiſs.conſ.3.nu.4.& ſeq.libro primo.

SVMMARIVM.

1 *Periurus amittit facultatem probandi per iuramentum de iure, vel ſtatuto competentem.*
2 *Amittit etiam beneficium iuratoriæ cautionis.*
3 *Non ſolum periurus, ſed ſuſpectus de periurio eam amittit.*

Effectus Decimus.

1 VBi † de iure vel ex forma Statuti admittitur probatio per iuramentum, vt habes ſupra, par.2.c.1.artic.6.dum act. eſt de iuramento in litem. Periurus huiuſmodi facultatem amittit, Iaſ.in l.ſi duo,§.fina.num.2.verſ.quinto, & hoc nota, de iureiur.& in l. non exigimus, §.quod diximus, num.3. ff.ſi quis caution.Aretin.in c.ex parte, num.3. de teſtib. Abb.in c. cum in Eccleſijs,num.quarto,de maio.& obedient.

2 Amittit etiam periurus beneficium iuratoriæ cautionis. Iaſ.in l. 1.nu.23.verſ.tertio limitatio,ff.qui ſatiſd.cogant.

3 Quod † extendi poteſt,nedum ad periurum,ſed etiam ad illum, qui eſt ſuſpectus de periurio. Iaſ. in d.l.1.nume.23. verſic.quinto limita.

SVMMARIVM.

1 *Medio iuramento promiſſa non ſeruans cadit ab omni commodo contractus.*
2 *Imò agens ex contractu, non auditur, niſi doceat in primis ſe adimpleuiſſe promiſſa ex parte ſua.*
3 *Exceptione non implementi ab agendo repellitur actor.*
4 *Intantum, vt ſi quid minimum deficiat, non audiatur, & nu.5.*
6 *Cadit periurus à commodo contractus ſi pars velit.*
7 *Eſt in electione partis, vel agere ad damna, & intereſſe, & ad obſeruantiam contractus, vel nolle in contractu perſeuerare.*
8 *Nec requiritur aliqua iudicis declaratio.*
9 *Actio non competit, etiam ſi iuſto impedimento implere nequiuerit.*
10 *Et procedunt præmiſſa, etiam ſi maiori ex parte contractus mandatus fuerit exequutioni.*

Effectus Vndecimus.

1 SI quis † medio iuramento promiſſa non obſeruet, ex ſui periurio cadit ab actione, ac omni commodo contractus, ex vulgata l. ſi quis maior, C. de tranſactio. quæ lex paſsim ex recepta ſententia, in omnibus contractibus habet locum. Decius conſil. 452. num. 7. Bart. in d. l. ſi quis maior, num. 13. vbi Iaſ. num. 11. Bald. num. 14. Salicet. num. 1. Alex. de communi, num. 1. Curt. iun. etiam de communi, num. 30. Iacobin. num. 8. Cagnol. etiam de communi, num. 43. Iaſ. in l. ſi duo, §. ſi quis iurauerit, nu. 21. ff. de iureiur. Plot. conſ. 40. num. 1. cum congeſtis per Gabriel. in concluſ. 1. num. 5. de tranſaction.

2 Immò agens † ex contractu vltrò citroque obligatorio liquidiſſimè docere debet, quod ex ſui parte promiſſa impleuerit, aliàs agere nequit. Alex. in conſ. 66. nu. 24. lib. 6. & in l. interdum, §. quod ex naufragio, num. 6. ff. de acquir. poſſeſs. Aretin. conſ. 70. nume. 2. verſ. dicemus, Iaſ. conſ. 111. col. quarta, libro quarto, & conſil. 216. num. 1. lib. 2. Socin. conſ. 26. num. 3. verſ. ex qua concluſione, lib. 3. Curt. iun. d. conſ. 124. vbi de communi. Roland. conſ. 53. num. 27. lib. primo, Pariſ. conſil. 127. nume. 8. lib. quarto. Menoch. conſil. 1. num. 369. lib. 1.

3 Repellitur † enim Actor exceptione non implementi, per text. in l. Iulianus, §. offerri, vbi Bart. & Paul. notant, de action. empt. Socin. in conſ. 26. num. 3. verſ. ex qua Concluſione, lib. 3. Curt. iunior, conſil. 124. num. 20. Roland. conſ. 53. num. 27. lib. 1. Alex. conſ. 49. num. quarto, lib. 2. Pariſ. conſ. 127. nu. 8. libro quarto.

4 Intantum, † quod ſi minimum quid ex promiſsis non ſeruaretur, adhuc caderet ex periurio ab omni contractus commodo. Roland. d. conſil. 53. num. 29. Cagnol. in d. l. ſi quis maior, num. 194. & ſeq. Iaſ. d. conſ. 111. col. 3. verſ. & in illo, & d. conſil. 276. num. 1. verſ. idem dicit. Alciat. in l. cum proponas, la ſeconda, col. 3. verſ. traditũ quoque eſt, vbi Decius not. ff. de pact.

5 Hinc † notabiliter Tiraquel. in tracta. de iudic. in reb. exigui. ferend. in verſ. trigeſimoſeptimo: dixit æterna memoria dignum eſt, quod propter minimam contractus partem haud impletam ex parte Actoris, licet ille ſubſtantialia ipſius contractus non reſpiciat, agenti tamen ad principale obſtabit exceptio non implementi.

6 Cadit † autem periurus non implens à commodo contractus, ſi pars velit, & declaret, acceptando huiuſmodi caducitatem, vt proximè deducetur.

7 Eſt † enim in eius electione, vel agere ad obſeruantiam contractus, vel ad pœnam, & intereſſe, vel nolle amplius in contractu per

ſeue-

ſeuerare,& ab eo recedere.Socin.in d.conſ.26.num.3.verſ. vnde ſi non obſeruauerunt.lib.3. Roland.d.conſ.53.nu.25.28.& ſequent. lib.1.Alex.d.l.cum proponas,la ſeconda,verſic.quod vltimum,vbi Iaſ.num.5.Decius num.9.C.de pact. Cagnol.d.l.ſi quis maior. nume.196.& ſeq.de communi. Decius conſ.380.nu.2. Ripa reſponſ. lib.3.c.8.num.2.& 3. Alex.conſ.85.per totum,lib.1.Aymo, conſil. 246.num.3.Puteus deciſ.344.incip.fuerat concordatum, libro primo,in manuſcript.

8 Nec eſt † aliàs neceſſaria aliqua iudicis ſententia declaratoria ſuper caducitate,ſtatim enim quod promiſſor conuenta non implet, ex eius periurio cadit ab omni iure,ſi pars acceptet,Cagnol.in d.l. ſi quis maior, nume.145. vbi alios citat. Decius conſil.482. nume. 109. & 17.

9 Immò † etiam ſi promiſſor aliqua neceſsitate, iuſtouè impedimento fuerit impeditus,nec implere potuerit, adhuc agere nequit ex eo contractu,quem pro ſui parte non obſeruauit,vt poſt Abbat. & Butr.ab eo relatos,bene declarat Decius vidēdus,in d.l.cum proponas,la ſeconda,num.quarto,C.de pact.ſequuntur Menoch.conſil.1.nu.367.lib.1.Roland.conſ.69.nu.12.libro quarto.

10 Et procedit † huiuſmodi concluſio, etiam ſi contractus fuerit pro maiori parte mandatus exequutioni, & ſimus in contractu nominato,vt patet ex Decio,in conſi.452. & Ruino, in conſi.198.libro 1.qui ſcripſerunt in eodem caſu; videlicet, vendiderat Ioannes Georgius Cæſarinus quoddam Caſale nuncupatum Practica Dominico de Maximis,pro pretio ſcutorū 20000. & ſoluerat emtor in actu ſtipulationis ducatos 12000. & reſiduū ſoluere promiſerat per totum menſem Septembris proximè futuri, & quia Maximus ceſſauit in ſolutione reſidui, Cæſarinus prætendens contractum eſſe reſolutum,voluit à venditione recedere, & prætendente emptore quod non liceret, conſuluerunt Decius & Ruinus ex non facta ſolutione reſidui in tempore conuento,licere Cæſarino à venditione recedere,ex rationibus per eos deductis,quas eorum conſilia præcitata legendo videre poteris; quibus conſonat deciſio Caputaq.317. par.2. in impreſsis; Alluditq; Deciſio R. P. D. mei Seraphini, 184.incip. Fuit per Dominos, lib.1.in manuſcript. & Rimin.conſ.175.nu.quarto,& plurib.ſeq.lib.1.Rolan.conſi.31. num.4.5.& ſeq. lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Reus periurus nequit opponere actori de periurio.*

2 *Debens aliquid facere, & recipere, antequam velit recipere, debet facere quod ſibi incumbit.*

Si

3 *Si in eodem termino vtraque pars facere debuiſſet, & ceſſaſſet, tunc eſt locus Adagio. Hebræus nihil Hebræo.*

Effectus Duodecimus.

1 ET licet † periurus Reus opponere nequeat actori, de periurio, iuxta Adagium, Hebræus nihil Hebræo. Crot. conſil. 400. num. 19. lib. 3. attamen inſpiciendus eſt in his terminis, quis prior defecerit in promiſsis, quoniã alia pars non dicitur periura, ſi non impleat non implenti, ex qua fidem frangere licet eam non ſeruanti, & ut in præcedenti Effectu deductum eſt, reſidet in arbitrio partis, an velit agere ad obſeruantiam contractus, vel ab ipſo contractu recedere.

Proinde, rectè dicitur in glo. in l. ædiles aiunt, §. ordinem, ff. de
2 ædil. edic. quod † debens aliquid facere, & recipere, antequam, uelit illud recipere, prius quod ſibi incumbit, facere debet, ut refert Crot. in dicto conſi. 400. num. 15. & his alludunt Doct. in præced. Effectu cumulati, & applaudit Plot. in conſi. 40. nu. 2.

3 Quod † ſi in eodem termino vtraque pars aliquid facere debuiſſet, & neutra obſeruaſſet, tunc intrat Adagium. Hebręus nihil Hebręo. Curt. iun. in l. ſi quis maior, nu. 32. C. de tranſact. vbi Cagnol. num. 92. verſic. limita primo.

SVMMARIVM.

1 *Periuro non eſt concedenda abſolutio iuxta communem.*
2 *Seruatur tamen paſſim totum oppoſitum.*

Effectus Decimustertius.

PEriurium eſt adeo exoſum, vt multi, & grauiſsimi patres cẽ
1 ſuerint † periuro, nec abſolutionem à iuramento fore cõcedendum. Pariſ. conſi. 10. num. 94. & conſi. 43. nume. 16. & conſi. 54. num. 15. lib. 1. cum alijs cumulatis infra par. 6. quæſt. 5. Iacobin. in l. ſi quis maior, nu. 60. C. de tranſact.

2 Et † licet huiuſmodi ſententia frequentiſsimo ſcribentium calculo recepta ſit, nihilominus, oppoſitum paſsim ſeruatur in practica, vt recenſebimus inf. ibi vide, in par. 6. quæſt. 5.

SVMMARIVM.

1 *An dolus requiratur ad effectum, vt periurium incurratur.*
2 *Si dolus requiritur, quælibet credulitas excuſat.*

Immò

3 *Immò qualibet etiam iniuſta cauſa.*
4 *Dolus requiritur.*
5 *Sola culpa non ſufficit.*
6 *Contra quod ſola culpa ſufficiat.*
7 *Conciliatio dictarum opinionum.*
8 *Opinio Authoris.*
9 *Non implens promiſſa in termino præfixo, eſt moroſus, ideo dicitur eſſe in dolo.*
10 *Doloſus eſt quicunque non obſeruat promiſſa.*
11 *Dolo non caret, qui ceſſat facere quod debet.*
12 *Declaratio eius Regulæ, vt qualibet leuis cauſa excuſet, & num. ſeq. nec non num. 14. & omnino nu. 17.*
15 *In dubio præſumitur potius dolus, quam iniuſta cauſa.*
16 *Iniqua cauſa an excuſet à pœna legali, vel ſtatutaria?*

Effectus Decimusquartus.

1 QVæſtio minime leuis, nec parui ponderis eſt, † an ad effectum incurrendi periurij, dolus requiratur, vel ſola cõtrauenientis culpa ſufficiat, non implendo promiſſa.
2 Maximus enim reſultat Effectus, ſi † dolus ſit neceſſarius, quoniam ad illum excuſandum, quælibet credulitas iurantem excuſaret, ne periurus dicatur, idque placuit Beroo, in conſil. 151. num. 11. lib. primo, & tangit Iaſ. in l. qui iuraſſe, nu. 5. de iureiur. & in l. videamus, nume. 9. ff. de in lit. iuran. & in conſil. 174. num. 3. lib. 2.

3 Immò quælibet † cauſa etiam iniuſta, & vt quãplures inquiunt, etiam beſtialis excuſat à dolo, ad Alex. conſi. 92. nu. 73. lib. 1. & ſic perrarò pœnæ d. l. ſi quis maior, locum habebunt, vt inquit Curt. iun. in conſi. 101. num. 17. Iacobin. in l. ſi quis maior, num. 59. C. de tranſactio. Aymo, conſi. 46. num. 14. Socin. conſil. 108. num. 12. lib. 1. Gygas de penſio. quæſt... num. 8. Gabr. de criminal. concl. 8.

4 Dolumque † in his terminis requiri, quo ceſſante, nequeant intrare periurium, voluit expreſsè poſt alios Berous in d. conſil. 151. nume. vndecimo, & conſi. 189. num. primo, lib. 3. Purpurat. conſil. 377. num. 22. lib. 1. cum alijs citatis per Iaſ. in l. ſi quis maior, nu. 2. C. de tranſactio. & in d. l. qui iuraſſe, num. 3. & ſeq. & nume. 8. de iureiur. Alex. conſ. 92. num. 13. lib. primo, Curt. iun. d. l. ſi quis maior, num. 16. vbi Iacob. nu. 56.

5 Et † ſolam culpam non ſufficere, firmarunt idem Bero. in conſil. 158. num. 7. lib. primo, & alij relati per Iaſ. in dicta l. ſi quis maior, num. 2.

Oppo-

6 Oppoſitum,† quod ſola culpa ſufficiat,defendit Iaſ. in dicta l.ſi quis maior,num.3. verſ.ego puto, & num.ſeq. motus ex doctrina Baldi in cap.licet,verſ.ſi periurium,ſi de feud.fuer.controuerſ.int. domin.& agnat.vbi Aluarot.num.3.& 4. qui diſcutientes, an pau per qui promiſſa,quæ iurauit, ob inopiam implere nequit, incidat in periurium,concludunt, quod ſi ſuperueniente fortuito caſu ſu peruenit inopia,tunc excuſetur,ſecùs autem ſi à principio erat im potens,quia dicitur eſſe in culpa,& incidit in periurium.

7 Iaſon in d.l.qui iuraſſe, num.9. conatur † conciliare huiuſmodi opiniones,inquiens,ſolam culpam ſufficere quoad actum periurij, & ſecùs eſſe, quoad incurrendam eius pœnam, quoniam tunc dolus eſt neceſſarius; quem ſequi videtur Curt. iunior, in d. l. ſi quis maior,num.17.ſed impugnat Cagnol.num.186.atteſtans Communiter eſſe receptum, quod ſine dolo periurium non incurratur.

8 Cæterum, † vt veritatem ingenuè fatear,non benè percipio,vnde huiuſmodi diſcrepantia inter Scribentes ſuborta fuerit,cum habeamus textum clarum,in d.l.ſi quis maior,quod tribus modis cõtractui iurato quis contrauenire dicetur; Vel iudicem interpellando; Vel Principi ſupplicando; Vel non implendo promiſſa;Eo ipſo igitùr, quod promiſſa non ſeruantur, incurritur pœna illius legis,vt ibid.notant Angel.num.3. Paul.num.3.Bald.num.2.Salicet. nu.3.& Curt.iunior,nu.13.

Fruſtaneaque dubitatio videtur,an dolus requiratur, quoniam textus ipſum præſupponit ex non implemento promiſſorum,cum
9 non † implens conuenta in termino præfixo,conſtituatur in mora, ex qua dolus reſultat.Salicet.in d.l.ſi quis maior,num.3.in fine,vbi Alex.nu.6.verſ.in textu,ibi,non ſeruando,Iacobin.nu.19.Cagnol. nu.94.verſ.ſecundo limita.

10 Diciturque † doloſus, quicumque promiſſa non ſeruat, Rolãd. in conſ.57.num.9.lib.1.Alex.in conſ.52.nu.3.lib.6. Aymo,in conſil.192.num.15.

11 Prout † dolo non caret,qui ceſſat facere,id quod debet,ad l.dolus, l.ſi procuratorem,§.dolo,ff.manda.l.1.§.finali,ff.depoſiti,l.dolo,ff.ad l.Falcid.Rimin.conſ.201.num.28. lib.2. Salicet.d.l. ſi quis maior,num.5.Aymo,conſ.6.num.96.Curt.iun. conſ.19. nu.1. Felin.in c.ſi autem, col.1. verſ.fallit primo,de reſcrip. Caputaq.deciſ. 119.num.6. par.2.in impreſs.

12 Et licet † quælibet etiam leuis cauſa excuſet à dolo,aduertendũ eſt (nè fallaris,) quod non releuat cauſam allegare, ſed vt excuſeris à periurio,opus eſt probare cauſam illam ortam eſſe, antequam incideres in periurium, & quod ob eius exiſtentiam non impleſti, & tibi dictum fuiſſe,quod ea ſtante ſeruare non tenebaris, vt egregiè declarat Alex.videndus in conſ.103.num.13.verſ.& dato quod

Cor-

Cornes,lib.1. Ruin.conſ.33.col.fina. verſ.nam vt quis, libro quarto, cum alijs de quibus Roland. ſimiliter videndus in conſ.57. nume.12.& 13.lib.1.Gabriel.de criminal.concluſ.8.nu.63. & 66. Gomeſ.in §.ex maleficijs,nu.32.Inſtit.de action.

His alludit Aretin.relatus à Boſsio,in practica criminali, de De-
13 cret.Mediolan.num.19.verſ.& hoc eſt,inquiens, quod † cauſa etiã iniuſta excuſat,ſi per euidentes coniecturas oſtendatur quod ea in duxerit ad delinquendum.
14 Et Alciat.in † præſumpt.30.Reg.3.num.6.declarat iniuſtam cauſam excuſare, ſi iniuſtitia non eueniat à facto contra ius prohibitiuum,vel Naturale,vel etiam ciuile Notorium,& indubitatum.
15 Et † in dubio præſumitur potius dolus, quam quod ex iniuſta cauſa motus fuerit.Gabriel.d.Concluſ.8.nu.71. qui alios citat.
16 Sunt qui † velint iniquam cauſam non excuſare à pœna legali, vel Statutaria. Vide Gomeſ. in d.§. ex maleficijs, num.30. Inſtitut. de action. & Gabriel.d.Concluſ.8.nu.78. & ſequent.qui citat contradictores.
17 Notabis † autem memoriæ tenendam declarationem quod Regula iſta,vt quælibet etiam iniuſta cauſa excuſet à dolo,procedere, niſi poſt cognitam eius iniquitatem perſeuerauerit,quoniam tunc perſeuerando,nequit excuſari, ex doctrina Bart. relati per Iaſon.in conſil.179.col.fin. verſic.reſpondetur notabiliter, lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ periurij ſunt perſonales, & hæredem non afficiunt, niſi hæres ipſe contrauenerit, & numero 2.*

Effectus Decimusquintus.

1 NOtabis autem † has periurij pœnas, & reatum eſſe perſonales, & iurantium perſonas non egredi, & in hæredes iurantis locum non habere; vt deductum eſt ſuprà, in quarta parte, Effectu 5.vbi vide.
2 Niſi † contrauentio facta eſſet ab ipſo Authore, quia tunc eius hæres conueniri poſſet.Cagnol.in l.ſi quis maior, num.200.verſic. ſecundus caſus, C.de tranſaction.

SVMMARIVM.

1 *Omnium pœnarum maxima eſt offenſa, quæ fit Deo Creatori.*
2 *Perius ſtatim excæcatus.*
3 *Periurus igne improuiſo conſumptus.*

Effectus

Effectus Decimusſextus.

1 OMnium † pœnarum maxima eſt offenſa, quæ fit Deo, qui ob periuria indignatus grauiſsimis pęnis peierantes punit, vt latè deductum eſt ſuprà, parte prima, quæſtio. ſecunda, vbi vide. Quibus adde Lippoman. in 7. Tomo de Vitis Sanctorum Patrum in vita Eutichij Patriarchæ, in verſic.
2 Alius † quidam ad virum Sanctum, col. 21. vbi refert, quòd cum quidam occaſione vnius controuerſiæ in iudicium vocatus, & iurare compulſus, Dei timore poſtpoſito falſum iuraſſet, confeſtim
3 Deus illum excœcauit. † tremendumque aliud exemplum narratum eſt ſuprà, in eadem prima parte, quæſtio. quarta, num. 13. verſ. ſed hic cadit, vbi Marcum illum militem, qui ad altare Beati Antonij peierare præſumpſit, improuiſus, & inuiſibilis ignis incontinenti exurere cępit, & paulatim prorſus tandem conſumpſit; Proinde verum eſt Adagium, Amicus vſque ad Aram; & alludit illud vulgi triuiale Prouerbium, *Scherza con i Fanti, & laſcia ſtar i Santi.*

FINIS QVINTAE PARTIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus PARS SEXTA,

In qua agitur de abſolutione à iuramento.

E Nauigato Pelago Quartæ, & Quintæ partis, lato quidem, & ſpacioſo, continente tot notabiles Effectus iuriſiurandi, deueniēdum eſt ad Sextam partem Tractatus; in qua agetur quibus in caſibus iuramentum ſit relaxandum, à quo Iudice, & quando ſimpliciter, vel ad effectum agendi ſit abſolutio concedenda; ac ſubnectentur variæ quæſtiones paſsim in forenſi iudicio occurrentes, ſcituque dignæ, vt eas Lectorem legiſſe non pœniteat, minusq; inutile fuerit, aut iniucundum.

SVMMARIVM.

1 *Duplex abſolutionis ſpecies.*
2 *Habilitatio ad effectum agendi iuramenti vires non tollit.*
3 *Abſolutio aliquando ſimpliciter conceditur ad effectum agendi, vel ſub conditione, ſi fuerit probata læſio aliorum ſententia; quod tamen dubium eſt authori.*
4 *Requiritur iuſta cauſa ad eam obtinendam.*
5 *Abſolutio ſemper conceditur, vbi iuramentum ſit iniquum, vel turpe.*

Prout

6 *Prout conceditur vbicumque ſit captioſum, vel iniuſtum.*
7 *Summariè proceditur in abſolutionis petitione.*
8 *Quando conceditur ad effectum agendi, citatio partis non requiritur, & num. 11.*
9 *Immò videtur requiri.*
10 *Etiam ſi requiratur, tamen ea non facta, adhuc conceßa ſuſtinetur.*
12 *Abſolutio eſt neceſſaria in omnibus etiam temerarijs iuramentis.*
13 *Si iuramentum eſt nullum, non eſt neceſſaria abſolutio.*
14 *Peti poteſt per Procuratorem.*

QVAESTIO PRIMA.

1 PRæmittimus † igitur duplicem eſſe abſoluendi ſpeciem quæ paſsim in practica ſeruatur; ſi quidem aut eſt plenaria, qua mediante ſupplicans ſimpliciter à præſtito iuramento abſoluitur, & hæc prorſus tollit, eneruatque uires iuramenti; aut eſt habilitatio quædam, qua is, qui iurauit, dumtaxat abſoluitur ad effectum agendi, vt ſcilicet agere & contrauenire poſsit in iudicio abſque labe periurij, & hæc non tollit, neque debilitat vires iuriſiurandi, vt declarat Couarru. variar. reſolut. cap. 4. num. 5. verſ. verum vt res, lib. 1. Corneus conſil. 6. col. penult. lib. 1. Gabr. conſ. 127. nu. 33. lib. 1.

2 Quod † habitatio ad effectum agendi, iuramenti vires nō eneruet, notauit Aymo, conſi. 7. num. 7. Cephal. conſ. 51. num. 22. lib. 1. Cagnol. l. 2. num. 101. C. de reſcind. vendit. Menoch. conſi. 24. nume. 18. lib. 1. licet Rimin. iun. conſil. 5. num. 148. lib. 1. dixerit poſt obtentam abſolutionem iuſiurandum remanere frigidum, & inane, quod verum eſt, ſi intelligas de plenaria abſolutione. Notat autem Berous in conſil. 177. nume. 37. lib. 1. quod quando ſumus in contractu nullo ex iurisdiſpoſitione, ſed ob iuriſiurandi religionē eſt obſeruandus, vt deductum eſt ſupra, in quarta parte, primo Effectu, quæſtio. 3. num. 13. & ſequen. tunc obtenta abſolutione à ſuperiore, remaneret eliſa virtus iuramenti, & contractus reſtat in ſuo ſtatu, ac ſi iuramentum non fuiſſet appoſitum, & conſequenter nullus; quod notabile eſt; vide deducta per Seraph. de priuil. iuram. priuil. 61. num. 3.

3 Et quandoque † vt notat Borgni. in deciſ. 9. num. 33. vel ſimpliciter conceditur ad effectum agendi, vel ſub conditione, ſi læſio probata fuerit, quamuis nunquam viderim in practica ſub huiuſmodi conditione concedi.

4 Requiritur † autem iuſta cauſa ad eum concedendam, & læſio ſufficit, non tamen exigua; Iaſ. in l. ſi opus, num. 7. de oper. no. nunciat. Alex. conſ. 66. num. 16. & ſeq. lib. 6. Borgni. deciſ. 9. num. quarto,

to,Menoch.conſi.24.num.13.lib.1. Tiraquel. res inter ali. acta, limit.30.verſic.& hoc multis. Curt.iun.conſi.141.num.16. Neuiza. conſi.22.num.10.Natta conſil.14. num.5. verſic.decimo adduco, lib.1.Maranta in pract.in ſecundo actu,3.par.6.par.princ.nu.115. Rolan.conſi.99. num.21.lib.3. Pondcrareque debet iudex qualitatem eius,qui iurauit,ex notatis ſupra in 4. parte,in Effectu 36.

5 Et ubi † iuſiurandum continet iniquitatem,uel quid turpe,ſemper eſt concedenda abſolutio.Socin.iun.conſi.144. num.40.lib.1. Staphile.de litter.iuſtit.§.& primo ſciendum, nume.13. Seraphin. in priuileg.59.num.7. Natta conſil.144.num.5. verſic.decimo adduco,lib.primo,Milis in ſuo reper. ſuper ver. iuramentum ſemper debet relaxari.Seraph.de priuil.iuram.priuil.59.nu.7.

6 Prout † concedenda eſt,quandocumque ſit captioſum vel iniuſtum, Natta dicto conſil.144.nu.5.in principio. Milis ſuper ver.iuramentum ſemper debet.

7 Et in † huius abſolutionis petitione ſummariè proceditur. Felyn.in cap.1. num.32.de iureiur. Borgn. deciſ.9. num.22. Maxima autem eſt controuerſia inter Scribentes, an concedi poſsit abſque vocatione partis.

8 Et † quando datur ad effectum dumtaxat agendi, cum tunc vel non præiudicet,vel paruum faciat præiudicium parti aduerſæ,nullam requiri citationem,tenuerunt Afflict. deciſ.220.num.10.& ſequen.vbi de communi.Borgn.d.deciſ.9.num.24.Vrſill.ad Afflict. in d.deciſ.220.nu.11.vbi de magis communi, quam tamen videas, de communi deciſ. Peruſi.18.nu.3. vbi dicitur ita ſeruari in pract. 1
Viuius opinio.2.num.2.verſ. licet Doctores, de communi. vbi inquit hanc eſſe cōem omnium ſcribentium ſententiam.Rolan.conſil.13.num.38. & de magis communi conſil.34. num.9. lib.1.Galleſ.de Came. oblig.2.par.tract. & 6.formu. quæſt.2. num.2. & ſeq. Rota,deciſ.8.de iureiur.in antiq.

9 Contrariam ſententiam, quod † citatio partis prorſus ſit neceſſaria,firmauit Iaſ.in l.ſi opus,num.7.de oper.no.nunciat.vbi in verſi. prædictis ſubtiliter, inquit conceſſam abſque cauſæ cognitione ipſo iure eſſe nullam,etiam ſi data ſit ad effectum agēdi tantum,quia poſſet pars oſtendere, quod calumnioſè petatur. Alex. conſil.66. num.13.& 14.lib.6.Cephal.conſil.51.num.23. lib.1. Couarru. variar.reſolut.lib.1.cap.quarto,num.quinto, Menoch.conſ.24.num. 11.& ſeq.lib.1.Burſat.conſil.29.limit.92. vbi de communi,libro 3. Iaſ.l.necquicquam,§.vbi decretum,num.49.de offic.proconſ. Roland.de communi. conſ.12.num.15.lib.1. Capell.Tholoſ.deciſ.62. Gozadin.conſ.59.num.22.Caputaq.deciſ.291.incip.Abſol.in manuſcript.Felyn.c.1.num.123.& ſeq.de iureiur.

10 Cæterum,Tiraquel.in tract.Res int.ali.act.Limit.30.dicit,† abſ-

que partis vocatione non eſſe faciendam, factam tamen ſuſtineri.

Et verior eſt ſententia, quæ in practica paſsim recipitur, quod
11 ſola † habilitatio ad effectum agendi, nullam requirat citationem. Tiraq.d.Limit.30.verſ.declara ſecũdo, Addit.ad Cappell.Tholoſ. in d.deciſ.62.cum alijs ſuprà deductis. Vide diſtinctionem Rotę in deciſ.Cęſar.de Graſs.167.nu.3.& 9.

12 Eſtque † neceſſaria in omnibus etiã temerarijs iuramentis. Ancharan.in c.cum quidam, num.5. de iureiur. Abb.in c.quanto, nume.8.verſ.& concludendo, & in c.cum contingat, num.7. vbi Alciat.nu.76.de iureiur.

13 Aſt † vbi iuramentum eſſet ipſo iure nullum, tunc non eſſet neceſſaria abſolutio Alciat.in d. cap.cum contingat, num.74. & ſeq. & vide infrà in quæſt.8. propè finem.

14 Petique † poteſt etiam per procuratorem, Borgni.in deciſ.9.nume.30. Felyn.in cap.1.num.30. de iureiur. & quoniam huiuſmodi materia vtilis eſt, & frequens in foro, ad eius dilucidationem infraſcriptæ quæſtiones breuiter diſcutientur.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio coram quo iudice ſit petenda, & numero 2.*

QVAESTIO SECVNDA.

1 QVæritur † coram quo iudice ſit petenda abſolutio? Et ſi Actor, & Reus ſint eiuſdem ciuitatis, res nullam habet difficultatem, quoniam ab ordinario erit impetranda; dubietas intrat ſi ſint diuerſi fori, vt puta Florentinus contraxit cum Bononienſi, & factum eſt inſtrumentum Bononiæ; in quo Bononienſis, qui ſe ad certæ ſummæ ſolutionem adſtrinxit, enormiterque ſe lęſum contendit, & prætendit reſcindere
2 contractum obtenta abſolutione à iuramento; Quæritur † an Archiepiſcopus Bononienſis eam concedere poſsit? & Felyn. in c.1. num.31.de iureiur. diſcutit huiuſmodi quæſtionem, refertque diſcordantes Calder. & Cardinal.opiniones, & tandem concludit in caſu, quo neceſſaria non ſit citatio partis, vt procedat opinio Cardinalis, quod poſsit Archiepiſcopus abſoluere. Borgni.deciſ.9.nume.30. Contar. in l.diffamari, in quæſt.num.6.C.de ingenu.& manumiſs. Et ſuprà concluſum eſt, citationem non eſſe neceſſariam. Vide Roma. in Singul. 470. incip. Florentinus contrahit: qui diſputat hanc quæſtionem, & tam à Felyno quam à Borgni.corruptè allegatur, & Calderin.conſil.primo, de offic.ordinar.& conſil.6. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Promittenti, & iuranti omnia, & ſingula in inſtrumento contenta eſſe vera, & contra non dicere, aliqua ratione, an ſit danda abſolutio, & communis eſt pro negatiua.*
2 *Author tenet contrarium.*
3 *Ob enormem læſionem abſolutio eſt concedenda.*
4 *Si plura iuramenta concurrant, ab omnibus eſt petenda abſolutio.*
5 *Quid vbi ſit renunciatum omni iuris, & legum auxilio?*

QVAESTIO TERTIA.

1 IAcobus promiſit Ioanni ſoluere ſcuta mille debita ex cauſis in inſtrumento narratis, † iurauitque omnia & ſingula in inſtrumento contenta fuiſſe, & eſſe vera, & contra ea non dicere, facere, vel venire, quauis ratione, vel cauſa, immò illa ſemper, & perpetuo obſeruare, Prætendens poſtmodum aliqua non eſſe vera, ſeque enormiter læſum, cupit abſolui ab huiuſmodi iuramento, vt agere valeat ad contractus reſciſsionem, quæritur an abſolutio ſit concedenda? & Roland. conſil. 47. num. 31. & ſeq. libro quarto, concludit ex pluribus concedi non debere, & hanc eſſe ſententiam frequentiſsimo Doctorum calculo approbatam, permultos in id concordantes cumulando, quos ibi videre poteris, quod Borgni. in ſępe citata deciſ. 9. num. 26. affirmat eſſe menti tenendum, quia pauci ad id aduertunt; ſequitur Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 59. nu. 7. & nouiſsimè Decian. in conſ. 56. nu. 90. lib. quarto.

2 Et certè, † tanta eſt authoritas, tot, & tantorum Patrum, qui in hanc ſententiam iuerunt, vt me deterreat ad contrariam ſententiã aſſerendam; quam tamen (ſalua illorum reuerentia) puto veriorẽ, vbi iurans ſit enormiter læſus, cum ſolidiſsima ſit Concluſio, quod iuſiurandum non tollit enormem huiuſmodi læſionem, cum non debeat eſſe vinculum iniquitatis, vt latiſsimè deductum eſt ſuprà, in quarta parte, in primo Effectu, quæſtion. 8. vbi infiniti propè Doctores cumulantur, quos videre poteris, & præſertim Pedemont. deciſ. 41. num. primo, & ſeq. & Rimin. iunior, in conſil. 5. num. 119. & ſeq. libro primo.

3 Et † ſtante enormi læſione, quod concedenda ſit abſolutio à iuramento, deducetur infrà in quęſt. ſeq.

4 Nec † facit ponderatio plurium iuramentorum, de qua Roland. d. conſil. 5. propè finem, quoniam etiam ſi quamplura iuramenta concurrant, de omnibus eſt petenda abſolutio, & eſt concedenda, vt proxime deducetur in quęſt. quarta.

5 His alludit Riminald. iun. conſil. 5, num. 144. lib. 1. volens † vbi

quis medio iuramento renunciauit omni iuris & legum auxilio, non tamen prohibere, quin petere poſsit abſolutionem à iuramento, & agere ad reſciſsionem contractus, ex authoritate Cornei, Alex. & aliorum, quos citat; ſequitur Socin. iun. conſil. 144. num. 42. lib. 1. Pariſ. conſil. 12. num. 87. lib. 2. Roland. conſil. 7. num. 52. lib. 3. Viuius opinio. 129. num. 9. & opin. 532. Rimin. iun. conſil. 5. num. 149. libro primo.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio vbi adſit enormis læſio, an ſit neceſſaria.*

QVAESTIO QVARTA.

1 REuocatur † in dubium an ſtante enormiſsima læſione neceſſaria ſit abſolutio à iuramento, ita vt ea non obtenta, contrauenire non liceat? Faciunt notata ſuprà in quarta parte, quæſtio. prima, verſi. in contrariam ſententiam, & verſic. ſequenti.

Et non fore neceſſariam, voluit magna caterua illuſtrium doctorum, mota, quod vbi adeſt enormis læſio, iuramentum non ligat, vt placuit infinitis, de quibus, ne ijdē ſępius repetantur, latè habetur ſuprà in primo Effectu quæſt. 8. ibi vide. Hinc inferentes, poſſe contrauenire nulla petita abſolutione Decius in conſil. 180. nu. 6. & ſequent. Gabr. Concluſ. 3. num. 38. de arbitr. Maran. in practica, in 2. actu, 3. par. 6. par. princip. num. 115. Corne. conſil. 189. col. penult. verſ. ſed d. Authent. & conſil. 166. col. 2. Ratione ergo, & verſic. cum itaque, lib. 1. Barbat. conſil. 53. num. 21. in fin. lib. 2. Gram. conſil. ciuili 128. num. 11. vbi de communi. Roland. conſil. 7. num. 53. lib. 3. Angel. conſil. 218. in fin. Cephal. conſ. 499. num. 35. & ſeq. lib. 4. Alexand. conſil. 125. nume. 1. verſic. fortius etiam, lib. 1. Cagnol. in l. 2. num. 92. verſic. quando tamen, C. de reſcin. vendit. Alben. conſil. 81. num. 54. latè Neuizan. conſil. 21. nu. 5. & 6. Pedem. deciſ. 41. Socin. iunior, conſil. 3. nume. 41. lib. 2. Gramm. deciſ. 76. num. 21. Gozad. conſil. 72. num. 6. Socin. iunior, de magis communi in conſil. 3. num. 42. & 45. lib. 2. Simoncell. qui permultos congerit, & teſtatur de magis communi in ſuo tract. de Decret. lib. 3. ti. 8. num. 231. Adde Rimin. iunior in conſil. 5. nu. 120. lib. 1.

Quamuis paſsim admittatur, tutius eſſe, vt in primis illa impetretur, & ita fieri nos etiam laudamus, vt inquit Bald. in l. fin. nu. 3. C. de non numer. pecun. vide Borgn. deciſ. 9. num. 42. Viuium opinio. 532. Bero. in conſil. 39. num. 13. lib. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vbi non vnum, ſed plura præſtita ſunt iuramenta, & ſignanter de abſolutione non petenda, & impetrata vtenda; an ſit abſolutio concedenda.*

2 *Quid ſi commiſſa ſit cauſa ſimpliciter, cum facultate abſoluendi, an ſufficiat, vbi plura præſtita ſunt iuramenta.*

QVAESTIO QVINTA.

1 QVid ſi † non unum ſed plura ſint præſtita iuramenta? vtpote iurauit Petrus omnia, & ſingula in inſtrumento narrata, & promiſſa, eſſe uera, & contra ea non venire, quauis de cauſa, & promiſit abſolutionem à iuramento non petere, & impetrata non uti, & renunciauit exceptioni doli, & enormi læſioni, & cuiusuis legis, & Canonum auxilio, poſtmodum prætendens in huiuſmodi contractu ſe enormiſsimè fore læſum, intendens agere ad illius reſciſsionem, petit in primis abſolui à iuramento; dicas abſolutionem fore concedendam, & exprimenda fore omnia iuramenta, ne alias eis tacitis, abſolutio ſit ſubreptitia. Affl ct. deciſ. 220. num. 12. Menoch. conſil. 24. nume. 15. lib. 1. Pariſ. conſi. 43. num. 15. & ſeq. lib. 1. Felyn. in cap. debitores, num. 9. de iureiuran. Socin. conſil. 69. nume. 7. lib. 3. Natta, conſil. 144. nume. 6. lib. primo, Borgnin. deciſio. 9. nume. 25. Viuius opin. .. nume. 8.

Quamuis oppoſitum firmet Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 59. num. 8.

2 Et ſi † commiſſa eſſet cauſa ſimpliciter cum facultate abſoluendi à iuramento, licet plura ſint iuramenta, ſufficeret, vt ab omnibus poſsit abſolutio obtineri: quia vnum dicitur in aliud eſſe tráſlatum. Caputaq. deciſ. 392. in fi. lib. 1. in manuſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Pars contrauenit iuramento, & cauſam commiſit non petita abſolutione, ſi vult proſequi, debet narrato periurio abſolutionem petere.*

2 *An ſtante periurio, abſolutio ſit concedenda?*

3 *Communis eſt pro negatiua.*

4 *Contrarium ſeruatur paſſim hodie in Curia Romana in Signatura Gratiæ, & nu. 5. & 6.*

QVAESTIO SEXTA.

1 OCcurrit plerumque, † vt pars contraueniat agendo antequam abſolutionem obtinuerit, & ſi vult ſanare proceſſum, & motum Iudicium validè proſequi, debet nō tantum abſolutionem à iuramento petere, ſed narrare periurium iam incurſum, vt etiam à periurio abſoluatur. Afflict. deciſ.220.num.17.

2 Et tunc non modica ſuboritur difficultas,† an ſtante periurio iam incurſo, abſolutio ſit concedenda? & pro negatiua conſulue runt Alexand.conſil.66.num.14.lib.6. Menoch.conſ.24.num.17. lib.1.Gozad.conſil.69.num.11. Felyn.cap.1.nume.28. de iureiur. Cagnol.l.ſi quis maior,nume.153. C.de tranſaction. Roland.conſil.34.nume.2.vbi de communi,lib.primo, & de magis communi, conſi.26.num.30.& ſeq.lib.3.Caputaq.deciſ.392.incip. abſolutio, lib.primo,in manuſcript. Alexand.conſil.17. nume.quarto, lib.3. Borgn.deciſ.9.num.35. Corn.conſil.6.col.penult. verſ.in caſu autem,lib.primo,Seraph.de priuil.iuram.priuil.vlt.nu.9.

3 Et prædicta † opinio indubitanter communi Doctorum calculo recepta eſt, vt teſtatur etiam Felyn.in cap.1.nume.28.de iureiur. vbi dat triplicem limitationem; & prima eſt, quando iurans incurſo iam periurio ob motam litem, non perſeuerat in peccato, ſed recurrit ad ſuperiorem,narratoque iuramento, & eius contrauentione,petit tam à iuramento ad effectum agendi, quam ab ipſo iam incurſo periurio abſolui, quoniam tunc eſt abſolutio indul

4 genda, prout † paſsim concedi vidimus in Signatura Gratiæ, neque vnquam prorſus denegari, & conceſſam vidiſſe teſtatur etiam Cagnol.in l.ſi quis maior, num.154. C.de tranſaction. Hocque in Curia nullam habet difficultatem; immò in fortioribus terminis vidi, cum commiſſa fuiſſet de anno 1593. quædam cauſa Tudertina reſciſsionis Illuſtriſ. Domino Cardinali Blanchetto,tunc Rotæ Auditori, & pro parte Illuſtr. D. Tarquinij Sanctacrucij fuiſſet oppoſitum de periurio,cum cauſa commiſſa eſſet non obtenta

5 abſolutione à iuramento, me conſulente fuit recurſum † ad Signaturam, narrataque hiſtoria facti, & pluribus iuramentis in inſtrumento,de cuius reſciſsione agebatur pro parte magnificæ D.Magdalenæ Lumbardæ clientis meæ, præſtitis, commiſsionem proponente R. P. D. Auila iuniore, & quod plus eſt, parte non citata,

6 fuit † in plena Signatura coram Sanctiſs. D. N. Clemente VIII. obtenta abſolutio; nec dubitaui, quin cōcedenda foret,ſed quod lite pendente, periurio iam incurſo, & parte non citata concederetur; non ita facile credebam, & ſtante enormi læſione narrata, nemine diſcrepante conceſſa fuit.

SVMMARIVM.

1 *An pars relaxare poſſit iuramentum ad eius fauorem præſtitum.*
2 *Vbi præſtitum eſt Deo, pars remittere nequit.*
3 *An ſit Deo præſtitum dignoſcitur, & an ſit præſtitum ad commodum partis.*
4 *Pars remittere poteſt iuramentum ante incurſum periurij.*
5 *Remittere poteſt etiam exceptionem periurij, & nu.ſeq.*
7 *Periurus ab agendo repellitur.*
8 *Poteſt pars non excipere de periurio, & proceſſus valet.*
9 *Licet pars remittere poſſit, requiritur etiam iudicis aſſenſus.*
10 *Pars remittere cogitur etiam inuita.*

QVAESTIO SEPTIMA.

1 AN pars † relaxare poſsit aduerſario iuramentum? e breuiter dicas poſſe à parte remitti, quando ad eius fauorē præſtitum eſt iuſiurandum. Abb. per illum tex. in cap. 2. num. 3. de ſponſalib. Oldrad. conſi. 241. in fine. Roland. conſi. 99. num. 26. lib. 3 Socin. conſi. 21. num. 28. lib. quarto. Ruin. conſi. 212. num. 1. lib. 1.

2 Dixi præſtitum ad commodum partis, quia quandoque præſtatur Deo, & tunc ab homine remitti nequit, vt declarat Abbas, vbi ſupra, num. 6.

3 Nec † dicas, omne iuramentum principaliter fieri intuitu Dei, cui iurans promittit: quoniam in his terminis inſpicitur, an ſit pręſtitum ad cōmodum partis, vt benè declarat Abb. ibid. in finalib. verbis, & tunc ab ea remitti valet.

4 Aduertendum eſt autem, † id procedere, antequam pars contraueniat, & periurium incurrat, quoniam poſt incurſum periurium à parte, remitti amplius non poteſt. Alexand. conſi. 17. nu. 5. lib. 3. de magis communi teſtatur Roland. in conſi. 26. nu. 3. lib. 3. Iaſ. in l. penult. num. 2. verſ. limita prædicta, de iureiur. Borgnin. dicta deciſ. 9. num. 35. Roland. conſi. 34. num. 3. lib. primo. Afflict. deciſ. 36. num. 2.

Cæterum, licet huiuſmodi ſententia ſit communis, & receptiſſima, nihilominus Socin. in conſil. 27. nume. 28. lib. quarto, aſſerit, quod veluti pars remittere ualet ad eius utilitatem præſtitum iu-
5 ramentum, ita & pari ratione uidetur, † quod periurij exceptionem ſcaturientem ex eo iuramento, quod præſtitum eſt ad ſui fauorem, remittere poſsit, cum alijs de quibus Aymo, conſil. 151. nume. 9.

6 Et ſanè, † crediderim hanc ſentētiam eſſe iuridicam, & ſequen

dam, cum indubitatum ſit, eſſe in facultate partis, an velit excipere, vel non opponere de periurio.

7 Quod ſolidiſsima, & paſsim admiſſa concluſione † probatur; periurus enim ab agendo repellitur, Pedemon. deciſ. 142. nu. 13. Roland. conſ. 26. num. 28. lib. 3. cum alijs triuialibus. Sed hæc ita

8 demum † procedit, ſi pars excipiat de periurio aliàs parte non opponente, auditur, & proceſſus valet, vt per Lap. allegat. 25. num. 3. verſ. ad quartum Canonizata per Rotam in lib. diuerſor. deciſ. 22. incip. die 2. Aprilis, in fi. in manuſcr.

9 Et quamuis † Doctores ità generaliter tradant iuramentum poſſe à parte remitti, Alciat. tamen in l. 1. §. eadem, nu. 24. verſ. item facit, de verb. oblig. intelligendum fore exiſtimat, ubi iudex etiam ipſe conſentiat, ibi vide.

10 Quinimò, & non tantum pars valet remittere, iuramentum, ſed ad illud remittendum etiam inuita per capturam perſonæ compelli poteſt, vt habes inf. quæſt. 11.

SVMMARIVM.

1 *Solus Papa concedere valet abſolutionem, vbi ſit dubium, an ſit concedenda.*

QVAESTIO OCTAVA.

DIctum eſt ſupra iuſtam cauſam requiri ad effectum obtinendæ abſolutionis: Modo Ioannes cupiens reſcindere contractum initum cum Dominico, in quo ſe magnoperè læſum prætendit, petijt abſolutionem ab Ordinario, qui dubitat an ſubſit iuſta cauſa, vt eam concedat, quæritur, quid agendum?

1 Reſpondetur: † quotieſcunque dubium eſſe poteſt, an ſit concedenda, tunc à ſolo Summo Pontifice poſſe concedi. Alex. conſil. 66. num. 16. lib. 6. Viu. opi. 2. num. 1. Neuiz. conſi. 23. nu. 11. Borgni. deciſ. 9. num. 25. in fi. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 60. nu. 19. verſ. tertio eſt notandum.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio an ſit neceſſaria in contractu facto per metum.*
2 *Bonum eſt illam petere, & num. 3.*
4 *Periurium etiam ex contractu nullo incurritur.*

QVAE-

QVAESTIO NONA.

1 QVid ſi Ioannes iuſto metu compulſus contraxerit, & iurauerit, an † volenti agere ad reſciſionem, aut annullationem contractus, ſit in primis neceſſaria abſolutio à iuramento, & Crot. in conſil. 27. nume. quarto, lib. primo, arbitratur eſſe neceſſariam, aſſerens ita communiter tenere Canoniſtas.

2 Putamus † autem, bonum eſſe illum prius obtinere, ſed ſtrictè in puncto iuris non videtur neceſſaria, ex quo contractus eſt ipſo iure nullus, & conſequenter non ligat, ut tenet ipſemet Crot. in conſi. 53. nu. 15. 17. & ſeq. lib. 1. Alc. in c. cum contingat, num. 74. & ſeq. de iureiur. quod ſit ipſo iure nullus, latè dictum eſt ſup. in quarta parte, in 1. Effectu, q. 12.

3 Sed quia ut apparet ex iam deductis materia non tranſit abſque difficultate, tutius eſt, † vt abſolutio petatur, & euitare diſputationes. Natta, conſi. 144. num. 4. lib. 1. Aymo, conſil. 191. nu. 7. aſſerens

4 etiam † ex contractu nullo periurium incurri, ſi contrauenıatur, ex iuribus ab eo citatis, & firmat Afflict. deciſ. 122. num. 6. Milis, ſuper ver. iuramẽtum licet ſit dolo. declarat Iacobin. videndus in l. ſi quis maior, nu. 65. C. de tranſaction. Neuiz. conſil. 21. nu. 13. Grammat. conſi. ciu. 97. num. 6. Ang. in l. ſi quis pro eo, nume. 8. de fideiuſſor. Couarr. in Epito. de ſponſali. par. 2. c. 3. §. 3. num. 2. Capra, Reg. 87. nu. 120. Aymo de antiquit. tempor. §. videamus modo, nu. 14. vide ſupra in quarta par. Effectu 203. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſaeculares an cognoſcere poſſit ſuper nullitate abſolutionis conceſſae ab Eccleſiaſtico.*

QVAESTIO DECIMA.

1 POmpeius † obtinuit ab Epiſcopo abſolutionẽ à iuramento, ad effectum agendi, mouitque litem coram iudice laico contra Nicolaum pro reſciſione contractus ſecum celebrati, aſſerens ſe enormiter læſum; excipit Nicolaus abſolutionem eſſe nullam, & ſubreptitiè obtentam, replicat Actor iudicem ſæcularem non habere iuriſdictionem, neque cognitionem ſuper huiuſmodi exceptione, an abſolutio ualeat, quia tanquam inferior cognoſcere nequit factam à ſuperiori eccleſiaſtico: quæritur quid iuris? & Affl. in deciſ. 220. num. 8. & 9. aſſeruit, vbi eccleſiaſticus parte vocata, & cauſa cognita proceſsit ad abſolutionem, tunc

tunc iudicem ſæcularem non poſſe de illius validitate cognoſcere, & ſecus eſſe ſi conceſſa fuerit abſolutio parte inaudita, vt paſsim concedi conſueuit,& dictis per eum arridet Roman.in conſi.299. num.2.& ſequen.& Socin.in conſi.83. nume.16. lib.quarto,Marſil. Singul.367.

Quod penes me non tranſit abſque difficultate, cum cognitio ſuper iuramento,aut periurio,non ſpectet ad iudicem ſæcularem. Curt.ſenior in conſi.65.num.26.verſ.ſecunda concluſio.Borgn.deciſ.9.num.45.loquitur cum quadam modificatione,quem uideas, ſequitur etiam Purpurat.in conſi. 367.nu.8.& ſeq.lib.1.& vide Vrſill.in addit.ad Affl.in d.deciſ.220.num.9.

SVMMARIVM.

1 *An petita, & obtenta abſolutione ab Epiſcopo, poſſit abſolutus litem mouere coram iudice ſæculari.*

QVAESTIO VNDECIMA.

1 HIc autem cadit opportuna dubitatio,an † ſi petita,& obtenta ſit abſolutio ab Ordinario Eccleſiaſtico,poſsit impetrans ſucceſsiuè litem mouere coram iudice ſæculari,cum triuialis ſit Regula,quod iudex cauſę præparantis,debeat eſſe iudex cauſæ præparatæ,ſuper quo non eſt immorandum, quoniam tractatum eſt ſuprà in quarta parte, in Effectu 64. ibi videas.

Et paſsim ſeruatur in practica, quod licet Epiſcopus abſolutionem concedat, cauſa tamen raro apud eum,ſed apud alium iudicē in foro Rei tractari ſolet.

SVMMARIVM.

1 *An iudex Laicus poſsit compellere partem ad relaxandum iuramentum, ſi eſt iniquum.*

QVAESTIO DVODECIMA.

1 QVæro, an iudex Laicus, cui conſtat de iniquitate iuramenti, in cauſa coram eo introducta,cogere partem valeat ad relaxationem eius iuramenti, quod præſtitum eſt ad ſui fauorem? Et Couarru. poſt plures ab eo relatos,in cap.quarto, variar.reſolut.num.5.verſi.verum vt res iſta, lib.1.affirmat, compellere poſſe, quod placuit etiam alijs, & boni

Præſides

Præſides faciunt iniqua iuramenta relaxari per capturam perſonæ, vt notabiliter dixit Bald. quem refert, & ſequitur Aymo, conſil. 192.num.2.Roland.conſil.7.num.50.lib.3.cum congeſtis per Neuizan.conſ.21.nu.25.Felyn.in cap.1.num.22.de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *An abſolutio ſit neceſſaria in contractu ſimulato.*

QVAESTIO XIII.

1 NVnquid † autem ſit neceſſaria abſolutio, vbi contractus fuerit ſimulatus, vide latè deducta ſuprà in parte quarta, Effectu primo, quæſtio.11. vbi materia diſcuſſa eſt.

SVMMARIVM.

1 *An abſolutio peti poßit tempore feriarum.*

QVAESTIO XIIII.

NEc inſulſum eſt dubitare, an † talis abſolutio peti poſsit tempore feriarum ob neceſsitates hominum introductarum? Et breuiter conclude pro affirmatiua, quoniam cum in eius conceſsione ſummariè procedatur, feriæ non præbent obſtaculum, vt poſt Calderin. Cardin.& alios ab eo citatos adnotauit Felyn. in cap.1.nu.32. de iureiur. & res caret omni difficultate, ex quo, vt ſuprà concluſum eſt in principio huius partis Sextæ; verſic.& in huius, non eſt neceſſaria citatio partis in eius conceſsione, & conſequenter ceſſat ratio feriarum, quæ introductæ ſunt, ne eo tempore pars cogatur ad iudicium venire, quo ſunt circa res ruſticas occupatæ, vt inquit Vulpianus, in l.prima, ff. de ferijs.

SVMMARIVM.

1 *Cur in Cameralibus obligationibus, vt plurimum & regulariter abſolutio non concedatur?*
2 *Et concedi ſolet ſtante læſione etiam vbi adſint prægnantiſſimæ Clauſulæ, & renunciationes.*
3 *Hodie omnes contractus fiunt cum Camerali obligatione.*
4 *Aduerſus talem obligationem abſolutio non conceditur ad effectum retardandæ exequutionis.*

5 *Si enim concederetur, commercium impediretur.*

6 *Auditor Cameræ ſpecialem habet exequendi facultatem, abſolutione non obſtante.*

QVAESTIO XV.

CVm ab omnibus iuramentis, in quibus læſio, aut iniquitas prætenditur, abſolutio concedi ſoleat, quæro, quæ ſit cauſa, quod † vbi partes ſe obligauerint in forma Cameræ medio iuramento, non ſoleat à tali iureiurando abſolutio concedi, vt poſt Staphile. & alios adnotauit Couarru. lib. 1. variar. reſolut. cap. quarto, num. 6. verſic. tertio aduertendum, Et notat etiam Caſſador. deciſ. vnica, num. 2. de mut. petit. licet enim ea † formula contineat plures Clauſulas prægnantiſsimas, quibus renunciatur omni iuris, & legum auxilio, & iuretur, omnia, & ſingula ibi contenta, vera fore; & etiam ſi in ſpecie promittatur abſolutionem, non petere, & impetrata non vti, iam diximus ſuprà, vbi narretur grauis læſio, & hæc omnia iuramenta exprimuntur; abſolutionem debere concedi, ne iuramentum ſit vinculum iniquitatis, vt habes ſuprà in quæſt. quarta.

1 (line 3 margin) 2 (line 9 margin)

3 Et cum † hodie paſsim omnes contractus celebrentur in Vrbe, & multis alijs in locis, ſub tali forma, ſi hoc admittetur, ocioſa remaneret facultas abſoluendi à iuramento; Propterea aduertas illud dictum Staphili relatum à Couarru. vbi ſuprà, & à Galleſ. vbi infrà, 4 intelligendum fore, quod † non detur abſolutio ad effectum impediendæ exequutionis, vt benè declarat Galleſ. de Camer. obligat. in ſecunda parte, tractat. & 6. formu. quæſt. 2. † quoniam eſſet 5 tollere, & impedire commercia ſi ſtatim obtenta abſolutione taliũ 6 obligationum, exequutio retardaretur; Et propterea † Auditor Cameræ ſpeciales habet facultates procedendi ad talium obligationum exequutionem, abſolutionibus à iuraméto non obſtantibus, vt refert Galleſin. ibid. & habes per Mohedan. deciſ. 79. in fine, quæ incipit: Ioannes Melendec. Tolome. deciſ. 32. cuius initium eſt: Romana obligationis, & rurſus in deciſ. 45. incipien. Romana obligationis, & iterum deciſ. 66. quæ incipit: Romana Pecuniaria, in manuſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio an ſit neceſſaria petenti reductionem laudi, qui iurauit eam non petere quauis de cauſa.*

QVAE-

QVAESTIO XVI.

1 COmpromittentes † medio iuramento promiſerunt ſtare laudo ferendo ab arbitris electis, & ab eo non reclamare quouis prætextu; & iurarunt laudum ferendum obſeruare, & contra non facere, vel venire; alter ex compromittentibus prætendens ſe enormiter grauatum, petijt recurſum ad arbitrium boni viri, an audiri poſsit, niſi prius obtenta abſolutione à iuramento, & ex quo Sacrum Auditorium decidit abſolutionem fore neceſſariam, vt habes in libro diuerſor.deciſ.22.cuius initium eſt:die 24.Maij,in manuſcriptis, non eſt deſuper immorandum, ſed tanti tribunalis authoritati deferendum, licet vbi adeſſet enormis læſio, non deſint maximæ authoritatis Doctores,quibus placuit abſolutionem non fore neceſſariam,vt deductum eſt ſuprà quęſtio.3. ſed quia agitur de animæ periculo, cautius eſt vt petatur. Galleſin. de Camera.obl.in 2.parte,tract.& 4.formula,q.3.

In materia huius quæſtionis, an non obſtantibus Clauſulis renunciationum, de quibus in obligatione Camerali, peti poſsit reductio, & petita retardet exequutionem,vide Caputaquenſ.deciſ. 181.incip. Stante Compromiſſo, lib.1. in manuſcript. & deciſ.ſeq. cum latè congeſtis per Gabriel. de arbitr.Concluſ.3.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio an ſit neceſſaria hæredi iurantis.*

QVAESTIO XVII.

1 HAeredi † iurãtis an neceſſaria ſit abſolutio, breuiter Doctores pro negatiua concludunt, ad Gabriel. de iure dotium Concluſ. prima, nu.18.Pedemont.deciſ.142. num.5.verſ.tertio quando. Menoch.conſ.24.num.2.libro primo.Ratio manifeſta eſt: quoniam quoad reatum periurij, iuramentum eſt perſonale; Pariſ.conſil.75. num.23.lib.3.vide ſuprà, parte quarta, in quinto Effectu vbi id declaratur. Adde Cagnol.in l.ſi quis maior, num.206. C.de tranſaction.

SVMMARIVM.

1 *An ſit neceſſaria abſolutio in iuramento erroneo.*

QVAESTIO XVIII.

1 PRætendit † Octauius iuſiurandum, quod præſtitit in contractu fuiſſe præſtitum per errorem,vultq; de errore docere, quæritur, an in primis abſolutionem petere teneatur? Et non eſſe neceſſariam voluerunt doctores relati per Menochium

in

in conſil.24. nume.7. libro 1. vide adducta ſuprà in quarta parte, in primo Effectu, quæſtione 9. & etiam relata in Effectu 39. ex quibus huiuſmodi Concluſio ſolidatur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicio reſciſſorio contractus iurati moto, ſi pars de periurio nil oppoſuerit, & fuerit ad vlteriora proceſſum, an poſtea oppoſita exceptio obſtet.*

QVAESTIO XIX.

1 IVrauit † Andreas ſe obſeruaturum omnia in inſtrumento promiſſa, & contra non facere, dicere, vel venire, immò ea ſemper rata, firmaq; habere; poſtea prætendens enormem læſionem, egit contra Petrum, qui de periurio non opponens, paſſus eſt fieri probationes, & ad vlteriora procedens, poſtmodum excepit Actorem vti periurium non audiri, quæritur, an obſtet talis exceptio, & poſt detectum iam periurium, impediatur, nè audiri poſſit? & an amplius opus ei ſit petere abſolutionem? & placuit infra ſcriptis, poſt detectum periurium, factaſque probationes, exceptionem amplius non impedire, quin audiatur. ad Bald. l. fin. nu. 6. in fine, C. de non numer. pecun. Alex. in l. nemo poteſt, nu. 17. de leg. 1. Idem conſ. 89. nu. 15. lib. 2. Socin. conſ. 264. nu. 11. verſ. non obſtat, lib. 2. Iaſ. in l. Patre furioſo, num. 19. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Ruin. conſ. 142. num. 6. 7. & ſeq. lib. 1. Natta, conſ. 305. num. 9. lib. 2. Aymo, conſ. 199. nu. 12. & ſeq. diuerſor. deciſ. 21. incip. Die 2. Aprilis, in manuſcript. Lapus Allegat. 25. num. 3. Pariſ. conſ. 45. num. 9. lib. 1. Socin. conſ. 46. nu. 9. verſ. & aduertant, libro quarto. Neuizan. conſ. 23. nu. 12. Præmiſsis applaudunt notata in q. ſeq. quæ videas.

SVMMARIVM.

1 *Reus ſi de periurio excepit, & iudex ad vlteriora proceſſit, an reiecta cenſeatur, vel proceſſus ſit nullus.*
2 *Iudex ad vlteriora procedens, reijcere videtur exceptionem.*
3 *Appellatio eſt neceſſaria ab vlteriori proceſſu.*
4 *Limitatur prædicta regula.*
5 *Signanter declaratur, vt procedat ſi iudex ſuper exceptione cognouit.*
6 *Corneus tenet oppoſitum.*
7 *Conciliatio opinionum.*
8 *Oppoſitio contra conciliationem.*
9 *Periurus ab agendo repellitur.*
10 *Pars non appellans remittere videtur exceptionem periurij.*
11 *Contra Reum excipientem de periurio replicari poteſt de dolo.*

QVAE-

QVAESTIO XX.

1 QVid † ſi in terminis præcedentis quæſtionis Petrus excepiſſet de periurio,& petijſſet Actorē non audiri,iudexq; ſpreta proteſtatione ad vlteriora proceſsiſſet. an tūc exceptio reiecta videretur,ita ut ꝓceſſus teneat,vel ſit nullus?

2 Regula eſt, † quod iudex ad vlteriora procedens propoſitam exceptionē reieciſſe uidetur.Rota deciſ. 13. de except.in antiq.Abb. in c.ex parte,nu.2.de appel.& in c.cū ſuper,n.9.de off.deleg.Gabr. de except.concl.5.in prin.& per totā.Menoch .conſ.24.nu.9.lib.1. Rimin.iun.in conſi.105.nu.8.lib.1.& ibid.conſi.48. num.18.Corne.conſi.85.col.3.verſ.ideo per proceſſum,lib.quarto.

3 Et ab † vlteriori huiuſmodi proceſſu neceſſaria eſt appellatio, Ruin.in conſ.61.nu.96.lib.5.Abb.in d.c.ex parte,num.2.Corn.d. conſi.85.in d.verſ.ideo per proceſſum,cum alijs de quibus inf.in fi. huius quęſt.quoniam partis contradictio,vbi non appelletur,parū aut nihil aduerſus factum iudicis operatur.Anch.in cōſ.192.nu.4. verſ.confirmatur hæc rñſio.Menoch.de recup.poſſ.rem.1.nu.166.

4 Cæterum,† huiuſmodi regula plures patitur, & notabiles Limitationes, de quibus latè poſt alios agit Menoch. videndus in 2.lib.
5 præſumpt.in præſumpt.64. Et † ſignàter declaratur à multis, vt ita demū procedat, ſi iudex ſuper exceptione cognouerit, vt habetur per Rom.in conſ.220.nu.8.verſ.tertio concluſio iſta,cum alijs,quæ congerit Menoch.in conſi.24.nu.24.lib.1.

6 Sed † Corn.in conſi.85.litera P.lib.4.tenet oppoſitū, quod nulla ſit neceſſaria cognitio,atteſtans,ita cōmuniter eſſe receptum.

7 Conciliantur † autem huiuſmodi opiniones à pleriſque & grauiſsimis quidem Doctoribus,diſtinguentibus,an iudex poſt oppoſitam à parte periurij exceptionē,illa neglecta cōfeſtim ad ulteriora procedat,& tunc præſumi nequit,vt ſuper illa tacitè pronunciauerit,exceptionemq; reiecerit; aut non ſtatim ad vlteriora proceſſit,ſed cum aliquo temporis interuallo,ita, vt ueriſimiliter acta uidere,& propoſitam exceptionē cognouiſſe potuerit, & tunc uerū ſit,ex proceſſu ad ulteriora,tacitè propoſitam exceptionem reieciſſe videri. Franc. in c.ex parte M.nu.10. verſ. ſuper hac difficultate, de appell.Fely.in c.ſuborta,nu.4.verſ.ſed in contrarium,de re iud. de cōmuni Grat.conſi.37.nu.35.& ſeq.lib.1.Gab.de excep.cōcl.1. nu.16.Barb.cōſ.45.n.18.lib.2.Menoc.de recup.poſſ.rem.1.nu.171.

8 Huic autem † diſtinctioni obſtant notata per Menoch.d.cōſ.24. nu.29.verſ.reſpondeo & ſecundo,lib.1. quod ſcilicet exceptio periurij eſt annullatiua proceſſus,& periuro audientiā claudit.& Bal. in conſ.39.nu.3.lib.3.inquit impedire proceſſum;ſequitur Aymo, in conſi.149.nu.13.& nedum impedit litis ingreſſum, ſed eſt exce-

ptio

ptio litis finitæ, vt poſt alios inquit Iaſ. in l.ait Prætor, la ſeconda, num.12.de iureiur.Marſil.in conſi. 107.num.9.par.2. Soc.iun.con ſil.125.num.2.&7.lib.3.

9 Quibus applaudit vulgata concluſio,† quod periurus in cauſa in qua agit,ab agendo repellitur.de communi Rolan.conſi.26.nu. 28.lib.3.qui alios inducit.Pedem.deciſ.142.nu.13. Aymo, conſil. 191.nu.7.Fran.Mar.deciſ.708.in fi.Pariſ.cõſi.26.nu.95.lib.3.Proin de,cum pars de periurio exceperit,cõſequi uidetur, proceſſum po ſtea ſpreta exceptione factum,eſſe nullum,niſi ad euitandas cõtra-
10 rietates,Doctoresq; conciliandos, dicamus, quod † tacitus partis cõſenſus ab vlteriori proceſſu non appellantis, videatur remittere periurij exceptionẽ,ex his,quę adnotata sũt ſup.in 6.q. vbi videas.

Quibus alludit Galleſ.de Camer.obl.in 2.par.tract. & 4.formula,q.4.nu.8.Vant.de nullit.quib.mod.ſent.null.reparetur,nu.61.& ſeq.latè Menoch.de recup.poſſ.remed.1.nu.167.168.& ſeq. quẽ videas.Puteus,deciſ.202.fuit reſolutum.lib.2. Peregr.deciſ.114. fuit reſolutum.lib.1.in manuſcr. qui videatur.Aymo, conſi.248.nu.9. & conſi.302.nu.6. verſ.ſed dicet aliquis.

11 Notandum eſt autem,† quod contra Reum excipientẽ de periurio, poterit Actor replicare de dolo ipſius Rei, vt aduertit Menoch.in d.conſi.24.nu.10.lib.1.& ſi de dolo conſtaret, contractus eſſet nullus,aut ſaltem reuocandus, Aymo, conſi.142.nu.25.Rui. conſi.77.nu.3.lib.1.Berous conſi.57.nu.6.& 7.lib.1.ſed difficultas eſt quomodo hoc ponatur in practica, quoniam ſi Reus incontinẽti excipiat de periurio,& Actor replicet de dolo Rei, is negabit adeſſe dolum,& cum de eo non liqueat, replicatio nil operabitur, quoniam actor non erit audiendus,niſi obtenta prius abſolutione à iuramento.

SVMMARIVM.

1 *Probationes ſi admiſſæ ſint, ſi & inquantum, an propterea reiecta cenſeatur exceptio periurij.*

QVAESTIO XXI.

Concluſum eſt in præcedenti quæſtione,per proceſſum ad ulteriora videri reiectã exceptionem periurij à Reo propoſitam,niſi à tali proceſſu ad ulteriora appelletur; quæ-
1 ritur † modo, quid ſi iudex contrarias probationes non ſimpliciter admiſerit,ſed cum illa conſueta clauſula,Si,& in quantum, an tũc intret exceptionis reiectio, ac ſi ſimpliciter admiſiſſet? & Natta in conſi.303.nu.9.verſ. nec aliquid releuat, lib.2.determinat, quod licet ſtante oppoſita exceptione contraria, probatio nõ fuiſſet admittenda,ex quo de facto eſt admiſſa,poteſt actor audiri,

ex

ex quo iam detectum eſt periurium conſonant notata ſup. q. 18.
Propterea cautus ſit Reus, vt non tantum diligens ſit, confeſtim opponendo exceptionem periurij, ſed ſi iudex vellet ad vlteriora procedere, vt appellet, iuxta Doctores relatos ſuprà, quæſtio. 19. in verſic. quibus alludit.

SVMMARIVM.

1 *Dolo partis inito contractu ſi læſus contrauenire velit, an neceſſaria ſit abſolutio.*

QVAESTIO XXII.

1 DVbium non leue reputatur, † ſi iuſiurandum fuerit dolo ſè extortum, an volenti contrauenire neceſſe ſit abſolutionem petere, ſiquidem Corneus conſ. 161. propè finē, verſ. nec obſtat quod non fecit, lib. 3. tangit huiuſmodi difficultatem, & ſenſit non fore neceſſariam, ſed non firmauit. Verum, quia latè de his actum eſt ſuprà in 4. par. in 1. Effectu, quæſt. 1. ibi deducta videre poteris, ex quibus ſoluetur huiuſmodi dubitatio; adde Milis ſuper ver. iuramentum licet ſit dolo, Portius in conſil. 19. num. 45.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio conceſſa ex falſa cauſa an teneat.*

QVAESTIO XXIII.

EXtat deciſio Rotæ 7. de ſenten. excom. in nou. & Caputaq. 1. par. 1. in impreſs. quæ habetur in manuſcriptis, deciſ. 110.
1 incipiens: Abſolutus † ex falſa cauſa, lib. 1. quod ex falſa cauſa abſolutus, ſemper remanet abſolutus, & abſolutio tenet, proinde quæſtio ipſa non eget vlteriori diſcuſsione.

SVMMARIVM.

1 *An opus ſit abſolutione vbi contractus eſt nullus, remiſſiuè.*

QVAESTIO XXIIII.

1 REſoluitur † huiuſmodi quæſtio ex his, quæ dicta ſunt ſuprà, quæſt. 9. ibi citata videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſi vtriuſque partis turpitudinem contineat, vt in caſu contingere poteſt Simoniacæ conuentionis, an requiratur abſolutio.*

QVAESTIO XXV.

VBi turpe eſt iuſiurandum reſpectu dumtaxat vnicis partis, vt in contractibus metu, dolo, & fraude factis, læſus contrauenire volens, abſolui prius debet à iuramento, vt liquet ex ſupra diſcuſsis quæſtionibus.

1 Quęro † modo quid iuris, ſi iuramentum contineat vtriuſque partis turpitudinem, vtpote ſi ſimus in conuentione Simoniaca, an eo caſu opus ſit abſolutione? Et Staphileus de commiſ. & inter. iuſtit. in §. Stilus Signaturæ in finalib. verbis, concludit pro negatiua, motus, quod iuſiurandum in huiuſmodi caſu ſit ipſo iure nullum, veluti præſtitum contra bonos mores, & conſequenter non ſit obligatorium, ex Reg. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6. vide Milis in ſuo Repertor. in ver. iuramentum an confirmet contractum. 1

SVMMARIVM.

1 *Obtenta abſolutione ad effectum agendi, an factis probationibus ſuper bono iure ſit alia plenior abſolutio neceſſaria.*

QVAESTIO XXVI.

1 POſt † obtentam ad effectum agendi abſolutionem, quæ à principio plena non eſt, ſed vt diximus in huius 6. par. initio, operatur tantum, vt petens poſsit audiri, nec dicatur contraueniſſe iuramento, quæritur, ſi factis probationibus liqueat de bono iure, vtputa, quia doctum eſt de dolo, vel læſione, an ſit alia plenior abſolutio neceſſaria, & pro negatiua communiter eſt concluſum. Afflict. deciſ. 322. num. 12. Cum alijs, de quibus Vrſill. ibid. in addit. num. 12. Benintend. deciſ. 14. 2

SVMMARIVM.

1 *An neceſſaria ſit abſolutio, ſi præſtitum ſit iuramentum in caſibus quibus de iure non ligat?*

QVAESTIO XXVII.

1 PLures † ſunt caſus, quibus iuſiurandum non obligat iurantem, de quibus ſatis eſt dictum ſuprà, quæro, an ſuper illis præſtitum iuramentum egeat abſolutione, ſi iurans cōtrauenire velit; & pro parte negatiua conſuluit Cardinal. in conſ. 35. num. 1. in fine, verſ. ad ſecundum facilis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *An abſolutio requiratur, ſi quis medio iuramento ſe obligauerit ad impoſſibile, vt difficillimum factu, remiſſiuè.*

QVAESTIO XXVIII.

1 SI mulier, aut † fortè valetudinarius, vel alius quiſpiam iuſtè impeditus longam pedeſtrem peregrinationem facere medio iuramento ſe obligaſſet, vel ad quid ſimile, eius ſtatui, & qualitati, aut ferè impoſsibile, vel difficilimum ad exequẽdum, an ſit periurus non exequendo, & egeat abſolutione, deciditur ex relatis ſuprà, in 1. par. quæſt. 8. verſ. addendum eſt etiam.

SVMMARIVM.

1 *An ſit neceſſe petere abſolutionem, ſi iuramentum eſt temerarium, remiſſiuè.*

QVAESTIO XXIX.

1 TEmerè † Petrus iurauit non loqui Patri, Matri, Fratribus, Sororibus, & ſimilibus, quæro, an neceſſariò petenda ſit abſolutio ab huiuſmodi iuramento temerario? Et pro affirmatiua vide Ancharan. in cap. cum quidam, nume. quinto, & ſexto, de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Moroſo non implenti, an ſit concedenda abſolutio.*

QVAESTIO XXX.

MOra quamplures operatur effectus; & an, & quando purgari poſsit, latè habetur per Gabriel. de ſolution. Concluſ. 9. & Concluſ. 1. de tranſact. Decian. conſ. 10. nu. 5. & plurib. ſeq. lib. 1. cum alijs triuialibus.

1 Quæro, † an moroſo non implenti medio iuramento promiſſa, & conſequenter periuro, petenti abſolutionem à iuramento, ſit cõcedenda? Et pro negàtiua ſentit Berous conſ. 155. nu. 31. lib. 1.

Oppoſitum verius eſſe exiſtimamus, ex his, quę ſuprà adnotauimus in hacmet ſexta parre, quæſt. 6.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio an ſit concedenda opponenti exceptionem non numeratæ pecuniæ aduerſus iuratam receptionis confeſſionem.*

QVAESTIO XXXI.

1 QVæritur † ſi Titius medio iuramento confeſſus eſt ſe recepiſſe, & habuiſſe mutuo ſcuta 100. à Mæuio; poſt eaq; dicat ita confeſſum fuiſſe ſub ſpe futurę numerationis, & velit intra biennium exceptionem proponere nõ ſequutæ numerationis, iuxta terminos l. in contractibus, C. de nõ numer. pecun. an debeat prius obtinere abſolutionem à iuramento? & Bald. in l. fi. nu. 1. C. eod. tit. tenet pro negatiua; motus ea ratione, quia quando iuſiurandum habet tacitam conditionem, ea deficiẽte, deficit etiam conſenſus, & conſequenter actus euaneſcit, & abſolutio non eſt neceſſaria. Sed in his terminis ineſt tacita conditio, ſi ex aduerſo pecunia numeretur; ergo ceſſante numeratione, corruit ea confeſsio; Sequitur Corneus in conſ. 11. col. 7. verſ. in caſu autem noſtro, lib. 3. cum alijs, de quibus Seraphin. de priuil. iuram. in priuil. 60. nu. 18. vbi tamen ipſe tenet oppoſitum, quod iudicio meo tutius eſt, ex his quę ſuprà deduximus in 4. quęſt. huius 6. partis.

SVMMARIVM.

1 *Si paulo ante aduentum termini, petita, & obtenta ſit abſolutio, an lite pendente ſuper contractu qui prætenditur vſurarius, adueniente termino ſolutionis, locus ſit exequutioni iuratæ obligationis, vel ſit superſedendum.*

QVAESTIO XXXII.

1 OCtauius † ſe obligauit ad tanta ſummam intra certũ tempus per ſoluendam, paulò ante aduentum termini prætendens conuentionem eſſe vſurariũ, petijt, & obtinuit abſolutionem à iuramento, & agere cępit contrà creditorem, is, adueniente termino inſtat pro exequutione iuratæ obligationis, quęritur an huiuſmodi litis pendentia attenta pręuentione debitoris impediat exequutionem? Diſputat huiuſmodi quæſtionem Bero. in conſ. 84. nu. 7. 8. & ſeq. lib. 3. vbi refert Felin. in c. debitores, de iureiur. volentem, quod quando quis nimium ſe arctauit, differendo petere abſolutionem, quod exequutio non impediatur, quod Bero. vbi ſupra, nu. 10. verum eſſe admittit in principali debitore, qui veriſimiliter ignorare non potuit per aduentũ termini ſe teneri, & ſecùs eſſe, vbi quis probabiliter ignorare potuit, vtputa in fideiuſſore, qui credere voluit principalem ſoluiſſe, vel concordaſſe, ibi videre poteris.

FINIS SEXTAE PARTIS.

VINCENTII MANCINI TYBVRTINI I. C. CIVISQ. ROMANI,

De Iuramento Tractatus PARS SEPTIMA,

In qua quid iudicum, quid item partium ſit, in iuramenti præſtatione, tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Anima cæteris omnibus precioſior.*
2 *Iudex diligenter ponderare debet, antequam iuramentum deferat cauſæ qualitatem, & alias circumſtantias, de quibus hic.*
3 *Deferendum eſt Actori, vel Reo, prout alter melius ſit informatus de veritate, & legalior reputetur.*
4 *Iuramentum non deferendum perſonis ſuſpectis, de quibus hic.*
5 *Quod iuramentum non deferatur, niſi perſonis omni exceptione maioribus, procedit in iuramento ſuppletiuo, vel in litem, ſecùs autem eſt in aliijs.*
6 *Qualibet qualitas vel cauſa minuens fidem, operatur, vt iuramentum non deferatur.*
7 *Cauendum eſt ſummopere à iudice, ne iuramentum deferatur ei, de cuius commodo agitur.*
8 *Iudexque deferens iuramentum, debet facere, vt iuretur ſuper Sacris ſcripturis.*
9 *Pluraque in præſtatione iuramenti ponderanda habes hic, & nu. ſeq.*

Liti-

11 *Litigatores ponderare debent, quod animam obligant Deo, qui ſeuerus vltor eſt peierantium.*
12 *Vlterius cogitare pœnas temporales periuris impoſitas.*
13 *Quam grande ſcelus ſit periurium.*
14 *Iuramentum præſtatur Deo.*
15 *Vbi iuratur teſtis eſt Deus.*
16 *Et vbi præſtatur iuramentum Deus eſt Author contractus.*
17 *In actu iurandi cor & anima dirigi debent erga Deum.*

AGitvr in hac vltima parte Tractatus, de ijs, quę
iudex ex ſui parte, & litigantes pro eorum con-
ſcientiæ ſalute in ipſa Sacramenti præſtatione an-
te oculos proponere, & matura cogitatione pon-
derare debent; quæ pars tanto cæteris præſtat, &
